GEOGRAPHIA CURIOSA

Tradens OCTO LIBRIS

TOTIUS ORBIS TERRARUM,

primaria oppida, fluvios, montes, cryptas, lacus, Insulas, valles, sylvas, Munimenta, Arces, Academias, variarum gentium mores, nobiliores Procerum Imperii Controversias;

CATALOGUM

OMNIUM PAPARUM, IMPERATORUM, tam Orientis qvam Occidentis; Regum totius Occidentis & ex Orientalibus Primorum, omnium ELECTORUM, nec non nomina modernorum statuum Imp. cum recentiori genealogia.

HISTORIAM BREVEM

Hactenus gestorum inter Christianissimum Regem & Imperium Rom. Germanicum, Batavos Britannosqve; Muhammedem & LEOPOLDUM:

DENIQVE

Formam Regiminis præcipuorum Regnorum, Provinciarum, & Rerumpublicarum, nec non doctrinam de Mappa & globo; ut & explicationem rerum qvarundam Physicarum; cum

INDICE LOCUPLETISSIMO

prodiit in lucem Autore

JOH. FRIDERICO Pfeffinger/ Arg. Cand. Jur.

LIPSIÆ,

Sumptibus MAURITII GEORGII WEIDMANNI.

M. DC. XC.

PER-REVERENDO AC GENEROSISSIMO DOMINO,

DN.

LUDOVICO ERNESTO à PŐLNITZ,

Dynastæ in Benndorff/ Röpsen & Trauschen/

SERENISS. ELECT. SAXON. JOH. GEORGII III.

in Senatu Sanctiori

CONSILIARIO,

nec non

CANCELLARIO GRAVISSIMO,

ut &

Cathedræ Naumburgensis

PRÆPOSITO EMINENTISSIMO,

Domino meo Gratiosissimo;

PER-REVERENDE ATQVE GENEROSISSIME DOMINE

MUltum jam abiit temporis, qvo durante anxiis agitatus, vitæ meæ seriem annorum, cogitationibus, aspexi, qvo modo ad EXCELL. Tu. mihi aditus pateret; cunctis sepe veluti cinctis, congesto tandem, finitis qvotidie occupationibus, qvas Legibus Sacras jubeo, libro præsenti, thermopylas me transiturum mihi persuasi, considerata postmodum diligentius materiæ levitate, Tuiq; NOMINIS magnitudine, cognovi demum, me ne auram moturum; omni

omni interim ſupellectili alia deſtitutus, contumaci audaciæ aures exhibui; ſiqve ſaltem primitias obtulero, rem meam fore ratum duxi; offero itaqve in hoc argumentum ea qvibus nunc potior, non qvidem inſtar ſigni victoriæ, paucitate materiei admodum contraria, ſed ut oſtendam tantùm, qvouſqve officia mea Exc. T. dicata me trahant; tacite qvoqve me propria non curaſſe celo; licet præſens ſcriptum pateretur naufragium, in minus lætam incidendo E. T. pupulam, minorum tamen gentium Dii ex eo qvod ILLUSTRI NOMINE exordiar, approbationem Tuam ſimul ei adſcribent, qvali nunc pellatur fluctu, portus aſylum oſtendet, felicior tamen navigatio mihi nunqvam apparebit, qvam ſi expanſis

pansis velis portum GRATIÆ TUÆ intra vero; remanebunt mihi vota, qvæ emittam omni tempore ad æthera pro incolumitate E. T. *Servet Te Deus diu in salutem Patriæ, Serenissimi & Potentissimi ELECTORIS Aulæ Columnam, Illustris familiæ caput & Decus, deniqve Patronum meum Gratiosissimum.* Vale.

ILLUST. EXCELL. T.

Dabam
Lipsiæ. 1689. 12/2. Sept.
in ædibus VVelschianis.

Devotus Cliens

JOH. FRIDERICUS Pfeffinger, Argentin.

PRÆFATIO.

OTium, *Amice Lector*, Tibi velu-ti prudenti offero Cenſori, ab-ſolutis quotidie occupationibus qvas ut regulam aſpicere eram ſolitus, reliqvi temporis lucrandi recreandiqve gratia animi, mihi vindicatum, octo libris abſolvitur partitio, qvorum duo priores exponunt, qvæ mihi de globo, Mappa, Tellure & Æqvore opinio, ſeqventes exhibent ſitum locorum, naturam celebriorum fluminum, Regiminis Provinciarum formam, nobiliorum montium nomina; Cryptarum proprietates, Paparum, Imperatorum Orientis & Occidentis, Regum totius Occidentis & è Barbaris potentiorum, omniumqve Electorum, à primis ad præſentes uſqve, ſeriem; Modernorum Statuum Imperii, qvi aut Principali aut Comitum charactere eminent recentiſſimam genealogiam; actorum inter Batavos Britannosqve, Gallum & Imperium Rom. Germ. Sultanum & Leopoldum Imperatores, enarrationem; nobiliſſimarum litium Imperii Procerum hiſtoriam; hinc inde ſi qvid de re phyſica

erat

erat dicendum, ſententiam meam; triplici dicta donavi Indice, primo in favorem partis generalis; ſecundo pro parte ſpeciali; ultimo, Academiarum ergo, qvæ in Europa notantur, qvarum laxior facta in textu mentio, qvando fuerint fundatæ, qvalesqve celebrari ſoleant Authores. Re cum hominibus geſta, notavi, qvod humanum; manuſcriptum purum exiſtimavi, corrigenda tamen mihi impreſſum obtulit, irrepſerunt errata, me abſente, irrepſerunt me præſente; præſentia qvoqve juſſerunt in fine libri omiſſa adjicere, multorum eventu ſtanno textu jam impoſito, demum publici juris facto, & falſa omittenda conſulere ut purior legatur materies; Te *Benevole Lector* volo rogatum, ne judices anteqvam contuleris textum & corrigenda, cuncta brevibus dictitavi calamo, age mecum leniter, malis placere nolo, apud Bonos ſi non laudem, excuſationem tamen præſens *otium* meriturum, fretus fiducia, mea namqvè non intereſt, qvalis me judicabit, modo faveat Bonorum Societas. Vale.

AUTHOR.

NOMINA
plurimorum AUTHORUM
Qvi
in præſenti libro citantur.

A.

Andreas Reſendius.
Antonii de Suſa, Luſitania liberata.
Antonini Itinerarium.
Archimedes.
Atlas Minor.
Atrebatæ Deſcriptio Britanniæ.
Aurea Bulla.
Author des Voyages d' Eſpagne.

B.

Barclajus.
Baronii Annal. Eccl.
Bartii Breviar. Europ.
Becmanni Hiſtoria Orb. Terr. & Notit. Dignit. Illuſtr.
Beerii verſio germ. du Val.
Behrii Oſt-Indiſche Reiß-Beſchreibung de an. 1689.
Bernhardi de Girard Etat des affaires de France.
Beſoldi Diſcurſ. de Monarchia.

Biccii res qvotidianæ.
Von Bircken / Donaustrohm.
Boxbornii Histor. Univers.
Broock de Prærogativis Parlamenti Anglicani.
Bruschius de Episc. Germ.
Bucholceri Ind. Chronolog.
Burgoldensis ad Instrum Pac.

C.

Cæsar de Bello Gallico & Civili.
Camdeni Descript. Insul. Britan.
Casparus Alvarus de Braga, urbe Portugal.
Carionis Chronicon.
de la Chambre discours sur le debordement du Nil.
Chassanei Catalogus Gloriæ Mundi.
Claudius Robest.
Clusius.
Cluverii Introd. Geogr.
Conringius de Finibus Imperii.
Cromerus de origine & rebus gestis Polonorum.
Q. Curtius.

D.

Damianus à Goes, de moribus Æthiopum.
Diarium Europæum.
Diodorus Sic.

E.

Eckstormii Epistola ad Brendelium.

Emeri-

Emericus d' Amboise de Ordine S. Michaelis.
Etat de France de anno 1661. 1686. 1688.
Etat de l' Empire, *du May.*
Etschenreuter de thermis Germaniæ.
Europäischer Herold.

F.

Fabri Itiner.
Fabricii Meißnische Chronick.
Farellus de Incendiis Montis Æthnæ.
Florus.
Fournerii Geograph. Orb.
Franciscus Irenicus ad Burgold.
Franciscus Taraffa.
Freberus de Orig. Comit. Palat.

G.

Gastelii Stat. Publ. Europ. Noviss.
Geographia Status weidemanni.
Gewoldus de Septemviratu.
Goës de Moribus Æthiopum.
Goldasti Reichssatzungen.
Grammondi Hist. Gall.

H.

Hanii Seelzagende Elsaß.
Heinlini Synops. Mathem.
Herbinius de religiosis Kioviensium cryptis.
Herodotus.

Histo-

Historicus tractatus de Moribus, ritibus & ceremoniis in Aulis usitatis, de an. 1687.
Hornii Orb. Polit.

I.

Jacobi Jolly tract. des affaires de France.
Im Hoff Notitia S. R. I.
Inicus Jones de Chorea Gigantum.
Instrumentum Pacis Monaster.
Johannes de la Haye tract. de Pictavia.
Justiniani Historia Veneta.
Johannis Gerundensis Paralip. Hisp.
Julius Cesar de bello Gallico & civili.
Justinus Trogi Abbreviator, de Historia Philippi.

K.

Kolbii Instrumentum pacis.
Kircheri Ædip. Ægypt.
Knoxii detecta Insula Ceylon de an. 1689.
Krönungs-Actus V Vilhelmi III. & Mariæ. R. A.
Kulpisius ad Monzambano.

L.

Lactantius de Ira.
Lehmanni Chronicon Spirense.
Limnæi Jus publicum; & Notitia Regni Francici & Comment. ad Capit. Caroli V.

Luca

Lucæ de Linda Descriptio Orbis
Lucas Walsingham De Purgatorio St. Patricii.
Ludovicus Colusius de Comitatu Burgundiæ.

M.

Mæstlinus.
Maffæus.
Mariana.
Marius Areteus.
Martianus Capella.
du May Etat de l'Empire.
Mercatoris Tabulæ.
Merulæ Cosmographia.
Middeldorpius de Academiis.
Molinæ Descriptio Gallæciæ.
Molinæi Scutum Fidei.
Mornai Memoires d'Etat.

N.

Neitschützii Itinerarium per Europam, Asiam & Africam de an. 1673.
Nicolai de Olivera Descriptio Portugalliæ.

O.

Obrecht Prodromus rer. Alsat.
Oihenarii Notitia utriusqve Vasconiæ.
Oiseau des Seigneurs.

P.

R.

Roderici Toletani Res Hispanicæ.
Robaulti Physica.

S.

Schifletii Breviarium Historicum Ordinis Aurei Velleris.
Schmidt de potestate Regis Angliæ.
Schœndorffii Itinerarium.
Schottii Cursus Mathematicus.
Schraderi Tabulæ Chronologicæ.
Schwederi Introduct. Jur. Publ.
Souchu de Rennefort histoire des Indes Orientales de an. 1688.
Sigismundi von Bircken Donaustrohm.
Silius Italicus.
Sprengeri Prætensiones Illustres.
Staats-Kammer von Engeland.
Starovolscii Descriptio Poloniæ.
Stierii Præcepta Doctrinæ Sphæricæ.
Strabo.

T.

Thoma Facelli res Siculæ.
Thuanus.
Tycho Brahe.

V.

Valdesius de Excellentia Regni Hispanici.

du Val

W.

Z.

(o)

SOLI

SOLI DEO GLORIA.

PARS GENERALIS.

LIB. I. CAP. I.

De Nobilitate GEOGRAPHIÆ.

NUlla artium mathematicarum latiori descriptione exposita legitur Geographia, prostant Authores universum Terrarum Orbem explicantes, aliis minori labore partem tantum publici facientibus juris, prostant alii circa veterem occupati solùm, aliis novum excolentibus, prostant alii Respublicas illustrantes, aliis Regna tractantibus; Hic describit aquam, ille montes, alius domini sui Provinciam in specie; omne ævum ferè ejusmodi tulit Doctores, Græci Latiniq; hoc titulo gaudent, unde antiqvissima patet Geographiæ Doctrina; cui Ptolemæi ignota mundum industria describentis? qvis ignorat Pomponii Melæ libros tres de situ Orbis scriptos? qvis Strabonis libros XVII? quis Mercatoris Atlantem? qvis Abrahami Ortelii Theatrum orbis Terrarũ,

aut Lexicon Geographicum Catolici Regis Geographi? Quis Petri Bertii, Christianissimi Galliarum Regis Ludovici XIII. Geographi Theatrum Veteris Geographiæ? Quis Münsteri Cosmographiam? Quis Introductionem Geographicam Philippi Cluverii IV. libris expositam? Quis Bernhardi Varenii Geographiam Generalem, novissimè iterum editam? Quis Brietii parallela Geographica? Quis Pauli Merulæ scripta? Quis Jansonis Tabulas? Quis Casparis Schotti Cursum Mathematicum? Quis Doctissimi Becmanni Historiam Orbis Terrarum? Quis Petri Du Val. Geographiam universalem notis à Joh. Christoph. Beer germanico idiomate an. 1685. novissimè illuminatam iterumque an. 1689. gallica litera micantem Quis Georgii Hornii Orbem Politicum additamentis Doctissimi Ottonis Menckenii illustratum eodemqve an. 1685. publicæ cognitionis factum? Quis Lucæ de Linda descriptionem orbis omniumque Rerum publicarum? Si Compendia cogites, adsunt Julii Reichelti Elementa Geographica; adest Jacobi Heinlini Epitome Geographiæ; adest supra laudati Bertii Breviarium Orbis Terrarum; adest præterea Matthiæ Berneggeri Compendiolum Geographiæ; adsunt longe plurium documenta, qui aut vastis operibus aut minoris formæ chartis depinxerunt Terrarum Orbem; Alii nominis sui gloriam posteritati relinqvere maluerunt specialiora conscribendo, *Insulas Britanniæ* Camdenus edidit, *Hispaniam* Author des Voyages d' Espagne; *Galliam*, Martinus Zeilerus in Topographia; *Germaniam* Cluverius; *Helvetiam* Joh. Cysatus libro de IV. Civitatibus Sylvaticis

ticis; *Bohemiam* B. Stranſcky; *Hollandiam* Ludovicus Guicciardinus; *Daniæ* Regnum Meurſius, Pontanus & alii; *Sueciam* Zieglerus in ſua Schondia; *Poloniam* Starovolſcky; *Hungariam*, Petrus Rewa; *Turciam*, Author Status Turcici; *Perſiam*, Bizar; *Chinam* Martinius in Atlante; *Africam* Livius Sanutus; *Americam*, Waltherus Raleigh: Alii ſpecialiora explicarunt, Braunius edidit Theatrum *Urbium*; *Montes* expoſuit Doctiſſ. Becmannus habita oratione de Monte Gigamteo an. 1679. 10. Febr. Francofurti ad Oderam; *Hydrographiam* Georgius Fournier concinnavit; proſtat & Noë Meurer vom Waſſer-Rechte Tractatus. Id. Fritſchii de Jure Fluviatico; Grotii de mari libero, Seldeni de mari clauſo, Gryphiandri de Inſulis; Varenii de Fodinis; de ſpeluncis & Cryptis Merula multa annotavit in Coſmographia; de aliis alii ſcripſerunt; non errant itaq; dicentes uberrimè Geographiam omni ævo oſtenſam poſteritati:

CAP. II.

De PRÆLIMINARIBUS Geographiæ.

IN Geographia duo maxumè exponenda veniunt Nomen ſcilicet & Res, illud qvod refert compoſitum ſcimus ex γῆ ſ. Terra & γράφω h.e. ſcribo, ita ut denotet Terræ deſcriptionem; Res ipſa ex deſcriptione patebit. A 2 §. 1.

§. 1.

Geographia dici poteſt ſcientia qvantitatis terreſtris ſecundum ejus affectiones, qvatenus quantas; hanc definitionem intelligas mathematicam non hiſtoricam.

§. 2.

Objectum Geographiæ Qvantitas conſtituit Telluris, diviſum in materiale & formale, illud vocant Qvantitatem Telluris extrinſecam ejusqꝫ affectiones; hoc vero ea quæ immediatè rationem formalem comitantur, qvo titulo veniunt Menſurabilitas, Diviſibilitas.

§. 3.

Dividitur Geographia in univerſalem & ſpecialem, illa explicat totam tellurem, hæc partem tantùm ſecundum affectiones proprias.

§. 4.

In parte Univerſali notanda diſtinctio objecti in emotum & propinqvum; *illud* appellant Terram ſeu Globum Terraqueum, qvod compoſitum vocabulum à Terra & Aqua quæ duo in Globo obſervanda; *Propinqvum* deſcribitur Inſtrumentum Mathematicum tellurem exhibens ſive nunc Charta ſive Globus ſit.

§. 5.

Globus Terreſtris qvem manu tangimus vocatur inſtrumentum mathematicum ſuperficie ſua partes telluris juxta ſitum ita repræſentans proportione obſervata, ſicuti revera in ipſa tellure exiſtunt.

§. 6.

Charta alias Mappa ut & Tabula Geographica appellatur, nec aliud eſt qvam figura plana, oſtendens

densplanitie sua situm telluris, æqve ac globus: dividitur in universalem & particularem; illa ob oculos ponit omnes mundi partes; *hæc* subdistinguitur in Hydrographicam qvæ maria exhibet, & Chorographicam quæ terram firmam (qvoad partem) repræsentat, hæc iterum vel Chorographica in specie dicta qvæ refert totam aliqvam Provinciam vel Topographica qvæ unum alterumve locum tantum ob oculos ponit.

Cap. III.
De
TELLURE.

UT tanto melius Geographi repræsentent situm telluris in mappa vel Globo, fingunt axem, polos, centrum, variosq; circulos, qvod Astronomus in cœli depictione facit.

§. 1.

Axis Telluris vocatur diameter h. e. linea recta imaginatione consistens, qvæ ab uno polorum per centrum ejus ducitur ad alterum.

§. 2.

Centrum dicitur medium Telluris punctum, qvod omni ex parte æqvaliter à circumferentia ejus, qvæ idem imaginaria, abest.

§. 3.

Poli Telluris sunt duo axis extrema puncta, qvorum alterum *Polus Arcticus* dicitur, quia tribus tantum gradibus ab Ursa minore qvod sydus Græci

τὴν ἄρκτον nominarunt, respiciens septentrionem, distat; alterum punctum denotat *Polum Antarcticum*, qvod è regione Arctici partem Orbis Meridionalem figurans existat. Arcticus vocatur Septentrionalis, qvod Ursa minor cum proximis stellis in Regionibus Septentrionalibus semper supra Horizontem appareat, & nunqvam occultetur; Antarcticus Meridionalis nominatur qvod nunqvam nobis appareat, semper infra Horizontem existens.

§. 4.

Circuli qvos Geographi formant sunt superficies rotundæ, à qvarum centro ad circumferentiam omnes lineæ ductæ æqvantur: dividuntur

I. In *Majores* & Minores, illorum sunt sex, scil. Horizon, Meridianus, Æqvator, Zodiacus, Colurus æqvinoctiorum & Colurus Solstitiorum, *Minores* sunt reliqvi qvatuor Tropicus Cancri, Tropicus Capricorni, Polaris Arcticus & Polaris Antarcticus; Vocantur Majores qvod Sphæram in duas dividant partes æqvales Hemisphæria dictas, idemq; cum ipsa Sphæra obtineant Centrum; Minores nomen habent qvod Sphæram non tantum in duas partes inæquales partiantur sed & alio qvam Sphæra centro gaudeant.

II. Dividuntur Circuli in Rectos, Obliqvos & Parallelos; *Illi* sunt qui angulos rectos cum Æqvatore conformant, ut Horizon rectus, Meridianus & duo Coluri; *Obliqvi* appellantur qui cum Æqvatore angulos obliqvos constituunt, veluti Zodiacus, & Horizon obliqvus. *Parallelos* vocant qvi sibi invicem æqvi-

æqvidistantes eosdem cum Sphæra Polos recognoscunt, ut duo Tropici, duo Polares & Æquator.

(III.) Tertia divisio Circulorum est qvod alii sint *Mobiles* s. Intrinseci, alii vero *Immobiles* s. Extrinseci; priores Sphæræ materiali inscripti cum ipsa convertuntur, ut Æqvator, Zodiacus, duo Coluri; Duo Tropici & duo Polares; Posteriores in conversione Sphæræ immoti manent, ut Horizon & Meridianus.

CAP. IV.

De CIRCULIS in specie.

QVemlibet circulorum dividunt in 360. partes æquales, quæ sub nomine graduum veniunt, Quilibet gradus 60. absolvitur minutis seu scrupulis primis, horum qvodlibet subdividitur in 60. scrupula secunda, horum iterum aliud in 60. scrupula tertia., & ita porro usq; ad decima; Cuilibet Gradui Sphæræ respondent in Terra 15. milliaria germanica sive 60. Italica.

§. I.

Horizon est vel Rationalis vel Sensibilis, ille dicitur Circulus maximus dirimens hemisphærium superum ab infero; Hic vero est Circulus minor, facta circumspectione oculi nostri in superficie quadam, cujus semidiameter 4. ferme mill. germ. derivatur nomen ἀπὸ τοῦ ὁρίζεσθαι h. e. à finiendo, qvia visam

ſam mundi partem altera parte latente determinat.

§. 2.

Horizon duobus gaudet Polis, qvorum alter pun-ctum Verticale ſive Zenith, alter Pedale ſive Nadir dicitur, unde concluditur tot Horizontes qvot loca, quia cuilibet locorum proprium eſt Zenith & Nadir, qvæ Arabica vocabula ſunt.

§. 3.

Dividitur adhuc Horizon in *Rectum*, *Obliqvum* & *Parallelum*; Rectus eſt qvando utrq; Polus ejus incumbit plano & ſic cum Æquatore Angulos conficit rectos; *Obliqvum* vocant, qvando alter polorum infra ejus planum, & alter ſupra, adeoq; cum Æquatore angulos conſtituit obliqvos. *Parallelus* deſcribitur qui Æquatoris plano unitur.

§. 4.

Officia Horizontis ſunt

(1.) dividere æqvaliter Sphæram in Hemiſphærium ſuperũ qvod videri poteſt, & inferum qvod latet.

(2.) oſtendere ſtellas ſemper apparentes, ſemperqve latentes.

(3.) definire ortum & ſtellarum occaſum.

(4.) diſtinguere Sphæram in Rectam, obliqvam & Parallelam.

(5.) determinare qvantitatẽ cujuslibet diei & noctis.

(6.) determinare elevationem poli & Æqvatoris.

(7.) oſtendere crepuſcula matutinũ & veſpertinum; illud fit ſi ſol ante ortum nobis videtur moveri per 18 gr. Horizonti proximos, hoc accidit, ſi ſol poſt occaſum per tot gradus moveatur Horizonti proximos.

§. 5.

Meridianus nomen ducit à meridie qvod ſol proxi-

ximus huic circulo meridiem efficiat; Vocatur Circulus Maximus immobilis tranfiens per polos mundi verticemqve cujusqve loci, qvo, sole proximo fupra terram fit meridies, & infra media nox. Licet infinitus Meridianorum numerus, 180 tamen Geographis placuerunt, ita ut migrans verfus ortum & occafum, abfolutis in terra 75 milliaribus germanicis, alterum femper habeat Meridianum; qvod fi vero à Meridie verfus feptentrionem vel verfa vice fuerit qvis progreffus, femper unus idemqve ei maneat Meridianus eft a. vel Primus, vel Secundarii. Primus feu Primarius dicitur à qvo longitudo loci numerari folet, ducitur variis modis, alii eum ducunt per Infulas Canarias, f. Fortunatas, alii per Promont. Viride adeoqve per Infulas Corvi; alii per Infulam Huenam, quæ una ex Flandricis, ut Tycho Brahe; Itali per Romam, Batavi per Teneriffam, Alii per Inf. Fero ut Reichelt Elem. Geogr. p. 12. & ab hac variatione venit incertitudo longitudinis locorum. *Meridiani Secundarii* funt per qvos & ad qvos longitudinem numerant.

§. 6.

Officia ejus funt

(1.) Dividere æqvis portionibus Sphæram in Orientalem & Occidentalem

(2.) Diem diftingvere in tempus ante & pomeridianum; fic noctem in tempus ante & poft mediam noctem.

(3.) Oftendere omnium Stellarum maximam altitudinem qvæ tunc ftatuitur qvando ftella fub Meridiano exiftit.

A 5 (4.

(4.) Ostendere elevationem Polarem.

(5.) Ostendere initium diei naturalis.

(6.) Conficere metam meridiei & mediæ noctis.

(7.) In Meridiano tandem ab Æqvatore numerantur stellarum distantiæ.

§. 7.

Æqvator vocatur alio nomine Æqvinoctialis, qvia soli qvam proxime appropinqvans diem nocti & noctem diei in universa adæqvat terra; (accidit hoc $\frac{10}{21}$ Martii qvo ingredi Arietem apparens æqvinoctium vernum constituit, & $\frac{12}{23}$ Septembris, qvo ingredi Libram credatur æqvinoctium autumnale efficiens;) Est autem Æqvator circulus maximus mobilis in globo terrestri ab utroqve polo æqvaliter distans.

§. 8.

Officium hujus circuli est

(1) Dividere Globum in partem septentrionalem & meridionalem.

(2.) Designare tempus, qvoties etenim 15. gradus Æqvatoris supra Horizontem ascendunt, toties una finitur hora, unde concluditur 24. horis totum Æqvatorem cum omnibus suis partibus circumvolvi.)

(3.) Efficere duo æqvinoctia modo dicta.

(4.) Ostendere declinationes graduum Eclipticæ & stellarum; declinatio autem distantia est gradus Eclipticæ vel stellæ ab Æqvatore versus alterutrum mundi polum.

§. 9.

Zodiacus vocatur ἀπὸ τῶν ζωδίων h. e. ab animalibus

libus in eo depictis, alio nomine Ecliptica dicitur quod sub hoc circulo Eclipses fiant; describitur quod sit circulus maximus mobilis, latus & obliquus, secans Æquatorem, ab eo vicissim secatus in duas medietates, sub quo semper Planetæ versantur; nomina & signa animalium sunt

(1.) Aries ♈.
(2.) Taurus. ♉.
(3.) Gemini. ♊.
(4.) Cancer. ♋.
(5.) Leo. ♌.
(6.) Virgo. ♍.
(7.) Libra. ♎.
(8.) Scorpius. ♏.
(9) Arcitenens. ♐.
(10.) Caper. ♑.
(11.) Amphora. ♒.
(12.) Pisces. ♓.

Distantia ab uno horum signorum ad proximum semper 30 absolvitur gradibus; distinctio triplex est: (1.) Quædam *Septentrionalia* vocantur quæ ab Æquatore in septentrionem inclinant ut Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo; quædam *Meridionalia* quæ in Meridiem inclinant ut sex posteriora.

(2.) Quædam *Ascendentia*, in quibus Sol ex Austro Septentrionem petere nobis videtur, ut Capricornus s. Capra, Aquarius s. Amphora, Pisces, Aries, Taurus, Gemini. Quædam *Descendentia* in quibus Sol ex Septentrione in Austrum descendere creditur; ut Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Arcitenens s. Sagittarius.

(3.) Quæ-

(3.) Qvædam *Vernalia* ut Aries, Taurus, Gemini: qvædam *Æstiva* ut Cancer, Leo, Virgo: qvædam *Autumnalia* ut Libra, Scorpius, Sagittarius; qvædam *Hyemalia* ut Capricornus, Aqvarius, Pisces.

§. 10.

Latitudo Zodiaci dividitur in tres circulos parallelos, qvorum medium, Solem perpetuo cursu suo occupare falsè credunt antiqvi, intraqve duos exteriores Planetas progredi, ita qvidem ut Saturnus totum Zodiacum emetiatur 30 fere annis; Jupiter 12. Mars duobus, Sol uno, ut & Venus atqve Mercurius; Luna v. 27. diebus adjectis qvibusdam horis: Distantia ab utroqve exterorum circulorum usqve ad Eclipticam f. medium circulum qvem Sol occupat, 8 efficit gradus, adeoqve ab uno ad alterum erunt 16 gradus.

§. 11.

Officia ejus sunt

(1.) Gratas efficere temporis vices.

(2.) In- & decrementa dierum noctiumqve.

(3.) Ostendere in qvo signo & gradu signi, stella vel planeta existat.

(4.) Ab Ecliptica numerantur stellarum latitudines.

(5.) Sub eadem fiunt Eclipses.

§. 12.

Duo Coluri nim. *Æqvinoctiorum* qvi per polos mundi ductus transit per puncta æqvinoctialia, & *Solstitiorum* qvi idem facit per puncta solstitialia; nomen habent ἀπὸ τῆ κολέρε h. e. ab imperfectione qvod nunqvam sphæra obliqva integri supra Horizontem

zontem conſpiciantur: In genere ſunt circuli maximi mobiles, ducti per polos mundi Æqvatorem in partes æqvales, Zodiacum in inæqvales ſecantes. *Puncta æqvinoctialia* ſunt in qvibus Ecliptica & Æqvator ſe mutuo interſecant, qvod accidit in principio Arietis ſ. $\frac{11}{21}$ Martii, qvo æqvinoctium vernum apparet ubi dierum noctiumqve eadem longitudo; & in principio libræ $\frac{13}{23}$ Sept. qvod æqvinoctium autumnale vocant: Sic *Puncta Solſtitialia* dicuntur in qvibus Sol remotiſſimus ab Æqvatore, Poliſqve proximus, qvod fit in principio cancri $\frac{12}{22}$ Jun. qvo Solſtitium æſtivum; & in principio Capricorni $\frac{12}{22}$ Dec. qvod Solſtitium hybernum appellant: Officium Colurorum eſt

(1.) Oſtendere 4. puncta Cardinalia Zodiaci.

(2.) Dividere Æqvatorem & Zodiacum in qvatuor æqvales partes, qvibus 4 anni tempora reſpondent.

§. 13.

Duo Tropici ſunt circuli minores mobiles qvi ab Æqvatore æqvidiſtantes Eclipticam utrinqve attingunt, nomen ducunt ἀπὸ τοῦ τρέπειν h. e. à vertendo qvod Sol attingere qvaſi viſus puncta ſolſtitialia (per qvæ Tropici deſcribuntur) maximam habeat declinationem ad Eum tamen iterum revertens: Alter vocatur Cancri, qvia Sol principium Cancri $\frac{12}{22}$ Junii ingredi apparens motu diurno eum deſcribit, & tunc fit dies longiſſimus, alter Capricornus, qvia Sol principium Capricorni $\frac{12}{22}$ Dec. ita ingrediens motu diurno eum deſcribat, & tunc fit dies breviſſimus.

§. 14.

§. 14.

Officia horum Circulorum sunt

(1.) Ostendere puncta solstitialia in Ecliptica.

(2.) Ostendere maximam declinationem Solis ab Æqvatore.

(3.) Ostendere diem longissimum & brevissimum

(4.) Efficere Zonas Temperatas.

§. 15.

Duo Polares itidem circuli minores sunt mobiles ab Æqvatore æqvidistantes & per polos Zodiaci transeuntes; alter dicitur Arcticus, alter Antarcticus, uterqve à Polis abest $23\frac{1}{2}$ gradibus; prior Minorem ursam totam & majorem ex parte complectitur, unde & nomen habet, sicuti dictum præced. c. 3. §. 3. posterior nomen habet qvod è regione existat:

§. 16.

Officia sunt

(1.) Ostendere polos Zodiaci eorumqve à Polis mundi distantiam, qvæ similis maximæ declinationi, Solis ab Æqvatore h. e. 23 grad. 30 min.

(2.) Efficere Zonas frigidas.

CAP. V.

ZONIS ET CLIMATIBUS, & mixtim INCOLIS.

Ra-

RAtione prædictorum circulorum varia Terraqvei Globi Geographorum distinctio præcipua in Zonas & Climata.

§. 1.

Zonarum sunt qvinqve, qvarum qvælibet tropicis includitur & circulis polaribus.

(1.) *Zona torrida*, est ea terræ pars, qvæ intra Tropicum Cancri & Capricorni continetur, nomen habet qvod antiqvitas falsè crediderit ob nimium æstum solis hanc terram habitari non posse; Incolæ vocantur *Amphiscii* h. e. biumbres qvia umbram solis meridianam spargunt versus septentrionem, si sol existere illis videtur in principio Capricorni; & versus Meridiem si existat in principio Cancri: tota latitudo hujus zonæ est 47 graduum h. e. 705 mil. germ.

§. 2.

(2.) *Zona temperata Septentrionalis* est qvæ comprehenditur intra Tropicum Cancri & Circulum Arcticum: *Meridionalis* qvæ interjacet tropicum hybernum s. Capricorni & Circulum Antarcticum; latitudo est 43 graduum seu 645 mill. germ. utriusqve incolæ vocantur *Heteroscii* h. e. alterumbres qvia in illis umbra solis meridiana tantum in alteram mundi partem protenditur, nim, vel in septentrionem in zona septentrionali; vel in Meridiem in Meridionali: vocantur Temperatæ, quia in iis mundi partibus, caloris & frigoris temperies.

§. 3.

(3.) *Zona frigida Septentrionalis* vocatur ea pars

qvæ

qvæ occupat spatium inter circulum arcticum & polum arcticum; *Meridionalis*, qvæ intercipitur inter circulum antarcticum & polum antarcticum; Latitudo est 23 grad. 30 minut. seu 352 mill. germ. vocantur Frigidæ qvod alto premantur frigore illæ terræ. Incolæ dicuntur Periscii, h.e. circumumbres, qvia illis umbra solis in orbem circumducitur.

§. 4.

Clima est terræ spatium duobus circulis Æqvatoris inclusum parallelis, in qvo dies longissima semisse horæ variatur; antiqvi septem numerarunt Climata

(1.) Per Meroën in Africa.
(2.) Per Syrenen Ægypti urbem.
(3.) Per Alexandriam.
(4.) Per Rhodum.
(5.) Per Romam.
(6.) Per Pontum Euxinum.
(7.) Per ostia Borysthenis;

Posteritas 23 vel 24 fecit Climata

(1.) Per Meroën.
(2) Per Syrenen.
(3.) Per Alexandriam.
(4.) Per Rhodum.
(5.) Per Romam & Hellespontum.
(6.) Per Mediolanum & Venetias.
(7.) Per Podoliam & Tartariam Minorem.
(8.) Per Wittebergam.
(9.) Per Rostochium.
(10.) Per Hyberniam.
(11.) Per Bohus in Norvvegia.

(12.) Per

(12) Per Gutiam.

(13.) Per Bergos adhuc in Norvvegia.

(14.) Per Viburgum in Finnia.

(15.) Per Arotiam in Svedia.

(16.) Per Dalenkaulii fl. oſtia; reliqva paribus intervallis per alia Svediæ, Ruſſiæ & proximarum inſularum loca. vid. Cluver. Introd. Geogr. lib. 1. cap. 6.

§. 5.

In genere de climatibus notandum qvod nullum cum altero in eodem hemiſpherio ejusdem ſit magnitudinis.

(2.) Qvod Climata qvo Æqvatori viciniora eo magis ſint capacia, & contra.

(3.) Qvod Latitudo primi climatis ferè 8. ſit graduum, poſtremi ne qvidem tot minutorum. Ecce Tabulas climatum, qvarum prioris prima ſeries numerum Climatum indicat, ſecunda Latitudines parallelorum ab Æqvinoctiali; tertia Longitudines maximorum dierum; Poſterioris Tabulæ prima columna docet itidem numerum Climatum, altera Latitudinem Locorum, tertia Intervalla Climatum. Calculum vid. infr. lib. 1. cap. 14. probl. 19. 20. 21. & 22.

TABULA I. Climatum.

Climata.	Paralleli.	Dies longissimi. Horæ.	Scrup.
	0	12	0
0	1	12	15
	2	12	30
1	3	12	45
	4	13	0
2	5	13	15
	6	13	30
3	7	13	45
	8	14	0
4	9	14	15
	10	14	30
5	11	14	45
	12	15	0
6	13	15	15
	14	15	30
7	15	15	45
	16	16	0
8	17	16	15
	18	16	30
9	19	16	45
	20	17	0
10	21	17	15
	22	17	30
11	23	17	45

Climata.	Paralleli.	Dies longissimi. Horæ.	Scrup.
	24	18	0
12	25	18	15
	26	18	30
13	27	18	45
	28	19	0
14	29	19	15
	30	19	30
15	31	19	45
	32	20	0
16	33	20	15
	34	20	30
17	35	20	45
	36	21	0
18	37	21	15
	38	21	30
19	39	21	45
	40	22	0
20	41	22	15
	42	22	30
21	43	22	45
	44	23	0
22	45	23	15
	46	23	30
23	47	23	45
24	48	24	0

TABULA II. Climatum.

Climata.	Latitudo Locorum.			Intervalla Climatum.		
	Grad.	Min.	Scrup.	Grad.	Min.	Scrup.
	0	0	0			
	4.	17.	12			
1	8.	33.	15	8.	33.	15
	12.	42.	13			
2	16.	42.	34	8.	9.	19
	20.	32.	16.			
3	24.	9.	53	7.	17.	9
	27.	24.	32			
4	30.	45.	47	6.	35.	54
	33.	43.	39			
5	36.	28.	27	5.	42.	40
	39.	0	42			
6	41.	21.	5	4.	52.	38
	43.	30.	21			
7	45.	29.	19	4.	8.	14
	47.	18.	43			
8	48.	59.	21	3.	30.	2
	50.	31.	55			
9	51.	57.	7	2.	57.	46
	53.	15.	33			
10	54.	27.	48	2.	30.	41
	55.	34.	24			
11	56.	35.	48	2.	8.	0

Clim.	Latitudo Loc. Grad.	Min.	Scrup.	Intervalla Clim. Grad.	Min.	Scrup.
	57.	32	27			
12	58.	24.	44	1.	48.	56
	59.	12.	57			
13	59.	57.	29.	1.	32.	45
	60.	38.	53			
14	61.	16.	27	1.	18.	58
	61.	51.	24.			
15	62.	23.	35	1.	7.	12
	62.	53.	35			
16	63.	20.	24		56.	49
	63.	45.	20			
17	64.	8.	8		47.	44
	64.	28.	55			
18	64.	47.	48		39.	40
	65.	20.	11			
19	65.	4.	52		32.	23
	65.	33.	51.			
20	65.	45.	55		25.	43
	65.	56.	26			
21	66.	5.	27		19.	32
	66.	13.	2			
22	66.	19.	11		13.	44
	66.	23.	56			
23	66.	27.	19		8.	8
	66.	29.	19			
24	66.	30.	0		2.	41

Præterea dantur terræ ubi dies longiſſimus 31. horarum eſt, aliæ ubi 62. aliæ 93. aliæ 124. aliæ 155. & aliæ 186. Et ſic latitudo loci alibi eſt 67. gr. 24. min. alibi 69. gr. 48. m. alibi 73. g. 37. m. alibi 78. g. 30. m. alibi 84. g. 4. m. & alibi 90. g. 0. m.

CAP. VI.

De PARTIBUS Telluris ſiccis.

Conſtat Tellurem componi ex partibus ſiccis & liqvidis; ſive Continenti & Æqvore, Continens dicitur vel *propriè*, qvando terra qvædam nulla ex parte Oceano pellitur v. g. Franconia, Svevia, &c. vel *Latè* qvando ex una tantùm parte alluitur mari v. g. Belgium qvod Oceanus Germanicus rigat; vel *Latiſſimè* quando maxima ex parte fluctibus cingitur v. g. Aſia, Europa &c. Partes ſunt ſeqventes: §. 1.

(1.) *Inſula* eſt terra qvædam undiqve cincta aqvis v. g. Islandia, Grœnlandia &c.

(2.) *Peninſula* vel Cherſoneſus vocatur terra, qvæ tenui tractu alteri Terræ adhærens qvoad reliqvam partem aqva circumdatur. v. g. Africa, Morea &c.

(3.) *Iſthmus*, dicitur arcta illa via per qvam ex lata in latam pervenitur Terram, ſic inter Peloponneſum & Græciam eſt Iſthmus Corinthiacus; inter Arabiam & Africam, Ægyptiacus.

§. 2.

§. 2.

(4.) *Terra procurrens* nominatur qvæ longo tra-
u in mare abit.

(5.) *Littus* eſt Terræ pars proxima aqvis.

(6.) *Pulvini* ſunt acervi ab arena facti in aqva
jus altitudinis ut curſum navium impediant; hiqve
pulvini in mappis per punctorum multitudinem no-
antur; Hiſpanicè Baixos vocantur; Belgis Sand-
Bäncke: multi dantur in Hollandia.

§. 3.

(7.) *Campus* vocatur ſatis amplum terræ ſp-
tium in planicie.

(8.) *Ager* eſt pars campi, qvæ aratro aut jam
ſubdita aut aranda demum.

(9.) *Sylva* dicitur inculta terra non niſi arborum
denſitate gaudens qvas ipſa producit natura maxi-
mo numero.

§. 4.

(10.) *Deſertum* eſt locus remotus qvi ob ferita-
tem omni cultura caret.

(11.) *Mons* eſt magna terræ coacervatio inſignis
altitudinis.

(12.) *Promontorium* eſt mons qvi aut in ipſum
mare ſe extendit, aut in littore ſupra vicina loca ele-
vatur; In Mappis notatur littera C. qva *Capo* innui-
tur, qvod Italis idem ac Promontorium; Hiſpani
pronuntiant *Cabo*. Belgæ Cap; Notiſſimum eſt Ca-
po Bonæ Spei in Africa.

§. 5.

(13.) *Scopulus* vocatur Saxum in mari prominens,

Svecis dicuntur Schären/ dantur etenim qvamplurimi in Baltico mari ad Sveciam.

(14.) *Syrtes* sunt Saxa in mari latentia, in mappis exprimuntur signo crucis, & qvo periculosiores sunt Syrtes, eo magis augetur signum crucis: notæ sunt Scylla & Charybdis.

(15.) *Vallis* vocatur spatium terræ inter duos montes planæ; notæ sunt valles Gregorii, vallis Joachimica, vallis Thelina &c.

(16.) *Thermopylæ* sunt angusti transitus per montium juga; alio nomine vocantur Portæ, Fauces; occurrunt ejusmodi fauces in Thessalia & alibi, vid. infr. lib. V. c. 13. §. 5.

(17.) *Fodina* est locus in terra subministrans vel metalla, vel mineralia aliaqve, fit demum per laborem & Industriam mortalium.

(18.) *Crypta* seu spelunca est concavitas Terræ aut natura aut ruina facta variis sæpius repleta naturalibus: Celebres sunt Kioviensis vid. lib. V. c. 10. §. 6. Baumanniana vid. lib. 4. c. 50. §. 16. Labyrinthus vid. 5. cap. 16. §. 7. La grotta delli Serpi. vid. lib. 6. c. 12. §. 1. in fin. de Crypta Neapolitana vid. lib. 6. cap. 6. §. 7. Pilati lib. 3. c. 22. §. 2. Sasso Villa. lib. 6. c. 12. §. 1. in fin.

CAP. VII.

De

PARTIBUS TELLURIS LIQVIDIS.

Par-

Artes Telluris liqvidæ sunt

(1.) *Oceanus* h. e. vastum illud Pelagus to-
circumdans Orbem; ejus partes adhuc Oceani
antur assumpto tamen cognomine Terræ illius
m alluunt, sic alius dicitur Oceanus Atlanticus,
s Britannicus, alius Germanicus &c.

(2.) *Archipelagus* est pars Maris multis gaudens
lis, talis propriè est inter Græciam & Asiam Mi-
em, cujus alterum nomen est Mare Ægeum;
nde datur Archipelagus S. Lazari in Asia. S. Lau-
tii ad Insulam Madagascar in Africa; & Archi-
agus Mexicanus in America.

(3.) *Sinus* vocatur pars Oceani qvæ inter duas
ras ex Oceano vel alio sinu decurrit, donec ali-
am attingat terram; in Mappis notatur litteris G.
. prior indicat nomen Golfo qvod Italis sinum
otat v. g. Golfo di Venetia; posterior Hispanis
YA significat h.e. Golfum seu sinum; sic est Baya
osepho in Terra florida, item Baya de Carlos &c.

(4.) *Fretum* itidem pars Oceani qvæ inter duas
ras angusto spatio decurrens duo conjungit ma-
; v. g. Fretum Magellanicum ita decurrit inter
nericam & Magellanicam Terram, mare Æthio-
cum & Pacificum conjungens: Italis dicitur Stret-
; ut Stretto di Gibraltar. Hispanis Estrecho; Ba-
vis Ein Engde aut Canal; Danis ein Sund.

(5.) *Euripus* est fretum fluxu & refluxu gaudens;
bilis est ad Eubœam ubi fluxus & refluxus septies
otidie notatur.

(6.) *Bosphorus* est adeo angustum mare ut bos

qvasi tranare possit; laudantur Thracius inter Asiam Minorem & Thraciam; & Cimerius interceptus inter Tartariam Precopensem & Asiam.

(7.) *Portus* est minor sinus tantæ profunditatis aut natura aut opera ad id effictus, ut maxima sæpius classis tutam in eo stationem habere qveat; in Mappis notatur vel P. qvod Portum notat, vel Pta, qvod Punta.

(8.) *Lacus* propriè est ingens qvædam terræ planæ concavitas aqvis repleta; reperiuntur autem qvadruplici generis (1.) aut nec admittunt nec remittunt fluvios v.g. Lacus Parima sub Æqvatore (2.) aut nullos admittunt sed solùm emittunt, ut Ganges. (3.) aut recipiunt tantùm & non emittunt, ut Lacus Asphaltides in Palæstina Jordanum recipiens; (4.) aut admittunt simulqve iterum remittunt v. g. Lacus Genevensis s. Lehmannus qvem percurrit Rhodanus.

(9.) *Stagnum* est aqva uni perpetuo inhærens loco immobilis, piscibus plerumqve inserviens.

(10.) *Palus* est aqva stans inter partes terrestres, celebris est Mæotis in ultima parte Mediterranei Maris.

(11.) *Fluvius* est aqva navigabilis terminata ripis fluens in alveo suo vel ad Mare usqve vel donec ingrediatur Lacum qvendam aut alium fluvium, ubi cum alio miscetur fluvio, ille locus *Confluens* vocatur, unde & Coblenz Confluentes dicitur; ubi in Oceanum se conjicit, *Ostium*; in Mappis notatur litera R. qva Rio s. Rivus indigitatur v.g. Rio de la Plata &c. Differt (1.) ab *amne* qvod

od hic tantùm parvas fert onuſtas naves, fluvius
ro grandiores; (2.) à *rivo* qvi adhuc minor
ne.

12.) *Torrens* eſt aqva cum impetu de monte de-
ndens.

13.) *Brachium* fluvii eſt aqva ex alio flumine pro-
niens.

14.) *Fons* eſt aqva è terra ſcaturiens & pro-
iens, ſic in Bæotia eſt Aganippe, in Campania An-
ar &c.

15.) *Puteus* eſt aqva è terra qvidem ſcaturiens
d non profluens.

16) *Alveus* vocatur illa terræ cavitas ubi fluvius
urrit.

17.) *Catarrhacta* fluminis dicitur locus, ubi ex
ltiori loco ad depreſſiorem alvei partem aqva cum
mpetu & celeritate deorſum ruit.

18.) *Aqva mineralis* eſt aqva cujus particulæ di-
verſum habent naturam & majorem vim ac reliqvæ
aqvæ.

CAP. VIII.
De
VENTIS.

VEntus à veniendo dictus qvod aliunde veniat, eſt multitudo exhalationis calidæ & ſiccæ, Solis virtute citò à terra ad mediam uſqve aëris regionem elatæ, qvæ occurrente frigore deorſum detruſa, diſſultandi impetu per aërem ruit, ſeu: Eſt ſenſilis agita-
tio

tio aëris per qvam pars notabilis transfertur è regione terræ una in aliam. Ventus multipliciter dividitur, alius dicitur directus, alius indirectus.

1.) *Directus* est qvi versus plagam certam spirat.

2.) *Oppositus* seu Contrarius seu Indirectus vocatur qvi tendit à plaga per diametrum opposita.

3.) *Constans* vocatur qui ab eadem spirat plaga.

4.) *Inconstans* est qui plagas mutat.

5.) *Generalis seu Cardinalis* est qui longo tractu per integrum ferè anni spatium multis in locis in mari spirat: dantur qvatuor *Subsolanus* seu Ost. Spirans ab Ortu Æquinoctiali serenitatem affert. *Favonius* seu Zephyrus aut West/ qui spirans ab Occasu Æquinoctiali pluvias gignit. *Auster* seu Nothus seu Süd spirans à meridie calidus & humidus est; *Septentrio* seu Aqvilo seu Nord spirans à septentrione frigidus & siccus excitat grandines, nives, fulmina.

6.) *Particularis seu Collateralis*, est qvi non eodem tempore pluribus locis per totum spirat annum; veluti VIII. seqventes, qvorum semper bini Cardinalibus interjacent, sic inter Ost & Süd flat Eupos Vulturnus seu Ost-Süd-Ost & Phœnecias Süd-Süd Ost: Inter Süd & West spirant λιβόνοτος seu Süd, Südwest & Africus seu West-Südwest. Inter West & Nord ruunt Corus seu West-Nord-West/ & Thrascias seu Nord-Nord-West; Tandem inter Nord & Ost sunt Boreas Nord-Nord-Ost & Cæcias seu Ost-Nord-Ost.

7.) *Intermedius* nominatur qui à medio duorum Collateralium spirat, suntq; quatuor 1.) Euro Notus

u Sud Ost inter Ost-Sud-Ost & Sud-Sud
2.) Noto Zephyrus Süd-West inter Sud
-West & West Sud-West. 3.) Thrascio Ze-
rus Nord West inter West Nord West &
d Nord West. 4. Borrhapeliotes seu Nord
inter Nord Nord Ost & Ost Nord Ost.

.) *Proprius* est qui semper per certum locum
at.

.) *Periodicus seu flatus* est qvi certo tantum tem-
e spirat v. g. Venti *Etesiæ* tantum spirant per 40.
s incipientes circa Caniculæ ortum; sic *Chelido-*
flant novem tantum per dies verno tempore cir-
hirundinum adventum.

10.) *Contingens* qui nullo ordine observato modo
cipit modo cessat.

11.) *Typhon* seu Turbo est subtilior exhalatio qvæ
er angustum nubis foramen erumpens & in gy-
um rotata, obvia corripit, sursum attollit & rotæ in-
tar in circulo ambigit; germ. ein Windwürbel.

12.) *Prester* est ventus impetuosus cum flamma e-
umpens.

13.) *Fulmen* differt ab eo quod flammam majorem
flatumq; habeat minorem.

14.) *Ecnephias* est ventus impetuosus prorumpens
ex nube qvadam; alias procella vocatur ein Sturm-
wind qui sursum deorsum omnia vertit.

15.) *Exhydrias* est ventus nubem frangens ingen-
temq; aquæ copiam secum in terram ferens. ein Wol-
ckenbruch.

Cap.

Cap. IX.

De

SITU MOTUQVE TELLURIS, nec non Plagis & situ locorum, ut & forma Terræ.

§. 1.

SYstema mundi in genere vocatur coordinatio magnarum mundi partium ; situm tamen mundi Doctores variè referunt ; *Tycho Brahe* , qvi circa finem præcedentis seculi floruit , existimat : tellurem componere centrum mundi immobile circa qvod Sol cursum suum dirigit : *Nicolaus Copernicus* Torunienfis Borussus aliter sensit credens Solem centrum mundi & terram circa illum mobilem : hæc sententia hodiernorum Physicorum est: *Claudius Ptolomæus* Alexandrinus statuit centrum mundi esse Tellurem, circa eam tres aëris regiones, circa has Cœlum Lunæ ; post hoc Cœlum Mercurii ; post hoc Cœlum Veneris ; post hoc Cœlum Solis ; deinde Cœlum Martis ; postea Cœlum Jovis ; post hoc Cœlum Saturni ; deinde Firmamentum ; post hoc Secundum Crystallinum ; supra hoc Primum Crystallinum ; ultimo loco Primum mobile. vid. Jacob. Rohaulti Physica, p.m. 409. Recentioribus Copernici placet opinio.

§. 2.

§. 2.

bæra Recta vocatur, in qva Æqvator & Hori-
e mutuo ad angulos secant rectos.

bæra Obliqva, in qva se secant ad angulos
qvos.

phæra Parallela dicitur qvando hi duo circuli ita
ıcidunt, ut non nisi unum constituere circulum
eantur.

§. 3.

Tellus suas habet plagas, h. e. tractus rectilinea-
, qvi à certo telluris puncto ad Horizontis extre-
ates excurrunt, & dividuntur in Cardinales &
llaterales, de qvibus actum præced. cap. 8 §. 5. & 6.
llaterales Plagæ rursus dividuntur in primarias
secundarias; illæ nominantur uti habetur l. c. §. 7.
cundariæ sunt 16.

1.) Norden zu Osten.
2.) Nord-Ost zu Norden.
3) Nord-Ost zu Osten.
4.) Osten zu Norden.
5.) Osten zu Süden.
6.) Süd-Ost zu Osten.
7.) Süd-Ost zu Süden.
8.) Süden zu Osten.
9.) Süden zu Westen.
10.) Süd-West zu Süden.
11.) Süd-West zu Westen.
12) Westen zu Süden.
13.) Westen zu Norden.
14.) Nord-West zu Westen.

15.) Nord-

15.) Nord-West zu Norden.
16.) Norden zu Westen.

§. 4.

Plagis opponuntur Loxodromiæ, h. e. tractus curvilineares qvos naves faciunt.

§. 5.

Situs loci unius ad alterum vocatur plaga, in qva hic ad illum jacet, seu angulus qvem facit Meridianus dati loci cum linea ab hoc ad alterum ducta locum.

§. 6.

Figura telluris sphærica est, cujus afferti ratio, qvod ea corpora qvæ à lucido majori ita illuminantur ut umbram spargant conicam, sint sphærica; Atqꝫ tellus ita illuminatur à Sole. E. terra est sphærica.

Cap. X.

De

LATITUDINE, LONGITUDINE ET ELEVATIONE POLI.

§. 1.

1.) L*atitudo telluris* dicitur extensio ejus in superficie ab uno polorum ad alterum.

2.) *Latitudo Loci* in superficie telluris vocatur distantia ejus brevissima ab Æqvatore; est vel Septentrionalis vel Meridionalis, illa vocatur brevissima

liſtantia dati loci ab Æqvatore in hemiſphærio entrionali; hæc ejusmodi diſtantia in hemiſphæ- Meridionali, h.e. verſus polum antarcticum nu- ata: Omnis autem Latitudo loci æqvalis eſt vationi Poli.

§. 2.

.) *Longitudo telluris* dicitur extenſio ejus ab Oc- per Orientem ad Occidentem rediens.

.) *Longitudo Loci* eſt diſtantia Meridiani dati a primo Meridiano.

§. 3.

Elevatio poli alicujus loci vocatur diſtantia po- b Horizonte breviſſima; ſive Arcus Meridiani rceptus inter Horizontem & Polum: dividitur Septentrionalem qvæ diſtantia poli eſt ab Hori- nte breviſſima in hemiſphærio Septentrionali; & ridionalem qvæ talis diſtantia eſt in hemiſphæ- Meridionali.

CAP. XI.

De

DIVISIONE INCOLA- RUM TELLURIS, rat. ſitus & rat. Umbræ

R Atione ſitus incolæ telluris dividuntur in Periœcos, Antœcos & Antipodes, Ratione nbræ in Aſcios, Heteroſcios, Amphiſcios, Aſcios,

 Hete-

Heterofcios fimul & Perifcios nec non Afcios Amphifcios fimul.

§. 1.

Periœci vocantur incolæ, qvi in eodem habitantes parallelo fibi invicem 180 grad. diftant.

Antœci nominantur incolæ, qvi qvidem fub uno eodemqve habitant meridiano fed in diverfis Hemifphæriis.

Antipodes funt incolæ qvi pedibus fuis diametraliter fibi invicem correfpondent.

§. 2.

Afcii definiuntur incolæ qvi tempore Meridiano nullam projiciunt umbram v. g. in zona torrida ubi Sol bis qvotannis perpendicularis apparet. Heterofcii f. Alterûmbres : Amphifcii feu Biumbres ; Perifcii f. Circumûmbres qvid fint? explicatum invenies præced. cap. V. §. 1. 2. & 3.

Afcii Heterofcii vocantur qvorum umbra meridiana duobus anni diebus nulla eft; reliqvo autem tempore in alterutram Meridiani plagam projicitur.

Afcii Amphifcii funt qvi duobus anni diebus nullam umbram fpargunt, reliqvorum v. qvibusdam in feptentrionem, qvibusdam in Auftrum projiciunt.

CAP.

CAP. XII.

De
RTU ET OCCASU
YDERUM ET ILLUMINA TIONE TELLURIS.

DIverſitate Phænomenorum Cœleſtium dependente à Sphæra qvæ vel recta vel obliqva Parallela, ratione Sphæræ triplicis Ortus & Ocis ſtellarum triplex qvoqve factus, ita ut alius dir Æqvinoctialis, alius æſtivus, alius hynus.

§. 1.

Æqvinoctialis dicitur qvando Planeta oritur vel idit aut in Æqvatore aut proximè illum.

Æſtivus; qvando Planeta oritur vel occidit in ncipio Cancri h. e. $\frac{11}{21}$ aut $\frac{12}{22}$ Junii; vel propè id.

Hybernus eſt qvando planeta oritur vel occidit in ncipio Capricorni ſive $\frac{11}{21}$ aut $\frac{12}{22}$ Decembr. vel pe illud.

§. 2.

Tellus illuminatur à Sole ultra Hemiſphærium jus diameter ſepties fere & ſemis diametrum Ter- ſuperat, ita ut & corpus ſolis 434 vicibus terre- i majus credatur.

Luna illuminat tellurem non uſqve ad Heſphærium, ejus diameter ferè æqvalis eſt qvartæ

parti terreſtris, ita ut & corpus Lunæ ferè qvadragies qvinqvies minus credatur terreſtri.

§. 3.

Umbra Telluris illuminatæ à Sole eſt Conica, qvia fit à Lucido majori.

Umbra Telluris illuminatæ à Luna, creſcit in infinitum, qvia fit à Lucido minori.

Umbra Telluris illuminatæ à corpore lucido æqvali, fit cylindrica.

CAP. XIII.

De

ANNI TEMPESTATIBUS, MENSIBUS, DIEBUS ET HORIS.

§. 1.

ANnus eſt circumvolutio terræ circa ſolem, qvæ abſolvitur ſpatio 365 dierum qvinqve horarum & 49 minutorum.

§. 2.

Annus dividitur in Julianum, à Julio Cæſare nomen habentem & Gregorianum cujus Author Gregorius XIII. P. R. Prior dividitur rurſus in communem qvi continet 365 dies & 6 horas & Intercalarem qvi abſolvitur 366 diebus; ſemperqve qvartus annus eſt; horæ enim ſex per 4. multiplicatæ diem unum efficiunt, qvi 365. additus & qvidem ſolet inferi

feri Martio menſi, trecenteſimum ſexageſimum ſextum componit; ad inveniendum ſingulis annis intercalarem, divide annum præſentem per qvatuor, qvotus oſtendet numerum e. g. annus præſens 1689 diviſus per 4. oſtendit qvoto ſuo annum 1692. iterum fore intercalarem;

§. 3.

Annus Gregorianus conſtat 365 diebus 5 horis 49 ſcrupulis primis & 12 ſecundis, & hic ut in Juliano qvartus qvisqve annus eſt intercalaris, niſi qvod in 300 annis tres intercalares omittantur.

§. 4.

Annus dividitur in qvatuor partes majores, qvæ ſunt Ver, Æſtas, Autumnus & Hyems; & 12. minores, qvæ menſes dicuntur. Illæ conſiderantur vel aſtronomicè vel geographicè.

§. 5.

Vera ſtronomicè ſumptus eſt qvando nobis videtur ſolem percurrere ſigna Arietis, Tauri & Geminorum, ita ut incipiens $\frac{11}{21}$ Martii deſinat $\frac{12}{22}$ Jun. geographicè eſt tempus in qvo mediocris aëris temperies reperitur, ita tamen ut calor jam prævaleat.

§. 6.

Æſtas aſtronomicè ſumptus eſt qvando exiſtimam⁹ ſolem peragrare tria alia ſigna nim. Cancri, Leonis & Virginis, ita ut incipiat $\frac{12}{22}$ Jun. deſinens $\frac{13}{23}$ Sept. Geographicè dicitur tempus anni qvo ſummus ſentitur calor.

§. 7.

Autumnus aſtronomicè acceptus eſt qvando antiqvitas credidit ſolem migrare per tria ſeqventia ſi-

gna nim. libræ, Scorpionis & Sagittarii, ita ut $\frac{13}{23}$ Sept. incipiat durans ad $\frac{12}{22}$ Dec.; Geographice eſt tempus qvando calor & frigus ita ſentiuntur ut poſterius jam vehementius priori.

§. 8.

Hyems aſtronomicè ſumpta creditur à Veteribus pars anni, qvando ſol per tria reliqva ſigna currat, incipiens $\frac{12}{22}$ Dec. finiens $\frac{11}{21}$ Mart. Geographicè deſignat tempus qvo ſummum ſentitur frigus.

§. 9.

Partes anni minores vocantur menſes qvi dividuntur in Lunares & Solares, Lunaris menſis dicitur tempus qvo Luna motu ſuo periodico 12 ſigna Zodiaci percurrit; Solaris eſt qvando ſol incolis terræ ita apparet ac ſi eadem ſigna peragraret.

§. 10.

Menſis Lunaris eſt vel Conjunctionis aut Synodicus, h.e. 29 dierum & 12. ferè horarum eſtqve tempus inter proxima novilunia; vel Peragrationius aut Periodicus, qvando nim. Luna ſpatio 27 dierum & 8. ferè horarum ſigna 12. Zodiaci curſu ſuo emetitur. Vel Illuminationis aut Apparitionis, hoc eſt tempus à primo Lunæ aſpectu ad ejus usqve evaneſcentiam, eſtqve ferè 28. dierum.

§. 11.

Menſis ſuos habet dies, qvi vel naturales vel artificiales; Illi ſunt tempus qvod terra impendit ad circumvolutionem qvotidianam, qvæ abſolvitur 24. horis.

§. 12.

Dies artificialis eſt qvando locus in tellure per aliqvot

aliqvot horas radios solares accipit; unde nascitur qvod dies modo crescat modo diminuatur, & qvando planè radiis solis privatur nox efficitur.

§. 13.

Dies Noctesqve dividuntur in horas, qvæ vel æqvales seu æqvinoctiales, vel inæqvales seu Temporales; illæ sunt qvarum una constituit 24 partem diei naturalis; hæ, qvarum una conficit 12 partem diei artificialis.

§. 14.

Qvælibet hora comprehendit 60 momenta; qvodlibet horum subdividitur in 60. secunda &c.

Cap. XIV.

De

PROBLEMATIBUS.

§. 1.

INvenire ambitum Terræ & circumferentiam cujuslibet circuli Majoris Terrestris in milliarib. germanicis definire.

Cum cuilibet circulorum maximorum respondeant 15 mill. germ: hinc si multiplices 360 gradus per 15. mill. germ. produces 5400. qvi numerus indicat milliaria totius ambitus terræ.

Si gradus circuli alicujus Maximi aut scrupula sint convertenda in milliaria horumqve sexagesimas partes, duc gradus in 15, & scrupula divide per 4. Heinlin. p. 674.

§. 2.

Dato ambitu circuli alicujus invenire ejus Diametrum.

Juxta opinionem Archimedis qvilibet circulus triplo major est cum una septima adhuc parte, diametro suo, unde per Regulam auream dicendum ut se habent 22 ad 7. ita 5400 ad diametrum Terræ; multiplica nim. 5400 qvi numerus profert circumferentiam Terræ per 7, emergentem summam divide per 22. qvotus indicabit diametrum h. e. 1718 $\frac{4}{22}$ | $\frac{2}{11}$ mill. germ. pro qvo inepto calculo Mathematici rotundum assumsere credendo diametrum Terræ esse 1720. mill. germ.

§. 3.

Datis Peripharia & diametro circuli Maxumi terrestris, invenire aream circuli in Mensura qvadrata.

Milliare qvadratum vocatur cujus longitudo & latitudo se extendit ad unum milliare germanicum; ad satisfaciendum qvæstioni, multiplica dimidiam totius ambitus partem h. e. 2700 mill. per semidiametrum 859$\frac{1}{11}$ mill. germ. pro qvo numerum receperunt aptiorem calculo nim. 860; summa producta, ostendet aream Circuli maximi in milliaribus qvadratis, nim. 2322000.

§. 4.

Dato telluris ambitu & diametro, invenire superficiem ejus convexam in milliaribus qvadratis.

Multiplica totum ambitum seu 5400. mill. germ. per diametrum seu 1720 mill. germ. numerus inde resultans dabit superficiem convexam nimirum 9288000.

9288000 mill. germ. Alio modo fit si Aream circuli maximi, h. e. 2322000. mill. germ. multiplices per qvatuor.

§. 5.

Datis superficie convexa telluris & diametro invenire ejusdem soliditatem in mensura cubica.

Multiplica superficiem convexam seu 9288000 mill. germ. per sextam diametri partem, h. e. per 286⅔ mill. germ. productum dabit soliditatem terræ in milliaribus Cubicis. vid. Reichelt Elem. Geogr. p. 9. Aliter Heinlinus p. 680 docet, multiplicans Aream Circuli Maximi per diametrum, h. e. 2322000 mill. germ. per 1720. mill. germ. summam productam 3993840000 dividit per 3. & qvotum 1331280000 iterum multiplicat per 2 ita ut eveniant 2662560000 mill. germ. cubica, qvæ crassitiem telluris indicant: Milliare Cubicum vocatur milliare, cujus latitudo, longitudo & profunditas se extendit ad unum milliare: milliare germanicum vero absolvitur 4000 passibus.

§. 6.

Globum rectificare ad datum locum.

(1.) Eleva polum Globi supra Horizontem ejus prout locus reqvirit (Elevatio autem Polaris est qvando Meridianum æneum intra Horizontis crenas tamdiu elevo donec ille gradus qvi respondet dati loci latitudini (Nota omnem elevationem Poli æqvalem esse latitudini loci sui,) supra Horizontem apparet.

(2.) Revolve Globum & nomen dati loci directè

colloca infra Meridianum æneum utGlobi verticem obtineat.

(3.) Dirige polum Mundi Arcticum ita ut Globi Meridianus directè subjiciatur Meridiano Cœli. vid. Schott. Curs. Math. p. 369. Probl. 1.

§. 7.

Latitudinem Loci invenire ut & differentiam latitudinis duorum locorum.

In Globo invenitur si datus locus applicetur Meridiano & numerentur gradus usqve ad Æqvatorem.

In Mappis reperitur si rectilineæ sint qvando regula vel filum ducitur per datum locum ita tamen ut æqvatori semper maneat parallelum, deinde notetur ille gradus, qvem in margine Chartæ filum ostendit.

In Mappa Curvilinea, sume distantiam à dato loco ad proximum usqve parallelum circino & transfer eam in alterutrum mappæ latus ubi gradus notati, juxta eundem parallelum; & sic apparebit latitudo dati loci.

Differentia latitudinis duorum locorum habetur si minor subtrahatur à majori. vid Heinlin. p. 686. probl. 20. in fin.

§. 8.

Regionis alicujus latitudinem in milliarib. determinare & in Gradibus.

(1.) Assume duos Æqvatori parallelos, qvi transeunt per extremas datæ regionis partes.

(2.) Minorem parallelorum subtrahe à Majori & ap-

& apparebit latitudo regionis in gradibus Meridiani.

(3.) Hunc numerum multiplica per 15 mil. germ. & habebis etiam latitudinem in milliaribus. v. g. Gallia sita est inter parallelos 43. & 52. minori à Majori detracto; restant 9. qvæ si multiplicaveris per 15 efficient 135. mill. germ. Latitudinem Galliæ indicantia.

§. 9.

Longitudinem dati loci invenire in Globo & Mappa.

Incertius nihil Geographia habet cognitione Longitudinis alicujus loci, rationem vid. præecd. c. 4. §. 5. communiter tamen statuunt qvod in Globo datus locus adducendus sit Meridiano, deinde notandus sub Æqvatore locus ubi Meridianus & Æqvator se intersecant, qvia gradus hujus arcus à primo Meridiano numerati usqve ad punctum Sectionis ostendent qvæsitam longitudinem. vid. Schott. Curs. Math. p. 369.

In Mappis accuratior adhuc haberi potest si ducatur filum per datum locum, ita tamen ut attingat æqvis partibus, gradus tam in margine superiori qvam inferiori Mappæ notatos, & concursus fili vel magnæ regulæ cum gradibus ostendet longitudinem.

§. 10.

Longitudinem duorum locorum invenire in Gradibus & milliaribus.

Si longitudinem qvam duo loca inter se habent nosse cupias, aufer minorem à majore, residuum dabit

bit qvæsitum: Vel applica unum locum Meridiano & nota punctum h. e gradum & minutum; idem fac cum altero loco & arcus Æqvatoris inter utrumqve interruptus erit differentia duorum locorum qvoad longitudinem; qvoad latitudinum differentiam similis est operatio; Emergentes gradus multiplicati per 15 ostendunt dictam differentiam in milliaribus.

§. II.

Longitudinem alicujus Regionis explorare.

(1.) Sume duos Meridianos qvibus Regio intercipitur.

(2.) Subtrahe numerum minorem à Majore & habebis Regionis longitudinem in gradibus.

(3.) Inqvire in parallelum qvi mediam Regionem transit (invenitur si duo extremi addantur & summæ dimidium capiatur.)

(4.) Qvære in hoc medio parallelo qvot milliaria uni respondeant gradui; ad qvod uti poteris seqventi tabula.

(5.) Hunc milliarium numerum multiplica per gradus longitudinis inventos, & emerget longitudo regionis in milliaribus v. g.

(1.) Germanica sita est inter Meridianos 16 & 23.

(2.) Minore à Majore subtracto. residuum 23. dabit longitudinem regionis in gradibus.

(3.) Parallelus per Mediam Germaniam transiens est 50, in qvo uni gradui in Tab. seq. respondent 9. mill. 38. Scrup.

(4.) Multiplica hæc milliaria in residuum h. e. 23 gradus & produces longitudinem Germaniæ.

TA-

TABULA

Continens gradus Parallelorum æqvatoris in Milliaria converſos. vid. Heinl. Synopſ. Math. in fine Schott. Curſ. Math. p. m. 365.

Gr.	Mill.	Scrup.	Gr.	Mill.	Scr.	Gr.	Mill.	Scr.
1	14	59	19	14	11	37	11	59
2	14	59	20	14	6	38	11	49
3	14	58	21	14	0	39	11	39
4	14	58	22	13	54	40	11	29
5	14	56	23	13	48	41	11	19
6	14	55	24	13	42	42	11	9
7	14	53	25	13	36	43	10	58
8	14	51	26	13	29	44	10	47
9	14	48	27	13	22	45	10	36
10	14	46	28	13	15	46	10	25
11	14	43	29	13	7	47	10	14
12	14	40	30	12	59	48	10	2
13	14	37	31	12	51	49	9	50
14	14	33	32	12	43	50	9	38
15	14	29	33	12	35	51	9	26
16	14	25	34	12	26	52	9	14
17	14	21	35	12	17	53	9	2
18	14	16	36	12	8	54	8	49

Gr.	Mill.	Scr.	Gr.	Mill.	Scr.	Gr.	Mill.	Scr.
55	8	36	67	5	52	79	2	52
56	8	23	68	5	37	80	2	36
57	8	10	69	5	23	81	2	21
58	7	57	70	5	8	82	2	5
59	7	43	71	4	53	83	1	50
60	7	30	72	4	38	84	1	34
61	7	16	73	4	23	85	1	18
62	7	2	74	4	8	86	1	3
63	6	48	75	3	53	87	0	47
64	6	34	76	3	38	88	0	31
65	6	20	77	3	22	89	0	16
66	6.	6	78	3	7	90	0	0

§. 12.

Duorum locorum diſtantiam itinerariam in milliaribus ex Globo vel Charta Geographica eruere.

1.) Sume diſtantiam Circino, ab uno ad alterum locum.

2.) Applica eam diſtantiam Æqvatori vel ejus Vicario in Chartis depicto.

3.) Gradus hujus diſtantiæ multiplica per 15 & patebit diſtantia qvæſita.

Vel ſi ſcala itineraria adeſt, impone ei diſtantiam duorum locorum & habebis itidem longitudinem ab uno ad alterum locum.

§. 13.

§. 13.

Dato qvovis loco cognoſcere plagas.

Cum infinitus plagarum ſit numerus, Geographi elegerunt 32. nobiliores qvæ communes ventis ab illis plagis ſpirantibus, vid. præced. c. 9 §. 3. cognoſcuntur autem 32 plagæ beneficio Compaſſi, in qvo acus ferrea una extremitate lilii forma prædita ſemper indicat plagam Septentrionalem, & altera extremitate oppoſita plagā Meridionalem; qvibus cognitis & reliqvæ erunt cognitæ juxta Schema qvod à latere.

§. 14.

Dato loco in tellure reliqvorum locorum ſitum ad illum invenire.

1.) Datus locus adducatur Meridiano.

2.) Polus elevetur pro ejus latitudine.

3.) Qvadrans affigatur vertici atqve applicetur liis locis qvorum ſitum qværimus ad noſtrum, & xtremitas Qvadrantis in Horizonte oſtendet anguım poſitionis plagainqve qvæſitam:

§. 15.

Dati loci invenire Antoecos, Perioecos & Antipodes.

1.) Applica datum locum Meridiano æneo.

2.) Numera gradus interceptos inter datum lom & Meridianum.

3.) Numera totidem gradus ab altera Æqvatoris rte; terminus numerationis oſtendet Antoecos.

Ad inveniendos Perioecos & Antipodes.

1.) Applica Indicem ad horam 12. Cycli.

2.) Nota punctum Meridiani qvod dato loco imnet.

3.) No-

3.) Nota etiam punctum imminens loco Antoecorum.

4.) Volve globum donec Index in cyclo horario monstret altera duodecimam, nam ita punctum Globi qvod subjicitur notato Meridiani puncto dati loci erit locus Perioecorum : Et punctum Globi qvod subjicitur alteri notato puncto Meridiani erit locus antipodum.

§. 16.

Zonarum latitudinem ostendere in milliaribus Germanicis.

1.) Numerantur Gradus cujuslibet zonæ ad alteram.

2.) Multiplica inventos gradus per 15, & numerus inde resultans dabit latitudinem zonarum in milliaribus v. g.

Latitudo zonæ torridæ est 47 graduum, qvi multiplicati per 15 conficient 705 mill. germ. Ita latitudo zonæ temperatæ est 43 graduum, qvi ducti in 15. constituent 645. mill. germ. Zonæ tandem frigidæ latitudo est 23. grad. 30. min. qvi multiplicati per 15. component 352. mill. germ.

§. 17.

Data hora unius loci in Globo invenire horam alterius loci dati.

1.) Locus cujus hora data, adducatur ad Meridianum æneum.

2.) Index applicetur horæ datæ in cyclo horario.

3.) Globus volvatur donec alter datus locus veniat sub Meridianum, nam hoc index monstrabit

(situ

(situ Globi ita constituto) horam qvæsitam alterius loci.

§. 18.

Gradus & scrupula cujuscunqve Circuli Maximi Terraqvæ convertere in mill. germ. Ital. Gall. &c.

1.) Multiplica gradus per 15 & productum dabit milliaria germ.,

aut per 80, & produces mill. Russica.

aut per 60, & numerus emergens efficiet mill. Italica,

aut per 55, & habebis mill. Anglica.

aut per 50, & productum ostendet mill. Scotica.

aut per 25. & evenient mill. Gallica.

aut per 17½ & prodibunt mill. Hispanica.

aut per 10, & summa erit mill. Scandica.

2.) Graduum scrupula per qvartam milliaris germ. partem divide & habebis qvod qvæsiveras: adeoqve unum mill. Ital. respondet singulis scrupulis, qvia est qvarta pars mill. Germ.

§. 19.

Dato die longissimo scire Clima in qvo locus aliqvis sit positus?

1.) Pone longissimum qvemcunqve diem v. g. 21. horarum.

2.) Subtrahe ab hoc numero diem æqvinoctialem 12. ita ut remaneant 9.

3.) Duplica residuum ut 18. eveniant & habebis clima dati loci. Et hoc problema procedit qvando aut nulla adsunt minuta, aut tantùm usqve ad 30, qvod si

D adeſ-

adessent plura v. g. 21. hor. 31. min. tum assumeretur clima seqvens. vid. Tab. præced. c. V. §. 5.

§. 20.

Dato Climate medium ejus parallelum investigare.

1.) Duplica datum Clima v. g. Clima octavum duplicatum dat 16.

2.) Huic numero adjice unum ut emergant 17. & habebis parallelum qvæsitum: à qvo primus & tertius parallelus non nisi unitate distant: suntqve paralleli octavi Climatis 16. 17. 18. (Heinlinus p. 681, probl. 13. Climati duplicato adjicit tria ut emerget medius parallelus)

§. 21.

Dato parallelo medio Clima invenire.

1.) Aufer à dato parallelo 1. aut juxta Heinlinum l. c. 3.

2.) Residuum divide per 2. & qvotus ostendet Clima.

§. 22.

Dato qvocunqve parallelo qvantitatem diei longissimi sub illo indicare.

1.) e. g. Si esset parallelus 22, abjice 1. ut fiant 21.

2.) Residuum 21. divide per 4. ut fiant $5\frac{1}{4}$.

3.) Huic qvoto adde 12 horas & habebis diem longissimum sub parallelo 22. per $17\frac{1}{4}$ horas expressum.

CAP.

CAP. XV.

De MENSURA in dimensione Globi terreni adhibenda.

§. 1.

MEnsuræ qvibus globum terrenum metimur sunt vel Majores vel Minores, Illæ:

1.) Arcus Circulorum divisus in 360 gradus.

2.) Gradus est 360 pars Circuli alicujus maximi, cui respondent 15 mill. germ. dividitur in 60 scrupula prima &c. vid. præced. cap. 4.

3.) Milliaria, notabiliora sunt Germanica qvorum qvodlibet absolvitur 4000 passibus; unde facile constare poterit de reliqvis milliaribus præced. cap. 4. §. 18.

4.) Stadium est octava pars mill. Ital. aut 32 Germanici; adeoqve erit 125 passibus usitatum Græcis.

5.) Parasanga apud Persas est distantia 30 stadiorum, h. e. 3750 passuum.

6.) Schœnus simplex ap. Ægyptios, idem est ac parasanga Persarum.

7.) Schœnus duplex comprehendit 60 stadia seu 7500. passus.

§. 2.

Mensuræ Minores sunt

 1.) Pas-

1.) Passus qvi est 4000 pars milliaris germanici, divisa in 5 pedes.

2.) Pes est qvinta pars passus, inserviens construendæ perticæ.

3.) Pertica est certa qvædam mensura in suos divisa pedes unde alibi habentur decempedæ, alibi duodecempedæ, alibi se decempedæ.

4.) Pollex seu Uncia est duodecima pars pedis; germanicè dicitur Zoll.

§. 3.

In genere de his mensuris notandum qvod si illis utamur ad metiendas rectas lineas, sint lineæ longitudinem tantum habentes; si ad superficies vel areas; sint superficies qvadratæ simili longitudine & latitudine gaudentes; si deniqve corpora illis metiamur, qvod sint corpora cubica qvorum longitudo & latitudo & profunditas eadem est.

CAP. XVI.

De

MAPPIS GEOGRAPHICIS.

DEfinitione & divisione Mapparum jam præced. cap. 2. §. 6. suppeditata, inpræsentiarum adhuc monendum, Mappis eosdem inscribendos circulos qvi Globum Geographicum delineant.

§. 1.

§. 1.

Æqvator oſtendit gradus longitudinis, Meridianus latitudinis, notanturqve in marginibus mapparum, ſuperior & inferior ſeries graduum indicat longitudinem; gradus verò lateribus inſcripti latitudinem referunt.

§. 2.

In Mappis in genere conſideranda veniunt

1.) Generalis diviſio in Novum & Veterem Orbem.

2.) Qvatuor Mundi Plagæ.

3. Qvænam regiones Polis proximiores, qvænam primo Meridiano.

4.) Sub qva Zona & ſub qvo Climate ſita Provincia.

5.) Qvæ ſit cujuslibet regionis, aut loci longitudo & latitudo, qvando hic vel ille locus qvatuor anni tempeſtatibus fruatur &c.

§. 3.

Qvomodo Mappæ conficiantur vid. ap. Schott. Curſ. Math. 372. 373. & 374.

LIB. II.

De

HYDROGRAPHIA.

MOnitum jamjam Geographicæ cognitionis objectum duplex, remotum & proximum, illud vocari Globum Terraqveum, qvod conſtet Terra & Aqva duabus partibus; Sed actum de Terra ſuperius; aqvam præſens liber explicet ſub nomine Hydrographiæ, ita tamen ut non niſi nobiliora proponantur, exiſtentibus hac de re jam integris Georgii Fournierii Jeſ. Moriſeti de orbe maritimo, aliorumqve tractatibus.

CAP. I.

De

PRÆCOGNITIS HYDROGRAPHIÆ.

HYdrographiæ vocabulum veniens *ἀπὸ τῦ ὕδατος* h.e. ab aqva & *γράφειν*, h.e. ſcribendo nihil denotat qvam aqvæ deſcriptionem.

§. I.

Motus aqvæ vel naturam ſeqvitur vel vi agitatur, unde nata in naturalem & violentum motus diſtinctio; illum dicunt qvando aqva pro ratione libramen-

bramenti ex altiori in depressionem movetur loco; hunc qvando vi venti titubat.

§. 2.

Libramentum voco partis aqvæ alterius infra alteram depressionem: germ. Wasserwag.

§. 3.

Mari triplex motus; directus, circularis & varius: *Motum directum* describo versus plagam qvandam moto Oceano, qvod fit continua seriè dierum ab ortu occasum versus in zona maxumè torrida. *Circularis* dicitur qvando ea celeritate aqvæ in gyrum volvitur ut modo absorpta, iterum ascendat unda, ein Würbel. *Varius* est si tremat, hincqve inde agat fluctus.

§. 4.

Motus maris Directus iterum est vel Generalis, vel Specialis, vel Contingens. Prior vocatur qvi ubiqve communis Oceano; Specialis exprimitur si qvædam saltem pars movetur Oceani; Contingens est qvi modo cessat modo incipit.

§. 5.

Motus Generalis subdividitur in Continuum & Compositum; Prior describitur qvod sit is, qvi non interrupta temporum serie ab ortu petit occasum; Posterior venit sub titulo Fluxus & Refluxus.

§. 6.

Motus specialis simili gaudet distinctione, ita ut dividatur in Perpetuum, h. e. qvi sine cessatione reqvieve perseverat; & Anniversarium qvem certis tantùm anni temporibus prodit Æqvor.

§. 7.

Fluxum credo esse motum maris adeo vehementem ut aqvæ ejus loca priora relinqvere cogantur & alia petere ; Refluxum vero qvando mare pristinam repetit stationem.

§. 8.

Fluxus fit qvoties Luna Meridianum Terræ cursu qvotidiano peragrat tam infra qvam supra Horizontem.

Refluxus notatur qvoties Luna reperitur in Horizonte Terræ sive occidat, sive oriatur. Salva namqve multorum sententia existimo fluxum fieri à Luna; hæc enim appropinqvans qvam proximè telluri ita premit aciem corporum infinitorum qvæ terram inter & Lunam versantur, ut necessitate pulsa adhuc inferiora iterum contundere cogantur, h.e. Maria, Fluviosqve miræ magnitudinis ut priora loca cedendo in alia migrare necesse habeant, donec Planeta abierit, qvo tempore absens aqva redit, vocaturqve Refluxus; hocqve modo evitatur vacuum & clare deciditur controversia ; Interim monendum hypothesi hac ita posita, Lunam circa Tellurem cursu qvotidiano ovalem describere figuram defendendum.

§. 9.

Qvotidie bis tam fluxus qvam refluxus notatur; prior durat per sex horas intermedio spatio qvadrantis horæ qvo eundem statum conservat; Refluxus itidem sex finitur horis, & 15 minutis, qvibus durantibus manet in eodem statu.

§. 10.

§. 10.

Fluxus & Refluxus qvotidie tardius accidit 50 minutorum, qvia aliter Luna Meridianum terræ non ingreditur; licetqve hodiè obſervetur ingrediens hora duodecima, craſtina luce apparebit demum eundem Meridianum ingredi 50 minut. tardius; jam vero fluxus & refluxus juxta curſum Lunæ naſcitur, E. qvotidiè tot minutis tardius notatur.

§. 11.

Durante fluxu Oceanus movetur à Meridie in Septentrionem.

Exiſtente Refluxu Oceanus à Septentrione Meridiem verſus ruit.

§. 12.

In novi & pleniluniis fluxus & refluxus major fit qvam in qvadraturis, qvia luna qvam proximè imminet terræ adeoqve arctius premit terram circumdantia corpora, qvam ſi verſetur in qvadraturis.

§. 13.

In novi & pleniluniis tempore æqvinoctiorum adhuc vehementior reperitur qvam omni alio, qvia tunc Luna aërem magis perpendiculariter verſus terram tundit qvam reliqvis anni partibus.

§. 14.

Ea maria qvæ Luna æqvaliter omni ex parte premit non ſubjacent fluxui & refluxui, qvia alias ab ipſa terra abſorberentur, qvaqvaverſum enim aqva curſum dirigeret, iterum repelleretur à Planeta; idqve accidit in duobus Tropicis, ubi maria nec fluxum nec refluxum habent.

§. 15.

Maria qvæ Luna plane per inferiora corpora non tangit, adhuc carent fluxu & refluxu; qvia existentia terram inter & Lunam corpora non turbantur: mirum itaqve non est Mare Mortuum, Pontum Euxinum, Mare Balticum &c. non prodere fluxum & refluxum, qvia non peragrantur à Luna.

CAP. II.

De

OCEANO.

VAstuosum illud æqvor totam circumdans terram dividitur ratione littorum in Occidentale, Orientale, Septentrionale & Meridionale.

§. 1.

Oceanus Occidentalis seu occiduus vocatur illud mare qvod continetur intra orientale littus Americæ & Occidentale Veteris Orbis, dispescitur in Atlanticum & Æthiopicum.

(I.) *Oceanus Atlanticus* seu Mare del Nord vocatur mare interceptum inter latus occidentale Europæ, ex parte etiam Africæ & Americam: dividitur iterum in Britannicum, Aqvitanicum, Hispanicum & Atlanticum strictè dictum.

1.) *Oceanus Britannicus* prima pars est Atlantici Maris alluens Insulas Britannicas, partes habet Caledonium, Hybernicum, Vergivium & Britannicum stricte dictum.

2.) *Ocea-*

2.) *Oceanus Aqvitanicus* est qvi Aqvitaniam Galliæ Provinciam hodiè Gascogne vocatam alluit.

3.) *Oceanus Hispanicus* est qvi Hispaniam verberat, dividitur in Cantabricum & Callaicum.

4.) *Oceanus Atlanticus* strictè dictus est, qvi intercipitur inter Juga Atlantis in Mauritania & C. de Rocca prope Lisabonam Portugalliæ.

(II.) *Oceanus Æthiopicus* est qvi inter Regna Congi, Guineæ, & Mare nigrum ruit.

§. 2.

Oceani Britannici partes constituunt seqventes.

1.) *Oceanus Caledonius* seu Deucaletonius rigans Deucaletoniam nunc Scotiam vocatam, Septentrionale Hyberniæ littus ad Islandiam usqve.

2.) *Hybernicus*, h. e. Mare intra Angliam & Hyberniam.

3.) *Vergivius*. h. e. Mare rigans oram Hyberniæ Australem & Angliæ Occidentalem.

4.) *Britannicus* strictè dictus est Mare Gallicum se extendens à promontorio Gobæo ad Caletum usqve.

§. 3.

Oceani Hispanici partes sunt

1.) *Oceanus Cantabrius* qvi alluit Provincias Hispaniæ, Esturiam, Biscajam & Guipuscojam.

2.) *Oceanus Callaicus* qvi se movet ad promontorium Hispaniæ Artabrum.

§. 4.

Oceanus Orientalis seu Eous, seu Pacificus vocatur

tur comprehensum Mare inter Americæ littus Occidentale, Asiam insulasqve Indiæ; Partes ejus sunt

(1.) *Mare Sericum*, alluens Cathajam qvam Veteres Sericam dixerunt.

2.) *Oceanus Sinensis*, qvi Regnum Sinense circumdat.

3.) *Archipelagus S. Lazari*, h. e. Mare Indicis Insulis commune.

4.) *Mare Anchidolium* seu Mare Lantchidol estq; illud qvod interfluit Novam Quineam, Carpentariam, Novam Hollandiam & Insulas Indicas.

5.) *Mare Pacificum* strictè dictum; h. e. Mar del Zur alluens littus Australe Americæ borealis & Occidentale Americæ Meridionalis; hinc extensum versus occasum usqve ad 180 gradum, à primo Meridiano per Insulam Teneriffam ducto.

§. 5.

Oceanus Septentrionalis est qvi intercipitur inter oram septentrionalem Americæ orbisqve Veteres, & Polum septentrionalem; Partes ejus sunt

1.) *Mare Germanicum* qvod terminatur Orientali Angliæ latere & Occidentali Daniæ atqve Norvvegiæ, extensum ab ostio Rheni ad promont. Rubeas seu Nort Cap.

2.) *Mare Sarmaticum*, h. e. illud qvod extenditur ab eodem promontorio ad ostium Obii fl.

3.) *Mare Tartaricum*, seu Scythicum est qvod ab eodem ostio se extendit ad Mare pacificum.

4.) *Mare hyperboreum* seu Glaciale seu Mortuum seu Cronicum seu Saturninum (qvæ Synonyma) est qvod Islandiam qvattit.

§. 6.

§. 6.

Oceanus Auſtralis vocatur qvi à littore auſtrali Orbis Veteris & ab extrema Americæ Meridionalis parte excurrit ad polum uſqve Meridionalem. Partes ejus ſunt

1.) *Mare Indicum*, qvod vocatur mare alluens Malaccam & Sumatram: includit Mare Perſicum qvod à Capo Comori incipit ad Capo Corodan.)

2.) *Arabicum Mare*, ſeu Erythræum, ſeu Rubrum, ſeu Mar d' India; nomen habens ab Erythra Rege, cujus ſepulchrum in Ogyri Inſula hujus Maris erat, progreditur à Promontorio Corodano ad C. de Guardafui ſeu Aromata.

3.) *Mare Aſperum* ſeu Archipelagus S. Laurentii nomen habet à Præcipua Inſularum Barbariæ, S. Laurentii hodie Madagaſcar dicta; procedens à dicto promontorio Aromata ad C. Bonæ Spei.

4.) *Mare Hypernotium* eſt mare inferius qvod definit in polo Auſtrali.

De his Maribus vid. Cluver. Introd. Geogr. lib. I. Cap. X.

Cap. III.
DE SINUBUS OCEANI OCCIDUI.

Poſt Oceanos tranſeundum ad Sinus qvi in illis occurrunt, & qvidem in Oceano Occidentali reperiuntur ſeqventes:

(I.) Ma-

(I.) Mare Mediterraneum vocatur vaſtuoſiſſimum illud interceptum Æqvor inter Europam, Aſiam & Africam, unde & dividitur in tres partes nimirum:

1.) *Europæum* qvod Oram Europæ alluit.

2.) *Aſiaticum* qvod Oram Aſiæ ſtringit.

3.) *Africanum* qvod Oram Africæ radiat.

(II.) *Sinus Mexicanus* dicitur alio nomine Archipelagus Americanus, rigans Iſthmi Americani littus Orientale interceptus inter Americam utramqve.

§. 2.

Maris Mediterranei Europæi partes ſunt

1.) *Sinus Leoninus* ſeu Golfo di Lion extenſus à freto Herculeo ad Arnum fl.

2.) *Mare Tuſcum*, ſeu Tyrrhenum, ſeu Inferum incipiens à Liguria & Macra fl. ad Siciliam uſqve progreditur.

3.) *Mare ſuperum* ſeu Adriaticum, qvod Italiæ latus Orientale à freto Siculo ad Aqvilejam uſqve verberat.

4.) *Mare Ægæum* ſeu Archipelagus dicitur Mare illud inter Græciam & Minoris Aſiæ inſulas: hodiè à Turcis vocatur Mare Album.

5.) *Mare Ægæum Occidentale* alluens Græciæ latus Orientale & Thraciæ Meridionale à C. Martapan ad Aſiam Minorem extenſum.

6.) *Pontus Euxinus* ſeu Mare Nigrum vel Majus; h. e. Maggiore, continetur inter utrumqve Boſphorum.

7.) *Pa-*

7.) *Palus Maotis* seu Mare delle Zabache est Mare protractum à Canale di Caffa seu Bosphoro Cimmerio ad ostium usqve Tanais fl.

§. 3.

Maris Mediterranei Asiatici partes sunt

1.) *Mare Ægeum Orientale*, estqve æqvor stringens Occidentale Asiæ latus à Lesbo Inf. ad Oppidum Guldum.

2.) *Mare Parthenium* rigans reliqvam Asiæ partem à Caria ad Ægyptum usqve.

§. 4.

Maris Mediterranei Africani partes sunt

1.) *Mare Aegyptium*, qvod Ægyptum qvattit à Pelusio ad Axillam.

2.) *Mare Lybicum* seu Cyrenaicum, vocatur qvod Lybiæ, Cyrenaicæqve regionis proximum littoribus.

3.) *Mare Barbaricum*, nomen habet qvod Barbariam præterfluat.

§. 5.

Sinus Leonini partes sunt

1.) *Mare Ibericum* seu Hispanicum, qvod Hispaniam rigat, incipiens à freto Herculeo ad C. de Gades.

2.) *Mare Balearicum*, qvod Baleares ambit Insulas Majorcam nim. & Minorcam.

3.) *Mare Gallicum* fluctibus percutit Galliam Narbonensem.

4.) *Mare Liguſticum* seu Mare di Genoa, intercipitur inter flumina Varo & Macra.

5.) Ma-

5.) *Mare Syrdoum* fluctus agit inter Sardiniam & Baleares,

§. 6.

Maris Superi partes sunt

1.) *Mare Siculum*, murmurat inter Siciliæ latus Orientale & Cretæ Occidentale, continens *Ausonium* qvod Italiam rigat à freto Siculo ad C. di S. Maria seu Promont. Salentinum.

2.) *Majus Jonium Mare*, dicitur qvod Italiam seqvitur à Promont. Salentino ad Garganum Prom.

3.) *Sinus Adriaticus* seu Golfo di Venetia, Italiæ littus perstringens à dicto promont. ad Aqvilejam usqve Nautis notus.

§. 7.

Maris Ægei Occidentalis partes sunt

1.) *Mare Creticum*, qvod Græciam alluit ad promont. Scyllæum seu C. Scylli nec non Cretam Insf. ad Promont. Samonium, nunc C. Salomone.

2.) *Mare Myrtoum*, qvod Atticam verberat à C. Scylli ad Eubœam.

3.) *Mare Aegæum strictè dictum*; vocatur qvod ab Eubœa Inf. reliqvam Græciam Thraciamqve rigat, nec non Asiam Minorem ad Lesbum usqve Inf.

4.) *Propontis* seu Mare di Marmora, cingitur Hellesponto & Bosphoro Cimmerio.

§. 8.

Maris Ægæi Orientalis partes sunt

1.) *Mare Icarium*, qvod interfluit Insulam Lesbo & Samum ad Asiam Minorem.

2.) *Mare Carium*, Cariam stringit.

3.) *Mare*

3.) *Mare Rhodienſe*, Rhodum fluctibus circumdans.

4.) *Mare Carpathium*, Carpathum ambiens Inſ.

5.) *Cyprium*; Cyprum alluens Inſ.

§. 9.

Maris Parthenii partes ſunt

1.) *Mare Lycium*, qvod Lyciam rigat.

2.) *Mare Pamphylium*, qvod Pamphyliam qvattit.

3.) *Mare Cilicium*, qvod Ciliciam verberat.

4.) *Mare Syriacum*, Syriam ſtringens.

5.) *Mare Phœnicium*; qvod ab Oſtio Corſei fl. ad Gazam uſqve extenditur.

6.) *Mare Jonium Minus*, qvod excurrit à Gaza ad Ægyptum uſqve.

§. 10.

Maris Barbarici partes ſunt

1.) *Mare Africum*, qvod intercipitur inter intimam Syrtim Majorem & oſtium Ampſagæ fl. continens utramqve Syrtim & Sinum Numidicam, qvod mare Numidiam alluit.

2.) *Mare Mauritanicum*, qvod ab oſtio Ampſagæ fl. excurrit ad terminum freti Gaditani occidentalem.

CAP. IV.

De

OCEANI EOI, SEPTENTRIONALIS ET MERIDIONALIS SINUBUS.

§. 1.

IN *Oceano Eoo* ſeu Orientali occurrit ſinus Coreenſis decurrens inter Coream Chinæ Tartariæqve littora ab auſtro verſus Septentrionem.

§. 2.

In Oceano Septentrionali occurrunt

1.) *Sinus Codanus* ſeu Mare Balthicum, germ. Die Oſt-See/it. Mare Svecicum, qvod intercipitur inter Norvagiam, Jutiam, Sveciam, Germaniam, Botniam & Finniam.

2.) *Sinus Grandvicus*, ſeu Mare Album (Bella More), Lapponiam Ruſſiamqve interfluctuat.

3.) Hudſonii. 4.) Jameſii. 5.) Buttonis. 6.) Baffinii ſinus dicuntur, qvi ex Oceano Septentrionali inter Novam Franciam aliàsqve Americæ ſeptentrionalis regiones currunt.

§. 3.

Sinus Codani partes ſunt

1.) *Sinus Botnicus*, qvi intercipitur inter Sveciam, Lappiam & Finniam.

2.) *Si-*

2.) *Sinus Finnicus*, qvi Livoniam, Ingriam & Finniam rigat,

3.) *Sinus Livonicus*, qvi Curlandiam & Livoniam verberat.

§. 4.

In Oceano Meridionali ſinus dantur

1.) *Arabicus*, ſeu Mare Rubrum, ſeu Mare Ruſſicum, ſeu Mare di Mecca, continens fluctus inter littus Occidentale Arabiæ & Orientale Africæ ad Iſthmum uſqve Ægyptiacum.

2.) *Perſicus* ſeu Mare de Meſendim, ſeu Mare Eleatif, ex Indico Oceano Perſiam Arabiamqve diſtingvens, decurrit ad Chaldæam uſqve.

3.) *Gangeticus* ſeu Golfo di Bengala, interceptus Cherſoneſum Malaccenſem inter & Indiam, ſe ſiſtit ad Regna Indiæ Bengala & Pegu.

4.) *Siamicus*, qvi ad Regnum Siam murmurat, inter Malaccam & Cambajam ab Auſtro infuſus.

CAP. V.
DE FRETIS.

§. 1.

Enfiitio Freti habetur lib. 1. c. 7. §. 4. ſermo hic eſt de Nobilioribus.

Freta Occidui Oceani ſunt

1.) *Herculeum* ſeu Gaditanum, hodie Eſtrecho di Gibraltar, per qvod Oceanus Atlanticus fluctus agit inter Hiſpaniam & Africam.

2.) *Siculum*, qvod medium occupat inter Siciliam & Italiam.

3.) *Hellespontus* seu Stretto de Dardanelli, viam ostendens ex Propontide in mare Ægæum.

4.) *Bosphorus Thracius* seu Stretto di Scutari, viam aperit ex Ponto Euxino in Propontidem migrantibus.

5.) *Bosphorus Cimmerius* seu Stretto di Caffa, per qvod è Palude Mæotide in Pontum Euxinum via conceditur.

6.) *Anglicum* seu Pas de Calais, aut Canal d' Inghilterra, interceptum Angliam inter & extremam Picardiam.

7.) *Hybernicum*, contentum inter Hyberniam & Scotiam.

§. 2.

In Mari Eoo occurrunt.

1.) *Fretum Manilhas* inter Insulam Mindanao & Philippinas.

2.) *Fretum Vermejo* inter Californiam & Americam Septentrionalem.

§. 3.

In Mari Septentrionali sunt freta nobiliora

1.) *Danicum* seu der Sund / per qvod Mare Germanicum fluctuat in sinum Balticum.

2.) *Balticum Majus* seu der grosse Belt / inter Selandiam & Fioniam.

3.) *Balticum Minus*, der kleine Belt / inter Fioniam & littus Jutiæ Orientale.

4.) *Nassovicum* seu Waygatz, inter Samojedam & Novam Zemblam.

5.) *Fro-*

5.) *Frobischeri*, qvod Grœnlandiam transit.

6.) *Davisii*, qvod coërcetur inter Grœnlandiam & Americam Septentrionalem.

7.) *Hudsonii*, inter terras Americæ Septentrionalis, Terram de Labrador, & novam Britanniam.

§. 4.

In Mari Australi occurrunt

1.) *Fauces Arabici Sinus*; aperta via Oceani Indici in Mare Rubrum.

2.) *Fretum Persici Sinus*, per qvod Oceanus Indicus se insinuat.

3.) *Magellanicum*, interjacens Americam Meridionalem & Magellanicam Inf. conjungit Oceanum Occiduum cum Eoo.

4.) *Le Maire*, exiguum fretum inter terram Magellanicam & Insulam Statenland.

Cap. VI.

De

LACUBUS, PALUDIBUS ET FLUVIIS.

INter Paludes principem locum tenet Mæotis inter Europam & Asiam posita, qvam Scythæ Temerindam, qvasi Maris Matrem vocant, vulgo Mar delle Zabacche.

§. 2.

Lacus Celebriores sunt

1.) Zembre in Africa per qvem fluit Nilus.

2.) *Genezareth*, seu Mare Galileæ in Palæstina.

3.) *Asphaltides*, seu Mare mortuum etiam in Palæstina.

4.) *Constantiensis*, der Bodensee / in Germania: vocatur etiam Brigantinus.

5.) *Lacus Lehmannus*, der Genfer-See / ad Genevam.

6.) *Lacus Zugiensis* in Helvetia; 7.) Griffensis. 8.) Richensis. 9.) Thunensis. 10.) Lucernensis. 11.) qvatuor civitatum sylvaticarum. 12.) Walensis, 13.) Tigurinus, qvi omnes in Helvetia occurrunt. 14.) Lago di Celano. 15.) Lacus Martaus. 16.) Perusinus, 17.) Luccensis &c. in Italia reperiuntur. 18.) Andrensis in Gallia. 19.) Melcey in Lotharingia. 20.) Morinus in Campania Galliæ. 21.) des Hommes in Andegavensi Ducatu. 22.) Celavensis in Aprutio. 23.) Jannensis in Macedonia. 24.) Acrioteri in Natolia. 25.) Astaman in Persia. 26.) Tarchacam in ead. regione. 27.) Douchio & Kitai in Tartaria. 28.) Chimai in China. 29.) Guarda & Borno in Africa. 30.) Gagoa in Barbaria. 31.) Elbuchiara in Ægypto. 32.) Zanarata & Zageth in Abyssinia. 33. Capatan in Hispania Nova. 34.) Eupœna in America Meridionali; & infiniti alii minores.

§. 3.

Nobiliores fluvii qvorum in parte speciali occasione cujuslibet Regni fit mentio; ordine Alphabetico hic apponuntur:

Achelous in Græcia, ut & *Acheron*. *Addua* in Italia. *Albis* in Germania. *Altus* in Transsylvania. *Amisis* in

in Germania. *Anas* in Hiſpania. *Apſus* in Græcia. *Arbon* in Morea. *Arnus* in Italia, *Arſus* in Thracia. *Aſopus*, in Achaja. *Avenliſius* in Irrlandia. *Batis* in Hiſp. *Bagrodas* in Africa. *Banna* in Irrland. *Boandus* etiam. *Boryſthenes* in Moſcovia. *Boſna* in Boſnia. *Bugh* in Polonia. *Canada* in America. *Chronus* in Sarmatia Europæa. *Cnopus* in Achaja. *Dalecarlia* in Svecia. *Danubius* in Germania. *Dina* in Scotia. *Dnieper* in Muſcovia. *Don* etiam. *Dravus* in Hungar. *Drina* in Boſnia *Duero* in Hiſpan. *Dune* in Sarmat. Europ. *Duina* in Moſcov. *Ebro* in Hiſpan. *Edel* in Moſcov. *Ericon* in Græcia. *Euphrates* in Aſia. *Eurotas* in Græcia. Eyder in Dania. *Ganges* in Aſia. *Garonne* in Gallia. *Granus* in Hungaria. *Guadalquivir* & *Guadiana* in Hiſpania. *Hebrus* in Thracia. *Hieraſus* in Scythia Europ. *Hoja* in Wallachia. *Humber* in Anglia. *Igliaco* in Morea. *Indus* in Aſia ut & *Jordanus*. *Iſmenus* in Achaja. *Lariſſa* in Thracia. *Letha* in Scotia. *Ligeris* in Gallia. *Linus* in Irrlandia. *Log* in Græcia. *Loire* in Gallia. *Loxa* in Scotia. *Luſa* in Svecia. *Lycormes* in Achaja. *Maragnon* in America. *Mariſa* in Thracia. *Melas* in Thracia. *Memmel* in Sarmat. Europ. *Menzo* in Italia. *Minius* in Hiſpania. *Moadus* in Irrland. *Modernus* in Irrland. *Mœnus* in German. *Moruſſus* in Tranſſylv. *Neſſus* in Scotia. *Nicrus* in German. *Nieſter* in Sarmat. Europ. *Niger* in Lybia. *Nilus* in Africa. *Odera* in Germania. *Olt* in Tranſſylv. *Padus* in Italia. *Paniſus* in Græcia. *Peneo* in Græcia. *Planizza* in Morea. *Po* in Italia. *Pregel* in

Polonia. *Pruth* in Wallachia. *Rab* in Hungaria. *Rhenus* in Germania. *Rhone* in Gallia. *Rio del Norde* in Nova Granada. *Rio d' Amazones* in America Meridion. *Rio de Paria* in Terra firma. *Rio de la Plata* in America Merid. *Robasilopotamo* in Morea. *Rubon* in Polon. *Rubricatus* in Africa. *Sabesus* in Scythia Europ. *Salnich* in Græc. *Samus* in Transsylv. *Savern.* in Anglia. *Savus* in Hungaria. *Seine* in Gallia. *Sperchio* in Thessal. *Sprea* in German. *Stora* in Moscov. *Strymon* in Thracia. *Strygius* in Transsylv. *Tajo* in Hispania. *Tanais* in Moscov. *Tavus* in Scotia. *Tems* in Anglia. *Teysse* in Hungaria. *Tiberis* in Italia. *Ticinus* in Ital. *Tigris* in Asia. *Vaga* in Anglia & Hungaria. *Viadrus* & *Vistula* & *Visurgis* in Germania. *Volckenberg* in Svecia. *Wag* in Hungaria. *Wana* in Bosnia. *Weichsel* in Germania. *Warta* in Germania. *Wolga* in Moscovia. *Zaaz* in Scythia Europæa. De fluminibus minoris nominis vide singula Regna. De arte navigandi seu de re nautica evolvi possunt tractatus Baysii, Petri Medinæ, Bartholomæi Crescentii Vitruvii & aliorum compendiose legi poterit Varenius in Geograph. General. Lib. III. Cap. 35. ad finem usqve.

INDEX

INDEX
PARTIS GENERALIS.
A.

B.

C.

Glo-

Men-

Puteus

Locus

PARS

Pars Specialis. LIB. III. CAP. I. De EUROPA.

§. 1.

TErrarum orbem, ſi terram Auſtralem excipias, qvatuor abſolvi partibus detectione novi orbis ſeu Americæ anno 1497. per Americum Veſputium mandato Caſtiliæ Regis, vel Chriſtophorum Columbum, qvi homo Ligur, inſtructus à Ferdinando Catholico Hiſpaniarum Rege anno 1492. navibus Calendis Septembris à littoribus ſolviſſe perhibetur (vid. Bembus hiſt. Venetæ lib. 6.) facta communis ſententia, innotuit Europa, innotuit Aſia, innotuit & Africa; Americanum iter ultimo oſtenſum; num ante Columbum, aut Veſputium nemo Americam adierit? merito dubitatur vid. infra lib. VIII, c. 9. §. 1.

§. 2.

Notus hodiè ferè omnis Terrarum Orbis, circumnavigatus primo à ſociis Ferdinandi Magellani, deinde Franciſco Draco Orbis Archipyrata, poſtea Thoma Kandiſch Anglo, iterumqve ab Olivario Noort & aliis. Du Val, ed. germ. p. 2. p. 142. exiſtimat Sebaſtianum Caenium Orbem velo terminaſſe primum,

§. 3.

§. 3.

Europa licet harum minima pars partium, in vestibulo hujus tractatus occurrat, primò qvidem generaliter, deinde specialiter; in generaliori tractatione qvæstionis erit unde descendat nomen? qvales admittat terminos? qvousqve longitudo & latitudo progrediatur? qvomodo dividatur? qvales habeat montes? qvales fluvios? qvales insulas? qvanam describatur forma? & qvalis incolarum natura? specialior exhibebit singula Regna, Provincias, Territoria; cujuslibet longitudinem & latitudinem, derivationem nominis, insulas, Academias, fluvios, montes, præcipuas urbes, cum catalogo Imperatorum, Regum, Paparum, Electorum &c. immixta hinc inde recentiori historico-Politices materia: Ut initium felix faustumqve sit, votum est: perlustranda nunc primo nominis Europæ origo;

§. 4.

Existimarunt haud numero pauci Poëtis immistis, hanc orbis partem nomen accepisse ab Europa, Phœniciæ Regis Agenoris gnata, à Jove assumptâ tauri forma Sydoniis ablata & Cretensibus, qvorum Regio Candia, dorso allata; rectius credere alii autumant hoc natum nomen ab Europo Macedoniæ Rege, cujus Justinus Trogi abbreviator lib. 8. cap. 1. §. 6. meminit; alios opinio detinet Europam dicti Regis filiam à qvodam mortalium cui Tauri fuisse nomen è Thyrrenensi regione huc transvectam; vid. Ad. Min. P. I. p. 10. Relicta in salvo cujuslibet sententia, mediam amplector, non nisi conjectura licet ut omnes aliæ nitatur;

§. 5.

§. 5.

Qvod terminos attinet varios Doctores ei adſcribunt, recentioribus à *Septentrione* Borealem, qva terram reſpicit Glaciale, h. e. Hyperboreum ſive Septentrionale mare ponentibus; ab *Occaſu* qva ſpectat Americam Occidentale ſeu Atlanticum æqvor; Fretum Herculeum & Oceanum Mediterraneum verſus *Meridiem* qva Africa eſt; ab *Ortu* Ortelius aliiqve ponunt Tanaim fl. hodiè Don dictum, Iſthmum inter Tanaim & Volgam, nec non Volgæ Orientem verſus divertigium, & tandem Obium fl. vid. Becman. hiſt. orb. terrar. p. 103. Qvi rectius terminum locare ſibi perſvadent, ſcribúnt limites Ægeum mare Helleſpontum, Propontidem, h.e. Calipolim & Byzantium interjacens æqvor. Boſphoros Thracium atqve Cimmerium. Pontum Euxinum. Paludem Mæotidem & à Tanai fluvio lineam rectam ad Oceanum Septentrionalem uſqve ductam. vid. Atl.Min. P.I. p.11. Schott, Curſ. Matth. lib. 12. p. 2. S. 1. cap. 2. p. 328.

§. 6.

Longitudo Europæ variè deſcribitur, aliis eam ducentibus ab Uliſſybona Portugalliæ metropoli ad Conſtantinopolim uſqve h. e. 600 mill. germ. aliis extendentibus à Promontorio ſacro ſeu C. di S. Vincenzo in Hiſpania ad Obii flum. oſtium h. e. 900. mill. germ. vid. Cluver. Intr. Geog. lib. 2. c. 1. p. 46. eandem diſtantiam numerant alii 1300 mill. germ. vid. du Val. p. 2. ed. germ. p. 2. Aliis ab eodem Promontorio ad Orientaliſſimum Tanais fluxum, h. e. 750 mill. germ. vid. Bartii Breviar. Europ. Reichelt

Elem. Geogr. p. 51. qvæ sententia & Becmanno l. c.p. 103. & aliis verior videtur; nonnullis tandem ab eodem C. ad Maleam usqve Peloponnesi caput protrahentib. vid. Atl. Min. P. I. p. 10. Penultima mihi placet;

§. 7.

Qvod latitudinem spectat simili doctorum subjacet discrimini, à plurimis ea defenditur, qvæ à Promontorio Tænarum sive C. Martapan. aut C. Maini in Morea excurrit ad Stryckfinniæ, qvæ una è cognitis septentrionalibus regionibus, Promontorium Rutubas seu Nortcaep. item Noort Kyn. h.e. 550 mill. germ. Alii latitudinem à dicto C. Martapan ad extrema Norvvegiæ numerant 900 mill. germ. Alii latitudinem Siciliam interjacentem atqve Stryckfinniam 600 mill. germ. scribunt. Alii eam volunt à C. Martapan ad Wardhus. Alii aliter.

§. 8.

Dividitur Europa

1.) In duo Imperia, Christianum scil. sive Romano-Germanicum atqve Turcicum; qvatenus nim. Græciam, Thraciam, Daciam, Sarmatiam, Europæam, Moscoviæ partem & Russiam in Europa possidet Turca.

2.) Regna hereditaria nempe *Hispanicum*, *Gallicum*, *Anglicum*, sub qvo simul Scoticum & Irlandicum intelligas. *Svecicum*, *Danicum* sub qvo Norvagicum comprehenditur, *Lombardicum* Sabaudiæ, Montserrati & Mediolanensem Ducatus includens, *Hungaricum* cujus partes qvasi videntur Transsylvania,

vania, Sclavonia, Walachia atqve Moldavia; *Bohemicum*.

3.) Electitia ut *Polonicum, Neapolitanum, Italicum*. Qvat. spectat ad Papam & simul ad Duces Florentiæ, Modenæ, Mantuæ, Parmæ, Genuenses & Luccenses, hodiè possessores Regni Neapolitani & Italici Regio titulo non utuntur, ut antiqvitus.

4.) Regnis subnectas Rempublicam Venetam, Siciliam, Helvetiam, Moraviam, Austriam, Carinthiam reliqvasqve Cæsaris hereditarias provincias; Hollandiam, Seelandiam &c. & hoc modo Henricus IV. Galliarum Rex Europam ante oculos sibi posuit.

§. 9.

Seqvuntur nunc Montes v. g. *Pirenæi* Hispaniam inter atqve Galliam. *Alpes* in Helvetia. *Apenninus* in Italia. *Convennes* in Gallia. *Sierra Morena* in Hispania. *Parnassus & Olympus* in Græcia. *Krapak* Poloniam interjacens & Hungariam. *Riphæi* in Moscovia. *Mongibello* seu Æthna in Sicilia, de pluribus vide inferius sub qvolibet Regno.

§. 10.

Fluvii præclariores sunt Danubius, Rhenus, Albis, Mœnus, Neccarus seu Nicrus, Mosella & Odera in *Germania*; in *Hispania* sunt Tago, Guadibno, Guadalquivir & Ebro: *Galliam* rigant Sequana, Ligeris, Rhodanus, Araris, Garumna. *Poloniam* percurrunt Nepera, Vistula. Moscoviam Volga & Don perlustrant. *Angliam* Scotiæqve Regnum Tavus dividit atqve Temesis; *Irlandiæ* Senna præ aliis navigabilis est, de aliis vid. supra lib. 2. c. 6.

§. 3. & inferius ubi ſingulorum Regnorum fluvii occurrent.

§. 11.

Inſularum qvædam in Oceano natant ut Britannicæ, h. e. Anglia, Scotia, Irlandia & Orchades; qvædam Mari terminantur Mediterraneo nim. Majorica, Minorica, Sardinia, Corſica, Sicilia, Malta, Corfu, Candia, Negroponte, Chius, Lesbus, Cous, Cyclades; de pluribus minoris nominis vid. ſub qvolibet capite.

§. 12.

Formam Europæ modo Draconis adſcribunt ut Strabo, cujus caput Hiſpania, collum Gallia, pectus Germania, Alæ Italia ex una, Dania ex altera parte, reliqvum corpus Polonia, Hungaria, Græcia reliqvæqve ad Aſiam uſqve ſe extendentes regiones. vid. Atl. Min. P.I.p.11. modo Virginis ſedentis muliebri veſtitu ornatæ, cujus caput iterum Hiſpania, collum Pyrenæi & extrema Gallia Hiſpaniæ conjuncta; pectus ipſa Gallia. Brachia, Italia atqve Britannia, Germania venter, reliqvum corpus ſub veſtibus Dania, Novagia, Polonia &c. vid. Schott. lib. XII. Curſ. Matth. p. 2. S. 1. c. 2. p. 329. Cluver. Introd. Geogr. lib. 2. c. 1. p. 47.

§. 13.

Tandem Incolarum natura conſideranda venit, qvorum ſtylus liber eſt hiſce in deſcribendis Gentium moribus, dicunt *Hiſpanorum* nimiam gravitatem, aliis riſum movere; *Gallorum* Gloriam perfidiâ obfuſcari, *Danorum* damnant crebros motus & nimiam arrogantiam; *Suecorum* itidem ſuperbiam ac-

accuſant; *Italis* crudelem objiciunt animum, & altum amandi ſtudium; *Polonorum* turpem educationem rerumqve facillimam ablationem proſcribunt; *Bohemorum* naturam á manſvetudine nimis remotam, & mendacia amantem ſpernunt; *Hungarorum* ad ſuperſtitionem inclinans ingenium pro vili & imprudenti habent; *Germanorum freqventem* negligunt crapulam; *Francos* ſimplici & ruſtico præditos ingenio ajunt; *Suevis* faſtum & facilem arcanorum adſcribunt detectionem; *Thuringis* rixas & tepidam fidem attribuunt; *Belgas* vaſtuoſos proclamant; *Bavaris* luxuriæ vitium ob oculos ponunt; *Vandalorum* crebras rejiciunt ſeditiones; *Anglis* easdem non approbant; *Græcis* tandem obulum procurant alta preſſis paupertate; Qvidam rithmos compoſuit de Europæis

Alle Brücken im Land zu Polen
Die Münche in Bömen unverholen/
Die Kriegsleut aus dem Mittagsland/
Die Nonnen in Schwaben wohlbekant/
Der Spanier und Wenden Treu/
Der Preuſſen Glaub und harte Reu/
Der Frantzoſen Beſtändigkeit/
Wie auch der Teutſchen Nüchterkeit/
Samt der Italiáner Andacht/
Werden von niemand hoch geacht.

§. 14.

n Muſices gloriam alius hoſce reliqvit verſus, Euopæorum inclinaus efferentes ingenium.

Wann Italien qvittare spielet
  Spanien castagnetten schlägt
Franckreich seine Laute rühret
  Irrland darzu Harpffen trägt/
Teutschland sein Trumpetten blaset
  England violinen streicht/
Schweitzer pfeifft/ Holland sich laßet
  Tromlen hören? nichts ihn gleicht.

Ad finem nunc Generali Europæ descriptione perducta, æqvum est ut ad specialiora nos accingamus eo ordine qvo dictum. Sit itaqve proximum caput de Hispania inscriptum.

CAP. II.

De

HISPANIA.

IBerum fluvium à vetustate Cognitis scriptoribus assignandi licentiam persvasisse Hesperiæ nomen præsenti Regno, prostat Plinii authoritas Strabonis aliorumqve vid. Q. Curt.lib.10.cap.1. §. 18. hac derivatione ab aliis non attentata vel ut rectius loqvar Hispaniæ titulo non vindicata; nonnullis Rex Hispanus I. author videtur: Justin. histor. Philip. lib. 44.c.1.§.2.3. Hispalim Urbem qvam in præsentiarum Sevillam vocant incolæ, cui ad Andalusiam sedes, hanc mereri laudem, alii dicendi ita fas gloriantur: Versus Horatii hujus participem reddit Hesperiam Hespero gnatam, gloriæ; Audiri & qvidam prætendunt

dunt hoc nomen fratri Atlantis Hespero regnum deberi; his autem incertitudini remissis, paucis terminos contemplationi existimo subjiciendos.

§. 1.

A Septentrione clauditur Oceano Hispanico, qvem & Cantabricum vocant, & Parte montium Pyræneorum:

Occasum versus adest Atlanticum mare.

Ortus ostendit Mare Mediterraneum, & montes Pyræneos.

A Meridie sinu clauditur Gaditano, cui olim Freto Herculeo nomen erat, sed Hispanis hodiè Estrecho di Gibraltar; & Iberico sive Balearico mari.

§. 2.

Longitudo Hispaniæ à Capo di S. Vincente (cui antiqvitus latinum nomen refert fuisse Sacri Promontorii, Du Val in Geogr.) ad Salses usqve, in finibus Galliæ ad Mare Internum, qvam civitatem Reicheltus in sua Geogr. fontem Salsulæ nominat. vid. p.52. plurimis est 170. mill. germ. Atlas Minor eandem distantiam extendit tantùm ad 200. milliaria Hispanica; cum verò milliare germanicum 4000 devoret passus, & Hispanicum absolvatur 1500, mirum videtur longitudinem Hispaniæ ulterius non progredi; Author Geograph. status p.188. 190 mill. germ. statuit, cum Cluverio Introduct. Geogr. lib. 2. c. 2. in fine.

Latitudo initium sortitur à Celtico Promontorio, qvod hodiè Capo finis terræ, nomine insignitur; finem videt ad Saturni Promontorium, qvod idem est ac Capo de Polos; numerantur autem 150 mill.

germ. incipiens itaqve in Gallæcia abſolvitur in Murcia. Cluver l. c.

§. 3.

Recentiores, & qvidem rectius dividunt hoc Regnum in tria alia, nim. Caſtiliæ, Arragoniæ, atqve Portugalliæ; anteqvam horum explicatio chartæ inſcribatur, paucis erunt generaliora Hiſpaniæ percurrenda, ſub hac rubrica veniunt

§. 4.

Academiæ qvarum communi opinione numerus 22. adimplet, en tantum nobiliores;

1.) Valladolid in Caſtilia Veteri.

2.) Toleto Complutum & Seguenca in Caſtilia Nova.

3.) Saragoſſa. Hueſca. Lerida atqve Terragona in Arragoniæ Regno.

4.) Salamanca. Ebora & Conimbra in Portugallia.

5.) Sevilla in Andaluſia.

6) Barcellona in Catalonia.

7.) Gandia atqve Vallencia in Valentia.

§. 5.

Ab Academiis accedo ad fluvios, qvorum primas tenent ſeqventes:

1.) Iberus nunc Ebro, qvi in Aſturib. in loco cui nomen tribuitur Fuentribre, qvod idem eſt ac fons Iberi, ortus fluit per Arragoniam, præterfluens Cæſar-Auguſtam, indeqve rumpens per Cataloniam rigare Tortoſam cognoſcitur, tandem ſe volvit in mare mediterraneum.

2.) *Durius* ſeu Duero, Regni maxumus, fons ejus con-

conſpicitur in Caſtilia Veteri ad Numantiam; terminus eſt dictæ Caſtiliæ Legionisqve Regni intermedius, pellens Mirandam, Valliſoletum, Zamoram, Lomegum &c. in Luſitania haud procul à Porto civitatum una, celeri motu undam miſcet cum Occidentali Oceano.

3.) *Tagus* qvi hodiè Tajo dicitur; incipit in Nova Caſtilia ad urbem Concia qvam alii Cuencam appellant; arenam auriferam ſecum vehens Toleto petit, abhinc præteriens Talaveram atqve Alcantaram Portugalliam diſſecat, & præterita Lisbona in eundem ſe exonerat Oceanum.

4.) *Anas*, jam fert nomen Rio Guadiana originem debet lacubus Laminicanis prope civitatem Cagnamares, iter qvoddam faciens viſibilis, mox terræ ſe mandat, ad Palacio del Rey rurſus ſuperiora rigat, ad civitatem Medelin, tandem ingreditur Sinum Gaditanum.

5.) *Bætis*, qvi alio nomine Guadalquivir incolis notus ſcaturiginem exhibet in monte Oroſpeda ad civitatem Caſtaone; Cordubam & Seviliam præterlapſus tradit ſe Auſtrali Oceano extra Fretum Gaditanum.

6.) *Minius* oritur in Arragonia non procul ab urbe Caſtelverde. Abhinc appropinqvat ponti Belſario & vicinus rédditur Orenſe civitati; ad Valenciam miſcetur Aviæ fl. & ita mixtas fert aqvas per ſex Leucas, donec ſe conjicit in faſtum æqvor.

7.) *Lethe*: huic jungi poterunt *Turius*. *Limaa*. *Sycorus*. *Chalybs*. *Aſtura* &c. vid. Atl. Min, P, II, p. 137. & 138.

F 5

& 138. Schott. Curs. Math. lib. 12. part. 2. Sect. 2. Cap. 8. §. 28. Beer in vers. germ. Petri du Val. p. 2. Geogr. p. 138.

§. 6.

A fluviis gressum formare æqvum est ad principaliores totius Regni Civitates; qvarum specialiora vernacula germanus qvidam una ita protulit.

Sevilia die Handelsstadt,
Granada die Grosse.
Valentia die Schöne.
Barcellona die Reiche.
Saracosa die Vergnügte.
Valladolit die Adeliche.
Toledo die Alte.
Madrit die Königliche.

§. 7.

Montes qvod attinet celebriores laudantur Pyrenæi qvos Ptolemæus Pyrena dicit; & constituunt eundem montem qvi saltus Pyrenæus Livio est; Hispanica natio nomine Los Pyrenæos eum donat hodiè. Hoc jugum divisionem non patitur ab Ortu, Occasum versus, usqve ad Promontorium Celticum; communis paries est Hispanis & Gallis; vid. Becman hist. orb. terrar. cap. VI. S. 1. §. 1. p. 156. ejicit alium collem ad Ebro fl. fontem, qvi Regni Hispanorum latitudinem seqvitur, dictus ab incolis *Monte d' Oca.* Qvæstionis est unde nomen ei natum; Diodori mentem ostendam; ignem dedisse ansam huic denominationi, per aliqvot dies flammas alentem omni ex parte hujus molis, pastoria agentium lenti cura extorsum credentis; relatum à non

ne-

nemine simul refero, eo tempore incendii Phœnices cœpisse terram aperire, viso, qvanta auri argentiqve copia illi mandaretur, qvæ metalla tunc liqvefacta emanarunt, & satis circumjacenti populo concesserunt materiæ ad structuram supellectilis nauticæ, non nisi ferro aut ære opus aliàs habentis. vid. Atl. Min. p. 2. p. m. 146. Silius Italicus originem attribui curat Pyrene, Bebrycis filiæ qvæ muliebria ab Hercule hujus jugi nemora ingrediens, passa, feris ad palatum fuit, cujus rei memoriam mons hic assumpto stupratæ nomine, eodem indicare voluit.

3.) *Orospeda* progenies est montis d' Oca, qvi Straboni & Ptolemæo Idubeda; hancqve partem alia alere stemmata testatur Clusii *Sierra Morena* qvem Bætis fl. præterit, non nisi totius partem conficientem; simili ratione ceu Sierra Molina ap. Florianum: ab hoc monte multi petunt fluvii origines; sicuti de Guadalquivir jam superius idem assertum: Auth. Geogr. Stat. p. 291. eum vocat Sierra de Alcaraz.

3.) *Calpe* certo respectu ad eandem Orospedam nemo pertinere dubitaverit, qvod verò alteram Herculis columnam constituat, qvarum alteram Africæ civitas Abyla ostendat, integrum singulis relinqvere malo qvam incertitudinem pro veritatis argumento proponere, plura vid. ap. Strabonem.

4.) *Gibraltar* ad fretum Herculeum, cui nomen suum communicabat, hodie Estrecho di Gibraltar vocato, non nisi rupes est Orospedæ; latino idiomate dicitur Amantium rupes, ab Hispanis la penna de los Enamorados, insigni altitudine pollet, nisi visus

ſus Sevilæ in Andaluſia incolas decipiat, qvi eundem notare ſe dicunt ſupra omne nubilum.

5.) *Monivi* in Portugallia ad Barcellonam, rapidæ altitudinis eſt; à nonnullis Mons Jovis dictus, alios epitaphia Judæorum qvæ dorſum jugi exprimit ad denominationem montis Judæorum, invitant; Vertex collis oſtendit Arcem ad Portugalliæ Emporium Barcellonenſe linteamenta albi coloris die, noctu ignem accenſum, ſecuritatis præbentem ſignum, ad ſimilitudinem Phari, vela dantibus.

6.) Addi poſſunt *Sierra Morena*, de qvo ſub Oroſpeda dictum, qvod Bæti præterlabatur, olim Mariani nomen tulit, aliis dictus Mons Mariorum. Et alii montes veluti *Majore. Penna goloſa* in Arragonia. *Di Nuria* in Catalonia. *Sierra de Chaldecato & de Sordedas* in Portugallia &c.

§. 8.

Sinus Hiſpaniæ communiter tres laudantur nobiliores. 1.) *Sucronenſem* maximum vocant; 2.) *Illicitanus* dicitur hodiè Puerto d' Alicante; 3.) *Virgitano* nomen dedit Civitas Ptolemæo Virgi dicta, hodiè Bera: Nonnulli hunc Sinum Gaditanum volunt, unde & ei nomen aſſignant Baja de Cadiz. vid, Atlas Min. P.II. p. 138.

§ 9.

Portuum qvinqve recenſentur qvorum maximus eſt interjacens Nericum promontorium & Scythicum, Coruna nomine. 2.) in Algarbia eſt olim Hannibalis dictus in præſentiarum Algor. 3.) Amanus, qvi hodiè Fuentabaris. 4.) Gaditanus ad

civi-

civitatem Gades in Andalufia. 5.) Terraconenfis ad pedem Pyrenæor. in Arragonia.

§. 10.

Lacus principaliores numerant feqventes (1.) ad fontem Bejaca ubi Turtur pifcis degit viciffitudinem temporum clamore indicans. 2.) alius eft in dorfo montis ftellæ. 3.) Cantabriæ lacus itidem clarus. 4.) Albufera ad Valentiam; cujus meminit Plinius lib. 3. cap. 3.

§. 11.

Regnum nonnulli Doctorum fterilitatis accufant, qvidam foli bonitatem ad aftra tollunt; medium amantes & mediocrem affignant ufum; prius afferenti obftabit Granarium Hifpaniæ, qvod Andalufiam refert Becman in hift. orb. terr. Cap. VI. Sect. 1. §. 2. p. 156. fecundum membrum itidem probandum haud erit, cognitâ ex parte jam ficcitate agrorum; partim incolarum paupertate atqve negligentia; dubium non eft qvin terra meliores præberet fructus, fi freqventius aratrum fentiret, qvod Hifpani dedecori adfcribunt, plurib. vid. du Val. P. II. p. 132. &c. Author Geogr. ftatus p. 240. Segovienfes lanam Hifpanis præbere; Sericum in Granadæ regno conficí; cuprum ferrumqve in Bifcaja nafci; Andalufiam liniferacem; Rodrigo civitatem cordubanum (Carduwan) elaborare: Alicante vinum deliciis incumbentibus offerre; & Sibiliam Olivas producere, pomaqve varii generis, vidꝛre licet ap. Atl. Min. P. II. p. 134. Cluver. l. c. p. 48. Juftin. l. c. p. m. 505. lib. 44. c. 1.

§. 12.

§. 12.

Examini ipſum Hiſpanum ſubjiciamus; Caput Regni Rex eſt qvi præ aliis cognoſci prætendit Catholici appellatione, Regibus: prolixum hac de re evolvas Valdeſium de Excell. Regn. Hiſp. cap. 13. qvi originem repetit à Flavio Recaredo, Rege Gothico, qvi univerſam Gothorum gentem ab Arii opinionibus ad Catholicæ Eccleſiæ caſtra revocaſſe ſcribitur, teſte Mariana lib. VII. cap. 4. Si dicendum qvod res eſt, veritati congrua ſatis hæc ſententia, ſi ſpectemus titulum Catholici Regibus tributum, exinde tamen non concludi, ergo à ſucceſſoribus qvoqve aſſumptum fuiſſe, exemplo eſt Ferdinandus V. Rex Hiſpaniæ qvi titulum Catholici coronæ primùm adſcripſit, cujus poſteritas ad modernum uſqve Carolum II. Regem Cátholicum, eundem ſibi vindicabat Becman. in hiſtor. orb terrar. p. 456. Du Val. p. 2. Geogr. p. 135. Reginam ſubditi præ nimio faſtu pedibus carere ſibi perſvadent; hinc cum Gallus aliqvando Reginæ Hiſpaniarum par tibialium obtuliſſet res illa mere torſit Hiſpanos dicentes: hunc hominem audaciſſimum, qvod crederet Reginæ pedes eſſe vid. Hiſtor. Moris Civil. edita ab Anonymo an. 1687. p. 50. §. 35. Liberi Regii nulla ſexus facta diſtinctione vocantur Infantes: Naturales Madritum ingredi non poſſunt vid. Becman. Notit. dign. Illuſtr. p. 240. & 468. hiſt. orb. terrar.

§. 13.

Qvadruplex Senatus eſt in hoc Regno; *Regius*; *ſecretior*: *Indianus* & *Bellicus*; primum conſtituunt Rex, Præſes & duodecim conſiliarii, tractanturqve

turqve in eo qvæ faciunt ad publicam salutem: *In altero* secreta tantùm dirimuntur coram Rege Dictatore, Legionensi & tertia parte regii Senatus: *Tertius* absolvitur XII. assessoribus & Præside ad decernenda ad Indias spectantia, *Bellica* tandem Dictatores Legionensis & Castilionensis cum XII. Senatoribus, tanqvam qvarti senatus membris, decisioni committunt. Præter hæc Judicia dantur adhuc alia qvæ sub nomine *Cancellariarum* veniunt qvarum una in Castilia, altera in Granada & tertia in Gallicia, qvælibet XII. Senatores & Præsidem habet; ab his tribus Judiciis appellatio instituitur ad Senatum Regium. vid. Atl. Min. P. 2. p. 140. Inferiores Magistratus veniunt sub appellatione *Præsidum Provinciarum*, qvorum munus triennio absolvitur, qvam ob rem, bona qvoqve per fas nefasqve corradere accusantur ab Auth. Geogr. status de an. 1687. p. 246. interim laudatur justitia cuiqve attributa in hoc regno test. Atl. Min. P. II. p. 143. Reliqvi Magnates dispescuntur in personas Ecclesiasticas & seculares; illarum nomine noti sunt Archiepiscopi horumqve suffraganei; It. Eqvites: Seculares verò sunt Grandes. Duces. Marchiones; nec non Archi-Thesaurarius Regius;

§. 14.

Concedamus primas unctis personis; numerant sacro numero Archiepiscopos, qvorum Primus laudatur Cancellarius natus Castiliæ, cui alta gloria in Regno, Archiepiscopus *Toletanus* Regni Primas obedientes habet suffraganeos (1.) Burgensem cui sedes Burgos, 2.) Cunqvensem cui sedes Cuenæ,

3.)

3.) Ciguntensem cui sedes Cinqvenca. 4.) Oxomensem cui sedes Osmæ. 5.) Cortubensem. 6.) Jaenensem. 7.) Palentinensem & 8.) Segoviensem.

Post Toletanum *Sibilensi* locus, cujus suffraganei sunt 1.) Malacitanus 2.) Gaditanus. 3.) Canariensis.

Toletanum seqvitur *Compostellensis* in Gallecia, cui subsunt suffraganei 1.) Coriensis. 2.) Placentinus. 3.) Asturicensis. 4.) Gamorensis. 5.) Salmaticensis. 6.) Orecensis. 7.) Turiensis. 8.) Badajocensis & 9.) Mindocensis.

Granadæ Regnum & *Granadensem* alit Archiepiscopum ad cujus obseqvia creati sunt Præsules in Almeria, Mindocensis & Gadicensis suffraganei.

Valentia ostendit qvintum Archipræsulem, cujus suffraganei 1.) sunt Carthaginianus 2.) Origuellensis. 3.) Segorbiensis.

Terraconensis penultimum occupat locum, cujus suffraganei 1.) Ilerdensis 2.) Tortosanus 3.) Barsilonensis 4.) Gerundensis. 5.) Urgelensis 6.) Vicqvensis constituti sunt.

Sacrum conficit numerum *Cæsar Augustanus* in Arragonia cujus suffraganei dicuntur 1.) Calagurritanus. 2.) Oscensis, & 3.) Balbasiensis.

§. 15.

Ordines numerantur, considerata Hispania prout hic jacet, præcipui 1.) *Aurei Velleris*, cujus supremus Magister ipsa Majestas Regia, de hoc ordine evolvas Julium Schifletium cujus tr. venit sub titulo Breviarii Historici inclyti ordinis eqvitum Aurei Velleris: Introductus est à Philippo III. f. Bono, Duce Burgundiæ,

diæ, proavo Philippi I. R. Hisp. qvi Pater erat Caroli V. Symbolum est Silex & igniarium, è qvorum collisione scintillæ emicant freqventer; de constitutionibus ejus v. Limn. I. P. l. 6. c. 11. n. 44. 2.) alter est in Catalonia cujus eqvites *Montesenses* dicuntur: 3.) Portugallia sustentat *Eqvites Jesu Christi* qvib. Rex præest. 4.) *Eqvites S. Jacobi de Avis*. 5.) Castiliam illustriorem reddunt *Eqvites* S. *Jacobi Alcantaræ. Calatravæ & Johannitici*. vid. Atl. Min. P. II. p. 140. du Val. Part. II. p. 135.

§. 16

Inter personas seculares commemorantur *Grandes*, qvibus jus caput tegendi atqve in Sacello regio, peculiari scamno qvod Grandium vocant, pulvino insidendi, adscribunt, componuntur è Ducib. Marchionib. atqve Comitibus; imo fœminas Grandib. natas hanc dignitatem maritis afferre. Becman. hist. orb. Terrar. p. 467. §. 16. testatur.

§. 17.

Familiæ *Principum* Illustriorum sunt seqventes. 1.) Medinæ. 2.) Rivi. 3.) Sicci. 4.) Alvæ. 5.) Alcales. 6.) Albuquerques. 7.) Escalonæ. 8.) Frienses. 9.) Osunæ. 10.) Avossi. 11.) Bejar. 12.) Candiæ. 13.) Sessæ. 14.) Infantogi. 15.) Medinæ-cœli. 16.) Medinæ-Sidoniæ. 17.) Maquedæ. 18.) Najari. 19.) Feriæ. 20.) Segorbiæ. 21.) Sonnæ. 22.) Ville-Formos. 23.) Verraguæ. 24.) Pastranæ. 25.) Francasvillæ.

Marchiones ita dignoscuntur. 1.) Villæ novæ. 2.) Astorgiæ. 3.) Aguillaris. 4.) Deniæ. 5.) Mondejaris. 6.) Navaresi. 7.) Pliegi. 8.) Saviæ.

 9.) Vel-

9.) Vellezæ. 10.) Comares. 11.) Aymontis. 12.) Altaminæ. 13.) Veladræ. 14.) Viarinæ. 15.) Carpii 16.) Camaraſſæ. 17.) Corteſii. 18.) Montis majoris. 19.) Guardiæ. 20.) Montis clari. 21.) de las Navas. 22.) Pocæ. 23.) Steppæ. 24.) Tavaræ. 25.) Villæ Francæ. 26.) Dzadæ. 27.) Cavietis. 28.) Falcis. 29.) Fomeſtæ. 30.) Molinæ. 31.) Ceralvæ. 32.) Valeſis. 33.) Vallis. 34.) Certæ. 35.) Ardalis. 36.) Alvæ. 37.) Alcalæ &c.

Præcipui Comites ſunt Bonavenſæ. 2. Alvæ, 3. Mirandæ. & Orobeſæ.

Theſaurarius Regius in Caſtilia reſidet, ſub ſe habens qvatuor Qvæſtores, qvorum cura circa reditus regios verſatur.

Ducis annui reditus ad 100000. *Marchionis* ad 60000. *Comitum* ad 25000 ducatos, aſcendunt. vid. Atl. Min. P. II. p. 140.

§. 18.

His omnibus ita expoſitis pes promovendus ad naturam Hiſpanorum; eorumqve veſtitum. Neminem credo contrariarum partium appellaturus Hiſpanos nimio imbutos faſtu, qvo ita premuntur ut ne qvidem peregrinantibus hoſpitia concedant. Nemo niſi flexis genubus ad Regem admittitur; teſte Becman not. dign. Illuſt. Diſſ. VI. cap. 2. §. 6. idqve ex nimio faſtu; non nemo fatetur Eos ante omnia alienare induſium, deinde calceos, ultimò demùm pallium vendere: Nec in illis mobile qvid intereundam ſolis pedib. exceptis, qvod mero faſtui adſcribendum; cum aliqvando Hiſpanus animi ſui judicium relinqveret: in antro verba erant: *Fili, tibi ante*

omnia

omnia observanda gravitas, secundo loco timor Dei; arantes si conspiciant advenientem peregrinum, misso aratro induunt pallium obambulantes in agris ac si nunqvam terram coluissent. vid. Hist. moris Civil. supra laudata p. 51. §. 37. Credunt Deum cum Moise in Monte Sinai Hispanice locutum. vid. du Val. p. 2. Geogr. p. 136. Mores parum curant, viri & fœminæ m. in publico cibi potusqve reliqvias per pudendas corporis partes emittunt; in ædibus latrinas (S.V.) præ nimio fastu non sufferunt, dictitantes: nolle se habere in ædibus thesauros immunditiei, ad excrementa ollis utuntur nocte exonerandis: si tonsorem accedunt, porrigi speculum sibi curam gerunt; de qvovis pilo philosophantes, mandant qvando hic, qvando ille sit inflectendus. Sobrietas in illis laudanda maxumè, ap. eos semel in tota vita ebrius, ab omnibus removetur dignitatibus; unde & pueri in Hispania Germanos vinum amantes inclamant bibe, bibe; qvod Gallica natio verbis trinck/ trinck exprimit. Ad cogitanda faciles sunt stratagemata; cito hosti frontem ostendunt, citius tergum: Qvem alter alteri ostendit honorem in conventibus, maximus est; opificia addiscere illis dedecori; Milites stipendia freqventer non vident; unde sæpe motus oriuntur. Nemo vestitu à famulo Regem discernere poteſt; puer nobilis è famulitio ap. dominum in curru sedet, Magnates distingvuntur signo ordinis vel *Alcantaræ* viridi cim. cruce: Vel *Calatravæ*, angulatâ, vel *S. Jacobi*, rubrâ; in palliis conspicuo. Angustas portant caligas, vestimenta nunqvam mutant; vestium nodos inferius primo astrin-

gunt una gladii longitudo in toto Regno, Rex edicto cavet, ne qvis artifex gladios fabricans propositam mensuram negligat: currui insidentes gladium manu tenent. Mulieres destituuntur freqventi prole; dentes alunt fœdos; tectæ conspiciuntur nigris peplis, solo prominente dextro oculo; semicluso aliqvem intuens signum amoris dat; utrumqve non ostendunt nisi adoratæ qvasi. Nobilibus insident eqvis, præprimis qvos Andalusia alit. Annum incipiunt 25. Mart. Pluribus vide ap. DD. hactenus laudatos.

§. 19.

Exitum qværamus, consideraturi adhuc Provincias qvas extra Regnum Hispani possident, & qvas amiserunt. In Italia Hispanici Juris est Regnum Neapolitanum sive Sicilia 1.) cis Pharum, & qvidem feudum agnoscitur Papæ, cui Rex qvotannis eqvam albam ephippio & ornamentis ex holoserico rubro ornatam, simul 7000. aureorum pendit. (ein weiß Mutterpferd mit Sattel und Zeug von rother Seide und 7000. Goldgülden.) Becman. hist. orb. terrar. Cap. 1. p. 437. & 438. Deinde fruitur Hispanus 2.) possessione Siciliæ trans Pharum. 3.) Maltæ Protector est. 4.) Circa Ducatum Mediolanensem cum Gallo disputat. 5.) Dominum se dicit Paviæ, Tortonæ & Cremonæ &c. 6.) ad Mare Tuscum Piombino, Porto Hercule, orbitello, & ad Ligusticum Final possidet. 7) Dominus est Belgii Regii. 8.) Oceanus Atlanticus dominum eum agnoscit Insularum Fortunatarum & Promontorii Viridis. 9.) In Africa munimenta Oran & Ceuta ad Eum spectant. 10.) In America Septentrionali Nova Hispania. Mexico

xico & Yucatana se subjiciunt 11.) In America Meridionali Illi obediunt Pero, Brasilia; Hispaniola, Cuba & minores insulæ. In India Orientali superest Hispano pars Moluccarum, Philippinæ & Salomonis Insularum. In India occidentalii Ei subjecta est Provincia Decan.

§. 20.

Amiserunt Hispani 1.) Belgium fœderatum, 2.) Regnum Portugalliæ. 3.) Partem Navarræ. 4.) Comitatum Russilionensem; Comitatum Carolet cum 35. oppidis in Provincia Cerdania, cum Promontorio Qviersum & Civitate Confluentia Cataloniæ. 5.) Totam Burgundiam. 6.) Luxenburgum cum dependentiis;

§. 21.

Divisum ostendit principium hujus Capitis Hispaniæ Regnum in Castiliæ, Arragoniæ atqve Portugalliæ Regna; de qvibus nunc ordine tractatus erit legendus. Sed antea Catalogum Hispaniæ Regum videbimus,

CATALOGUS
REGUM HISPANIÆ.

1.	Athanarius claruit anno Christi	400
2.	Alaricus qvi anno 410. Romam cepit.	
3.	Ataulfus uxoris Alarici frater, eo mortuo Regnum suscepit an.	411
4.	Sigericus an. 412. Regnum sibi vindicavit.	
5.	Vallia in prœlio obiit anno	418
6.	Theodoricus contra Attilam pugnat anno	451
7.	Thorismundus regno potitus an.	451

8. Theodoricus Junior Tolosæ occiditur 454
9. Ervigius 466
10. Alaricus 484
11. Amalaricus 508
12. Theoda 531
13. Theudiselus 544
14. Aila 551
15. Athanagildus 555
16. Luiba I. 570
17. Leuvigildus 572
18. Recaredus primus Catholicus vocatur à Concilio Toletano 585
19. Luiba II. 602
20. Wittericus 604
21. Gundemarus 610
22. Sisebutus 613
23. Recaredus II. 623
24. Suintela I. 623
25. Richimetus 632
26. Sisenaudus 633
27. Suintela II. 638
28. Tulga 641
29. Cindasvinthus 643
30. Bamba 673
31. Regisvindus 648
32. Flatus Ervigus 680
33. Egica 688
34. Vitiza 698
35. Rodericus 713
sub hoc Mauri Hispaniam occuparunt
36. Pelagius 717

37. Fa-

68. Henricus I. 1215
69. Ferdinandus III. 1217
70. Alphonſus X. Rex Roman, 1262
71. Sanctus IV. 1287
72. Ferdinandus IV. 1295
73. Alphonſus XI. 1308
74. Petrus I. 1350
75. Henricus II. 1369
76. Johannes I. 1377
77. Henricus III. 1388
78. Johannes II 1404
79. Henricus IV. 1454
80. Ferdinandus V. ſ. Catholicus 1470

ad hujus uſqve Regimen Gothi regnarunt.

81. Philippus Auſtriacus n.1478. ob.1506
82. Carolus V. ejus filius. n. 1500. ob. 1558
83. Philippus II. ejus fil. n. 1527. ob.1598
84. Philippus III. fil. n. 1578. ob. 1621
85. Philippus IV. fil. n.16. ob.1665
86. Carolus II. filius Philippi IV. & Mariæ Annæ, Ferdinandi III. Imperat. filiæ. nat. 1661. 6. Nov. anno 1679. 30. Aug. ſibi deſpondens Mariam Ludovicam, Philippi Ducis Aurelionenſis & Henriettæ Stuardæ gnatam, iterumqve anno 1689. 5. Febr. mortuam, nulla relicta ſobole in præſentiarum Regnum gubernat.

CAP.

Cap. III.

De

CASTILIA.

Castilia pars Regni Hispanici nomen debet arci sive Castello qvod Pelagius Rex recuperata Legione à Mauritanis hactenus possessa, adversus ulteriores cursus exstrui curavit; Vetustioris ævi Scriptores Barduliam eam dixerunt; Comprehendit Castiliam stricte dictam, Estremaduram, Granadam, Andalusiam, Murciam, Legionem, atqve Gallæciam.

§. 1.

Castilia strictiori sensu accepta partitur in Veterem atqve Novam; Illa terminos habet à *Septentrione*, Asturiam atqve Biscajam; *Occasus* ostendit Portugalliam; *Meridiem* occupat Castilia nova; Aragonia versus *Ortum* jacet & Navarra.

Caput agnoscitur Burgos lat. Burgum ad fl. Relanzon, residet ibi Archiepiscopus, Majestas ipsa Regia Capituli summi templi Canonicum se vocat; referunt tantæ illud magnitudinis ut uno tempore qvinqve partium diversarum Musici instrumenta resonantia reddere qveant, qvorum clamor alterius harmoniam non turbet. vid. du Val. P. II. p. 159. Nomina reliqvarum Civitatum illustrium sunt ordinis.

1.) *Valladolid* lat. Vallisoletum ad fl. Visurg.

floret Academia, pulchritudo omnem superat Hispaniam; præcedens seculum thronum Regi paratum semper habebat; Patria gloriatur Philippi Regis; summum templum D. Paulo sacrum catena cingitur, qvæ terminum indicat cædes committentibus aut mortem petentia crimina; illam arripiendo se salvum qvis reddit: vid. du Val. l. c. p. 160. Atl. Min. P. II. p. 158. purioris lingvæ hispanicæ sedes appellatur.

2) *Alcala de Henares* lat. Complutum; Academia hujus loci satis nota; Conventus Regni sæpius huc celebrabantur; à nonnullis refertur ad Castiliam Veterem; rectius à Reichelto in Geogr. part. spec. m. 2. c. 2. pag. 52 ad Novam; Henare fl. eam præterfluit: Ejus nota rerum omnium abundantia, vid. de hoc oppido in Cast. Nova.

3.) *Sagovia* aliis Segovia ad fl. Areva. 4.) *Salamanca*, cujus Academia celebris. 5.) *Avila*. 6.) *Cuidad Rodrigo*. 7.) *Coria*. 8.) *Plazentia*, posteriores tres civitates ab Auth. Geogr. status p. 229. referuntur ad Castiliam novam 10.) *Aranda* ad fl. Durio. 11.) *Oxma* ubi itidem Academia. 12.) *Alba* qvæ Duci d' Alba nomen suppeditat. 13.) Cocca. 14.) Juliobriga. 15.) Lerma. & Numantia.

Academiæ sunt Valladolid. 2.) Alcala de Henares. 3.) Salamanca. 4.) Oxma. Complutensis fundator erat Franciscus Ximenius Archi-Episc. Tolet.

Flavii sunt 1) Relanzon. 2.) Visurga, 3.) Henare seu Henacre, 4.) Durio. 5.) Areva. 6.) Guadiana.

Lon-

Longitudo à Coria ad Numantiam ducitur.

Latitudo à Talamacca inter Eſcurial & Alcala de Henares ad Burgos.

§. 2.

Caſtiliæ Novæ limites dicuntur ab *Ortu* Murcia atqve Valentia; ab *Occaſu* Portugallia ſe oſtendit; *Meridies* Eſdremaduram, Andaluſiam atqve Granadæ Regnum amat; *Septentrionem* verſus Veteri cingitur Caſtilia.

Caput vocabant præteritis temporibus Carpetanorum Mantuam, hodie *Madrit* ad fl. Xamar; Regio fulget ſolio; potentia præ aliis eminet oppidis; auræ tantæ puritatis fruuntur cives, ut & olim cum Regia adhuc non eſſet, ad procurandam melius futuræ ſoboli ſanitatem, Regina illuc transvehi ſe gravidam curaverit; De Carolo V. memorat Becman. in hiſt. orb. terrar. p. 161. qvod Qvartana preſſus, ab aura hac liberatus fuerit.

Inter civitates notam merentur

1.) *Toledo* ad fl. Tago ſeu Tajo. Umbilicus Hiſpaniæ vocatur; Academia vulgo nota; ſedes olim erat Regia, in præſentiarum Archiepiſcopi & Primatis Hiſpaniæ, cui & perpetui Caſtiliæ Archicancellarii nomen adſcribunt:

2.) *Eſcurial* ſeu Monaſterium D. Laurentii, ordinis S. Hieronymi; fundatorem referunt Hiſtoriæ reſervatores Philippum II. Regem, in memoriam victoriæ de Gallis an. 1557. deſumptæ; flammis magna ex parte ſubjecta erat an. 1671. Nomen ei dedit adjacens oppidum Eſcurial; ſtructuram exhibet author des Voyages d' Eſpagne. cap. 16. ſex mil-

lio-

milliones auri ſumptus & 21 anni, tempus, ad ſtructuram impenſum oſtendunt.

3.) *Alcala de Henares* ſeu Complutum, malè refertur inter oppida Caſtiliæ Veteris; de qvo vid. in Caſt. Vet. hoc adhuc notandum qvod circa an. 1515. ſumptibus Franciſci Ximenii, Archiepiſcopi Toletani & Academiæ hujus fundatoris, prima vice biblia polyglotta excuſa ſint. vid. Thuan. l. 1.

4.) *Cuenca* ſedes Epiſcopi, lat. Concha. 5.) Seguenca Academ. 6.) Alcantara ad fl. Tago. 7.) Talavera. 8.) Lebazura. 9.) Laveja. 10.) Cuidadreal. 11.) Guadalagra. 12.) Medina Celi ſedes Ducum. 13.) Cuidad Rodrigo; Coria & Plazentia referuntur à nonnullis inter oppida Caſtiliæ Veteris vid. Atl. Min. P. II p. 158. 14.) Calatrava & 15.) Merida; qvæ duæ civitates Tajo & Guadianam fluvios interjacent.

Fluvii ſunt Tajo. 2.) Guadiana. 3.) Areva. 4.) Iſerga. 5.) Xucar ſeu Xamar.

Academiæ celebrantur 1.) Toletenſis. 2.) Complutenſis.

Horti regii ſunt Buenretiro. 2.) Aranjuez ad fl. Tajo.

Longitudo à Merida ad Tervel laudatur.

Latitudo à Siguenca ad Elviſo non procul à Cuidadreal extenſionem admittit.

CAP.

Cap. IV.

De

ESTREMADURA.

Estremadura partem Castiliæ constituit, olim vocata Bæturia vid. Reichelt. p. 52. Geogr. terminatur à *Septentrione* Castilia Nova; à *Meridie* Andalusia. ab *Ortu* Castiliæ novæ & Andalusiæ partibus, ab *Occasu* Portugallia.

Caput constituit Pax Augusta hodiè Badajos: reliqva principaliora oppida sunt 1.) Merida, (qvod author Geogr. stat. refert ad Castil. nov. p. 230.) & ex opposito conspiciuntur ad fl. Anas fortalitia duo qvorum alterum Christophori, alterum Michaëlis nomine insignitur; illud hodiè Fuerte de S. Christova; hoc Fuerte de S. Miguel appellatur. 2.) *Cividad Reale* non procul à Calátrava. 3.) *Alcantara* qvam civitatem nonnulli ponunt inter oppida Castiliæ novæ: alii huic insinuare malunt, Provinciæ, latinè dicitur Norba Cæsarea Ptolemæo. 4.) Olivenca. 5.) Tellena. 6.) Ruesta. 7.) Cafra. 8.) Ellarena.

Fluvii sunt Tajo & Guadiana.

Longitudo à Badajoz ad Cuidadreal vulgo nota.

Latitudo ab Ellarena Andalusiam versus ad Alcantara vergit.

CAP.

Cap. V.

De

GRANADA.

GRanada Regnum partem conſtituere Caſtiliæ ſupra jam facta mentio; Terminos agnoſcit ab *Ortu* Murciam. ab *Occaſu* Andaluſiam; *Septentrionem* verſus adeſt nova Caſtilia; à *Meridie* mari pellitur Iberico. vid Schott. curſ. Mathem. lib. 12. part. 2. Sect. 2. cap. 8. §. 19. p. 333.

§. 1.

Longitudinem dicit Author Geogr. ſtat. p. 209. 60. mill. germ. *Latitudinem* 25.

§. 2.

Nomen communicavit huic Regno Metropolis Granada qvam Ferdinandus Catholicus Rex Mauris obſidione per ſeptem annos cinctam an. 1492, (& non an. 1592. uti nonnemo habet,) abſtulit in cujus rei memoriam Feſtum S. Joh. Baptiſtæ celebrant, vid. lib. editum de expugnatione Regni Granadæ, cujus meminit Bucholcer in Chronol. Ind. ad an. 1492. p. 448. Sedes Archi Epiſcopi hic eſt; Ipſe Recuperator cum Regina uxore Iſabella tumulo inſunt in ſummo templo, ab hoc tempore ibi omnium Hiſpaniæ Regum oſſa condita refert du Val. P. II. p. 148. Supremum Appellationis Judicium hic floret; cujus Aſſeſſores ſeu potius Iudices vocantur Oidores; Magnitudo omnium Hiſpanicarum Civitatum vilem reddit ambitum; ſingulæ ædes ſcaturigine rigantur,

Aca-

Academia non minus laudanda: & Parlamentum memoratu dignum. Reliqvæ eminentiores civitates ſunt ſeqventes.

§. 3.

1.) *Malaga* ad Mare Ibericum, duobus firmatur Caſtellis muro junctis, portu gaudet celebri; nobiliſſima ibi guſtantur vina; communi nomine Hiſpanis totius Regni audit Armamentarium. 2.) Guadix. 3.) Baſa. 4.) Alméira. 5.) Bonda. 6.) Loxa. 7.) Elgaro. 8.) Adra. 9.) La Rocheta. 10.) Fingena. 11.) Signana. 12.) Baca. 13.) Bahul. 14.) Cartama. 15.) Alcaia Real. 16.) Munda hodiè Runda la Veja. 17.) Alhama. 18.) Antequera. 19.) Eſtepona & Marbella ad Mare Ibericum ſunt: 20.) Inter Marbella & Maloga eſt C. Molina. Ad C. Mottil ſedem habet Caſtello de Fierro: Non procul ab Almeria jacet C. de Guarda Vechio, & ex altero latere eminet C. de Gales.

§. 4.

Academia eſt Granadæ.

Fluvii nomine venit Jame.

Montes dicuntur Schnebergæ h. e. jugum perpetuâ nive preſſum vid. du Val. p.150. qvorum ſedem ponit verſus Ortum atqve Occaſum Metropolis hujus Regni.

CAP.

Cap. VI.

De

ANDALUSIA.

Pars est Castiliæ Regni olim dicta Vandalia, à Vandalis populis, unde & Vandalusiæ nomen adepta, qvod nonnulli idem denotare autumant ac Vandalen hus h. e. sedes Vandalorum; vid. Becman. hist. orb. terrar. p. 160. Atlas Min. P. II. p. 161. Marius Areteus ita interpretatur, ut idem sit ac Regnum ante Lusitaniam.

§. 1.

Terminos agnoscit ab *Ortu* Granadæ Regnum à *Septentrione* Novam Castiliam. Versus *Occasum* ponit Portugalliam du Val. P. II. Geogr. p. 144. Schottius v. in curs. Math. lib. XII. P. II. S. 2. cap. 8. p. 333. Algarbiam mavult: *Meridiem* spectat Ibericum æqvor.

§. 2.

Communi nomine Hispaniarum Granarii insignitur hoc regnum ob abundantiam rerum: unde & Plinius huic Regno primum post Italiam assignat locum qvoad copiam fructuum.

§. 3.

Caput Regni *Sevilla* audit lat. Hispalis, credunt enim Geographi hanc Plinii esse Hispalim; omnium Hispaniæ Urbium nitidissima. Unde & Hispani proverbii loco dicere erant soliti: *Quien non ha visto Sevilla*-

villa,non ha visto maravilla. h. e. Qvi Sevillam non vidit, ignorat miracula; Alius proverbii sententia est, qvod Deo charus possidet Sevillæ ædes. Academia hic floret; Senatus Indicus conventum celebrat; adjacet fl. Guadalquivir; de Portu eius S. Lucar vid Becman. hist. orb. terrar. cap. 3. Sect. 3. §. 3. p. 48. De hac civitate plura narrat *Atl.* Min. P. II. p. 162. Becman. l. c. Cap. 6. S. 1. p. 160. Du Val. Geogr. P. II. p. 144.

§. 4.

Reliqvæ civitates dignitate proximæ sunt 1.) Corduba seu Cordua. Lucani & Senecæ Patria; à Plinio cognominatur Colonia patricia; Campi aurei titulo vocat agros circumjacentes Silius Italicus. Mesquita h. e. summum templum 24 portas ostendit ingredeuntibus; nigri coloris è marmore structæ columnæ moli fundamento sunt, anni dies numerum earum docet; teste du Val. P. II. Geogr. p. 145. 2.) Alcudia. 3.) Andviar. 4.) Jaën Episcopi sedes. 5.) Baëca. 6.) Ubeda. 7.) Alcala Real qvam nonnulli ad Granadæ Regnum referunt. 8.) Ecya. 9.) Ronda. 10.) Ossuna ubi Academia floret. 11.) Palacios. 12.) Marchena. 13.) Lora. 14.) Moron. 15.) Augusta. 16.) Penaflor. 17.) Montoro. 18.) Xeres de la Frntera. 19.) El puerto de S Maria. 20.) Medina Sidnia. 21.) Conil. 22.) Tarissa. 23.) Vegel. 24.) Marbella. 25.) Gibraltar seu Gibeltar, unde Estretto di Gibraltar; 26.) Cadix seu Gades, unde sinus Gaditanus nomen habet, locus est ubi classis Americana auro & argento onusta appellere solet. 27.) Guadajana ad qvam lacus tempe-

 statem

ſtatem futuram indicans horrendo mugitu , qvem edit qvoties imminet , ut ſæpius ad 18 mill. audiri qveat.

§. 5.

Academiæ ſunt Sevilla. 2.) Oſſuna.

Fluvii ; Bætis ſeu Guadalquivir. Singuli qvem Ecya præterfluit.

Caſtella ſunt Cadix. Caſtel de la Ducena.

Montes præcipui vocantur Montes aurei , unde & civitas Montoro nomen gerit.

Longitudo à Cadiz ad Rueda limites petit.

Latitudo à Malaga ad Mare, uſqve ad Caſra , non procul Alcudiam.

CAP. VII.

De

MURCIA.

§. 1.

PArs dicitur Caſtiliæ Regni terminata ab *Ortu* Valentia Lucronenſi & Illicitano ſinubus ; à *Septentrione* Caſtilia nova; à *Meridie* Virgitano Sinu & Promontorio Scombraria ſeu C. de Palos; ab *Occaſu* Andaluſia atqve Granada. Nomen accepit à Metropoli *Murcia* qvam incoluit Alphonſus Rex , qvi & Aſtrologus dicitur cujus tabulæ, Alphonſinæ ab eo dictæ, adhuc ab incolis exhibentur ; Tumulus itidem

itidem ibi habetur non tantùm Alphonſi ſed & Ferdinandi S. Regis.

§. 2.

Reliqvæ nobiliores civitates ſunt 1.) Carthagena, hodiè nova Carthago, portu celebris præſtantiſſimo, totius Maris Mediterranei, teſte Schott. lib. 12. P. II. S. 2. C. 8. §. 20. p. 333. & ad recipiendam 200 navium claſſem aptus laudatur à du Val. l. c. 2.) Orihuella. 3.) Vera. 4.) Guardamar. 5.) Lorca. 6.) Cantavilla qvam Merula p. 2. c. 22. novam Carthagenam credit. 7.) Portilla ad C. Cope.

§. 3.

Fluvii ſunt nobiliores 1.) Guadalatin. 2.) Segura.

Caſtellum Almacarron 6. mill. diſtat à Carthagine nova.

Communi nomine hoc regnum Hortus Hiſpaniæ dicitur. vid. Johan. Gerundenſ. Paralip. Hiſp. lib. 1. adde du Val. P. II. p. 151.

§. 4.

Longitudo à Lorca ad Petrix prope Alicante duci poteſt.

Latitudo à Vera ad Tovara extendi patitur.

floret Academia, pulchritudo omnem superat Hispaniam; præcedens seculum thronum Regi paratum semper habebat; Patria gloriatur Philippi Regis; summum templum D. Paulo sacrum catena cingitur, qvæ terminum indicat cædes committentibus aut mortem petentia crimina; illam arripiendo se salvum qvis reddit: vid. du Val. l. c. p. 160. Atl. Min. P. II. p. 158. purioris lingvæ hispanicæ sedes appellatur.

2) *Alcala de Henares* lat. Complutum; Academia hujus loci satis nota; Conventus Regni sæpius huc celebrabantur; à nonnullis refertur ad Castiliam Veterem; rectius à Reichelto in Geogr. part. spec. m. 2. c. 2. pag. 52 ad Novam; Henare fl. eam præterfluit: Ejus nota rerum omnium abundantia, vid. de hoc oppido in Cast. Nova.

3.) *Sagovia* aliis Segovia ad fl. Areva. 4.) *Salamanca*, cujus Academia celebris. 5.) *Avila.* 6.) *Cuidad Rodrigo.* 7.) *Coria.* 8.) *Plazentia,* posteriores tres civitates ab Auth. Geogr. status p. 229. referuntur ad Castiliam novam 10.) *Aranda* ad fl. Durio. 11.) *Oxma* ubi itidem Academia. 12.) *Alba* qvæ Duci d' Alba nomen suppeditat. 13.) Cocca. 14.) Juliobriga. 15.) Lerma. & Numantia.

Academiæ sunt Valladolid. 2.) Alcala de Henares. 3.) Salamanca. 4.) Oxma. Complutensis fundator erat Franciscus Ximenius Archi-Episc. Tolet.

Flavii sunt 1.) Relanzon. 2.) Visurga, 3.) Henare seu Henacre, 4.) Durio. 5.) Areva. 6.) Guadiana.

Lon-

Longitudo à Coria ad Numantiam ducitur.

Latitudo à Talamacca inter Eſcurial & Alcala de Henares ad Burgos.

§. 2.

Caſtiliæ Novæ limites dicuntur ab *Ortu* Murcia atqve Valentia; ab *Occaſu* Portugallia ſe oſtendit; *Meridies* Eſdremaduram, Andaluſiam atqve Granadæ Regnum amat; *Septentrionem* verſus Veteri cingitur Caſtilia.

Caput vocabant præteritis temporibus Carpetanorum Mantuam, hodie *Madrit* ad fl. Xamar; Regio fulget ſolio; potentia præ aliis eminet oppidis; aura tantæ puritatis fruuntur cives, ut & olim cum Regia adhuc non eſſet, ad procurandam melius futuræ ſoboli ſanitatem, Regina illuc transvehi ſe gravidam curaverit; De Carolo V. memorat Becman. in hiſt. orb. terrar. p. 161. qvod Qvartana preſſus, ab aura hac liberatus fuerit.

Inter civitates notam merentur

1.) *Toledo* ad fl. Tago ſeu Tajo. Umbilicus Hiſpaniæ vocatur; Academia vulgo nota; ſedes olim erat Regia, in præſentiarum Archiepiſcopi & Primatis Hiſpaniæ, cui & perpetui Caſtiliæ Archicancellarii nomen adſcribunt:

2.) *Eſcurial* ſeu Monaſterium D. Laurentii, ordinis S. Hieronymi; fundatorem referunt Hiſtoriæ reſervatores Philippum II. Regem, in memoriam victoriæ de Gallis an. 1557. deſumptæ; flammis magna ex parte ſubjecta erat an. 1671. Nomen ei dedit adjacens oppidum Eſcurial; ſtructuram exhibet author des Voyages d' Eſpagne. cap. 16. ſex millio-

milliones auri ſumptus & 21 anni, tempus, ad ſtructuram impenſum oſtendunt.

3.) *Alcala de Henares* ſeu Complutum, malè refertur inter oppida Caſtiliæ Veteris; de qvo vid. in Caſt. Vet. hoc adhuc notandam qvod circa an. 1515. ſumptibus Franciſci Ximenii, Archiepiſcopi Toletani & Academiæ hujus fundatoris, prima vice biblia polyglotta excuſa ſint. vid. Thuan. l. 1.

4.) *Cuenca* ſedes Epiſcopi, lat. Concha. 5.) Seguenca Academ. 6.) Alcantara ad fl. Tago. 7.) Talavera. 8.) Lebazura. 9.) Laveja. 10.) Cuidadreal. 11.) Guadalagra. 12.) Medina Celi ſedes Ducum. 13.) Cuidad Rodrigo; Coria & Plazentia referuntur à nonnullis inter oppida Caſtiliæ Veteris vid. Atl. Min. P. II p. 158. 14.) Calatrava & 15.) Merida, qvæ duæ civitates Tajo & Guadianam fluvios interjacent.

Fluvii ſunt Tajo. 2.) Guadiana. 3.) Areva. 4.) Iſerga. 5.) Xucar ſeu Xamar.

Academiæ celebrantur 1.) Toletenſis. 2.) Complutenſis.

Horti regii ſunt Buenretiro. 2.) Aranjuez ad fl. Tajo.

Longitudo à Merida ad Tervel laudatur.

Latitudo à Siguenca ad Elviſo non procul à Cuidadreal extenſionem admittit.

CAP.

Cap. IV.

De

ESTREMADURA.

Estremadura partem Caſtiliæ conſtituit, olim vocata Bæturia vid. Reichelt. p. 52. Geogr. terminatur à *Septentrione* Caſtilia Nova. à *Meridie* Andaluſia. ab *Ortu* Caſtiliæ novæ & Andaluſiæ partibus, ab *Occaſu* Portugallia.

Caput conſtituit Pax Auguſta hodiè Badajos: reliqva principaliora oppida ſunt 1.) Merida, (qvod author Geogr. ſtat. refert ad Caſtil. nov. p. 230.) & ex oppoſito conſpiciuntur ad fl. Anas fortalitia duo qvorum alterum Chriſtophori, alterum Michaëlis nomine inſignitur; illud hodiè Fuerte de S. Chriſtova; hoc Fuerte de S. Miguel appellatur. 2.) *Cividad Reale* non procul à Calátrava. 3.) *Alcantara* qvam civitatem nonnulli ponunt inter oppida Caſtiliæ novæ: alii huic inſinuare malunt, Provinciæ, latinè dicitur Norba Cæſarea Ptolemæo. 4.) Olivenca. 5.) Tellena. 6.) Rueſta. 7.) Cafra. 8.) Ellarena.

Fluvii ſunt Tajo & Guadiana.

Longitudo à Badajoz ad Cuidadreal vulgo nota.

Latitudo ab Ellarena Andaluſiam verſus ad Alcantara vergit.

CAP.

Cap. V.
De
GRANADA.

GRanada Regnum partem conſtituere Caſtiliæ ſupra jam facta mentio; Terminos agnoſcit ab *Ortu* Murciam. ab *Occaſu* Andaluſiam; *Septentrionem* verſus adeſt nova Caſtilia; à *Meridie* mari pellitur Iberico. vid Schott. curſ. Mathem. lib. 12. part. 2. Sect. 2. cap. 8. §. 19. p. 333.

§. 1.

Longitudinem dicit Author Geogr. ſtat. p. 209. 60. mill. germ. *Latitudinem* 25.

§. 2.

Nomen communicavit huic Regno Metropolis Granada qvam Ferdinandus Catholicus Rex Mauris obſidione per ſeptem annos cinctam an. 1492, (& non an. 1592. uti nonnemo habet,) abſtulit in cujus rei memoriam Feſtum S. Joh. Baptiſtæ celebrant, vid. lib. editum de expugnatione Regni Granadæ, cujus meminit Bucholcer in Chronol. Ind. ad an. 1492. p. 448. Sedes Archi Epiſcopi hic eſt; Ipſe Recuperator cum Regina uxore Iſabella tumulo inſunt in ſummo templo, ab hoc tempore ibi omnium Hiſpaniæ Regum oſſa condita refert du Val. P. II. p. 148. Supremum Appellationis Judicium hic floret; cujus Aſſeſſores ſeu potius Iudices vocantur Oidores; Magnitudo omnium Hiſpanicarum Civitatum vilem reddit ambitum; ſingulæ ædes ſcaturigine rigantur, Aca-

Academia non minus laudanda: & Parlamentum memoratu dignum. Reliqvæ eminentiores civitates ſunt ſeqventes.

§. 3.

1.) *Malaga* ad Mare Ibericum, duobus firmatur Caſtellis muro junctis, portu gaudet celebri; nobiliſſima ibi guſtantur vina; communi nomine Hiſpanis totius Regni audit Armamentarium. 2.) Guadix. 3.) Baſa. 4.) Almeira. 5.) Bonda. 6.) Loxa. 7.) Elgaro. 8.) Adra. 9.) La Rocheta. 10.) Fingena. 11.) Signana. 12.) Baca. 13.) Bahul. 14.) Cartama. 15.) Alcaia Real. 16.) Munda hodiè Runda la Veja. 17.) Albama. 18.) Antequera. 19.) Eſtepona & Marbella ad Mare Ibericum ſunt: 20.) Inter Marbella & Maloga eſt C. Molina. Ad C. Mottil ſedem habet Caſtello de Fierro: Non procul ab Almeria jacet C. de Guarda Vechio, & ex altero latere eminet C. de Gales.

§. 4.

Academia eſt Granadæ.

Fluvii nomine venit Jame.

Montes dicuntur Schnebergæ h.e. jugum perpetuâ nive preſſum vid. du Val. p.150. qvorum ſedem ponit verſus Ortum atqve Occaſum Metropolis hujus Regni.

CAP.

CAP. VI.

De

ANDALUSIA.

Pars eſt Caſtiliæ Regni olim dicta Vandalia, à Vandalis populis, unde & Vandaluſiæ nomen adepta, qvod nonnulli idem denotare autumant ac Vandalen hus h. e. ſedes Vandalorum; vid. Becman. hiſt. orb. terrar. p. 160. Atlas Min. P. II. p. 161. Marius Areteus ita interpretatur, ut idem ſit ac Regnum ante Luſitaniam.

§. 1.

Terminos agnoſcit ab *Ortu* Granadæ Regnum à *Septentrione* Novam Caſtiliam. Verſus *Occaſum* ponit Portugalliam du Val. P. II. Geogr. p. 144. Schottius v. in curſ. Math. lib. XII. P. II. S. 2. cap. 8. p. 333. Algarbiam mavult: *Meridiem* ſpectat Ibericum æqvor.

§. 2.

Communi nomine Hiſpaniarum Granarii inſignitur hoc regnum ob abundantiam rerum: unde & Plinius huic Regno primum poſt Italiam aſſignat locum qvoad copiam fructuum.

§. 3.

Caput Regni *Sevilla* audit lat. Hiſpalis, credunt enim Geographi hanc Plinii eſſe Hiſpalim; omnium Hiſpaniæ Urbium nitidiſſima. Unde & Hiſpani proverbii loco dicere erant ſoliti: *Quien non ha viſto Sevilla*.

villa, non ha visto maravilla. h. e. Qvi Sevillam non vidit, ignorat miracula; Alius proverbii sententia est, qvod Deo charus possidet Sevillæ ædes. Academia hic floret; Senatus Indicus conventum celebrat; adjucet fl. Guadalquivir; de Portu eius S. Lucar vid. Becman. hist. orb. terrar. cap. 3. Sect. 3. §. 3. p. 48. De hac civitate plura narrat *Atl.* Min. P. II. p. 162. Becman. l. c. Cap. 6. S. 1. p. 160. Du Val. Geogr. P. II. p. 144.

§. 4.

Reliqvæ civitates dignitate proximæ sunt 1.) Corduba seu Cordua. Lucani & Senecæ Patria; à Plinio cognominatur Colonia patricia; Campi aurei titulo vocat agros circumjacentes Silius Italicus. Mesquita h. e. summum templum 24 portas ostendit ingredeuntibus; nigri coloris è marmore structæ columnæ moli fundamento sunt, anni dies numerum earum docet; teste du Val. P. II. Geogr. p. 145. 2.) Alcudia. 3.) Andviar. 4.) Jaën Episcopi sedes. 5.) Baëca. 6.) Ubeda. 7.) Alcala Real qvam nonnulli ad Granadæ Regnum referunt. 8.) Ecya. 9.) Ronda. 10.) Offuna ubi Academia floret. 11.) Palacios. 12.) Marchena. 13.) Lora. 14.) Moron. 15.) Augusta. 16.) Penaflor. 17.) Montoro. 18.) Xeres de la Frntera. 19.) El puerto de S Maria. 20.) Medina Sidnia. 21.) Conil. 22.) Tariffa. 23.) Vegel. 24.) Marbella. 25.) Gibraltar seu Gibeltar, unde Estretto di Gibraltar; 26.) Cadix seu Gades, unde sinus Gaditanus nomen habet, locus est ubi classis Americana auro & argento onusta appellere solet. 27.) Guadajana ad qvam lacus tempe-

 statem

ſtatem futuram indicans horrendo mugitu, qvem edit qvoties imminet, ut ſæpius ad 18 mill. audiri qveat.

§. 5.

Academiæ ſunt Sevilla. 2.) Oſſuna.

Fluvii; Bætis ſeu Guadalquivir. Singuli qvem Ecya præterfluit.

Caſtella ſunt Cadix. Caſtel de la Ducena.

Montes præcipui vocantur Montes aurei, unde & civitas Montoro nomen gerit.

Longitudo à Cadiz ad Rueda limites petit.

Latitudo à Malaga ad Mare, uſqve ad Cafra, non procul Alcudiam.

CAP. VII.

De

MURCIA.

§. 1.

PArs dicitur Caſtiliæ Regni terminata ab *Ortu* Valentia Lucronenſi & Illicitano ſinubus; à *Septentrione* Caſtilia nova; à *Meridie* Virgitano Sinu & Promontorio Scombraria ſeu C. de Palos; ab *Occaſu* Andaluſia atqve Granada. Nomen accepit à Metropoli *Murcia* qvam incoluit Alphonſus Rex, qvi & Aſtrologus dicitur cujus tabulæ, Alphonſinæ ab eo dictæ, adhuc ab incolis exhibentur; Tumulus itidem

itidem ibi habetur non tantùm Alphonsi sed & Ferdinandi S. Regis.

§. 2.

Reliqvæ nobiliores civitates sunt 1.) Carthagena, hodiè nova Carthago, portu celebris præstantissimo, totius Maris Mediterranei, teste Schott. lib. 12. P. II. S. 2. C. 8. §. 20. p. 333. & ad recipiendam 200 navium classem aptus laudatur à du Val. l. c. 2.) Orihuella. 3.) Vera. 4.) Guardamar. 5.) Lorca. 6.) Cantavilla qvam Merula p. 2. c. 22. novam Carthagenam credit. 7.) Portilla ad C. Cope.

§. 3.

Fluvii sunt nobiliores 1.) Guadalatin. 2.) Segura.

Castellum Almacarron 6. mill. distat à Carthagine nova.

Communi nomine hoc regnum Hortus Hispaniæ dicitur. vid. Johan. Gerundens. Paralip. Hisp. lib. 1. adde du Val. P. II. p. 151.

§. 4.

Longitudo à Lorca ad Petrix prope Alicante duci potest.

Latitudo à Vera ad Tovará extendi patitur.

ſtatem futuram indicans horrendo mugitu , qvem edit qvoties imminet, ut ſæpius ad 18 mill. audiri qveat.

§. 5.

Academiæ ſunt Sevilla. 2.) Oſſuna.

Fluvii; Bætis ſeu Guadalquivir. Singuli qvem Ecya præterfluit.

Caſtella ſunt Cadix. Caſtel de la Ducena.

Montes præcipui vocantur Montes aurei, unde & civitas Montoro nomen gerit.

Longitudo à Cadiz ad Rueda limites petit.

Latitudo à Malaga ad Mare, uſqve ad Cafra, non procul Alcudiam.

CAP. VII.

De

MURCIA.

§. 1.

PArs dicitur Caſtiliæ Regni terminata ab *Ortu* Valentia Lucronenſi & Illicitano ſinubus; à *Septentrione* Caſtilia nova; à *Meridie* Virgitano Sinu & Promontorio Scombraria ſeu C. de Palos; ab *Occaſu* Andaluſia atqve Granada. Nomen accepit à Metropoli *Murcia* qvam incoluit Alphonſus Rex, qvi & Aſtrologus dicitur cujus tabulæ, Alphonſinæ ab eo dictæ, adhuc ab incolis exhibentur; Tumulus itidem

itidem ibi habetur non tantùm Alphonsi sed & Ferdinandi S. Regis.

§. 2.

Reliqvæ nobiliores civitates sunt 1.) Carthagena, hodiè nova Carthago, portu celebris præstantissimo, totius Maris Mediterranei, teste Schott. lib. 12. P. II. S. 2. C. 8. §. 20. p. 333. & ad recipiendam 200 navium classem aptus laudatur à du Val. l. c. 2.) Orihuella. 3.) Vera. 4.) Guardamar. 5.) Lorca. 6.) Cantavilla qvam Merula p. 2. c. 22. novam Carthagenam credit. 7.) Portilla ad C. Cope.

§. 3.

Fluvii sunt nobiliores 1.) Guadalatin. 2.) Segura.

Castellum Almacarron 6. mill. distat à Carthagine nova.

Communi nomine hoc regnum Hortus Hispaniæ dicitur. vid. Johan. Gerundens. Paralip. Hisp. lib. 1. adde du Val. P. II. p. 151.

§. 4.

Longitudo à Lorca ad Petrix prope Alicante duci potest.

Latitudo à Vera ad Tovara extendi patitur.

CAP. VIII.

De

LEGIONE.

§. 1.

HOc qvoqve Regnum partem Castiliæ constituit; olim vocabatur Vettonia apud Prudentium. Nomen habet à metropoli Legione qvæ dicitur hodiè Leon. Franciscus Tarapha, hunc honorem assignat Leonogildo Gottorum Regi.

§. 2.

Terminos habet *ab Ortu* Castiliam Veterem; *Meridiem* versus Portugalliam & secundum du Val. P. II. p. 166. Castiliam Veterem: ab *Occasu* adjacet Gallæcia; *Septentrionem* exhibet Asturia. Dividitur in Legionem stricte dictam atqve Asturiam.

§. 3.

Illius Metropolis vocatur Leon lat. Legio; dicta à VII. Germanor. Legione huc missa sub Imperat. Nerva. Reliqvæ civitates sunt 1.) Astorga ad Tera fl. fortalitio firmatur & præclara Episcopi sedes. 2.) Camora seu Zamora ad fl Duero itidem Episcopum alit. 3.) Novia. 4.) S. Michael de Camino. 5.) Villa franca. 6.) Cacabelos. 7.) Mansilla.

§. 4.

Fluvii celebriores sunt Tera. 2.) Durio. 3.) Carion ad qvem Palentia.

Longi-

Longitudo à Loſada ad Ville Martin. finitur.
Latitudo à Camora ad Leon patet.

Cap. IX.

De

ASTURIA.

§. 1.

PArs vocatur Legionis Regni; terminatur ab *Ortu* Biſcaja; ab *Occaſu* Gallæcia. *Septentrio* monſtrat Oceanum Cantabricum. *Meridiem* verſus du Val. P. II. p. 142. ponit Caſtiliam Veterem. Schottius mavult Legionenſe Regnum. lib. 12. P. II. S. 2. C. 8. §. 14. Primogenito Hiſpaniarum Regis nomen dare ſolet, unde & Princeps Aſturiarum ſive de las Aſturias dicitur; vid. Becman. hiſt. orb. terrar. p. 163.

§. 2.

Dividitur à Reichelto p. 53. Geogr. in Ovetanam & Santillanam: Illius Metropolis eſt Oviedo ad fl. Aſta; de qva Rodericus Toletánus lib. 4. rer. hiſpan. c. 14. multa habet; Academia hic floret; Archiepiſcopus ſedem fixit; du Val. P. II. p. 142. Inter reliqvas prioris notæ urbes eſt 1.) Avila ſeu Aviles ad C. de la pennas de guzan. 2.) Sanſon. 3.) Luarca, 4.) Villa vicioſa.

§. 3.

Santillanæ Aſturiæ caput dicitur Santilla; hanc

 ſeqvun-

ſeqvuntur Ablaus. 2.) Lianes. 3) S. Vincente. 4.) S. Salvator.

§. 4.

Fluvii ſunt Aſta. Ribadeo.

Caſtellum dicitur Caſtropol cui ſedes Gallæciam verſus ad Oviedo.

Academia eſt Oviedo.

Longitudo à Caſtello Caſtropol ad S. Vincente numeratur.

Latitudo à C. de las pennas de guzan ad S. Roman ducitur.

CAP. X.

De

GALLÆCIA.

§. 1.

HOc Regnum partem qvoqve adjicit Regno Caſtiliæ nomen debet populis Gallaicis vid. Atl. Min. P. II, p. 150. & Molina in deſcriptione Gallæciæ.

§. 2.

Terminos agnoſcit à *Septentrione* Oceanum Cantabricum: à *Meridie* Portugallia adeſt; Oceanus Atlanticus ab *Occaſu*, & ab *Oriente* Aſturia & Legio termini ſunt; Auri Argentiqve ferax regio.

§. 3.

Caput Compoſtella olim Flavium Brigantinum erat

erat S. Jacobi Majoris ossa qvem ab an. 846. Patronum honorant Hispani; hic condita venerationem admittunt à Romano-Catholicis Compostellana locum invenit inter qvatuor primarias peregrinationes Religiosas qvas Christiani Pontificii peragunt; prima fit Hierosolymam usqve, altera in Italiam ad limina Petri & Pauli; tertia ad S. Jacobum Compostellæ; qvarta ad ædem B. Virginis Loreti. Notandum ipsum Baronium in Annal. Eccles. ad an. 816. in dubium vocare non tantùm Compostellanas peregrinationes, sed & Historiam Jacobi; Qvicqvid sit constat fanum D. Jacobi Urbi dedisse nomen Sant Jago. vid. Schott. lib. XII. P. II. S. 2. C. 8. §. 15. p. 333. Academia hæc celebris. Sedes Archiepiscopi facta ab an. 1124. du Val. P. II. p. 143. De Capella S. Maria de Loreto dicta, vid. Becman. not. Illust. dign. p. 145. partem constituit Summi Templi, ubi Christina Regina Sueciæ coronam & sceptrum reposuit dicens:

Hanc Tibi sacravit spretam Christiana coronam
In cœlo tribuas ut meliore frui.

§. 4.

Reliqvæ urbes primariæ sunt 1.) Orense ad fl. Minho. 2.) Lugo ubi sedes Episcopi. 3.) Ribadeo. 4.) Mondonedo sedes Episcopi. 5.) Corunna seu Corugna castello firmatur; an. 1661. classis aurum afferens argentumqve portum hunc qvæsivit; thesauro onusta 30 millionum. vid. du Val. P. II. p. 143. 6.) Pontevedra nomen habens à ponte littora prætereuntis fl. jungente. 7.) Tuy. 8.) Bajona munimentum, differt à Bajona portu Galliæ, unde & Bajona

jona de Galizia vocatur. 9.) Salvatierra. 10.) Culla. 11.) Alvar, 12.) Patron.

§. 5.

Insulæ huc pertinentes sunt de Bajana. 2.) Bleydones. 3.) Araco. 4.) Grobe. 5.) Cizarga. 6.) S. Cyprian.

Castella sunt Porto novo. 2.) Puebia del Dea. 3.) Carunna. 4.) Castro de Rey. 5.) Castro Caldelàs inter Mondonedo & Lugo ad fl. Minho. 6.) Montforte.

§. 6.

Fluvii sunt Minho seu Minio. 2.] Durio.

Academia est Compostello.

Eqvi tantæ sunt multitudinis ut & proverbium eorum esse adscribat ventis Atl. Min. P.II. p.150.

Montes tanti numeri ut & incolis noceant. idem author asserit l. c.

§. 7.

Longitudo à Bajona ad C. Sant Jago cognita est.

Latitudo ab Orense ad C. de Belem se extendit.

§. 8.

De fertilitate hujus Provinciæ vid. Justin. hist. Philip. lib. 44. cap. 3. §. 4. &c. ubi dicitur Regionem hanc non tantùm æris ac plumbi uberrimam, sed & auro ditissimam, adeò ut aratro incolæ freqventer glebas aureas exscindant.

CAP.

Cap. XI.

De

ARRAGONIA.

§. 1.

ALteram regni partem Hiſpanici abſolvit Arragonia in alias iterum diviſa Regiones, qvarum Regni titulo qvædam præditæ; v. g. Regnum Navarræ; Valentiæ: comprehenduntur porro ſub Arragonia, Cantabria, Catalonia, Inſulæ Baleares & Pityuſæ, vid. Reichelt. Geogr. p. 53. Nomen habet à fl. Aragone; non procul à Calahorra undam cum Ebro mutante.

§. 2.

Limites patitur ab *Occidente* Caſtiliam; *Ortum* verſus Navarram, Cataloniam & Cingam fl. vid. Schott. Curſ. Math. Lib. XII. P. II. S. 2. cap. 8. p. 333. Auth. Geogr. Stat. p. 218. *Meridies* Valentiam oſtendit; Montes Pyrenæi *Septentrionem* claudunt vid. Atl. Min. P. II. p. 170.

§. 3.

Arragoniæ ſtrictè dictæ Metropolis Plinio Cæſarea Auguſta dicitur, hodiernis aut Caragoça aut Sarragoſſa ad fl. Ebro. Academia floret; Inaugurationibus Regum olim deſtinata Atl. Min. l. c. Sedes ArchiEpiſcopi; Summum tribunal acceſſum admittit Becman. hiſt. orb. terrar. p. 163.

§. 4.

Magis cognitæ civitates ſunt 1. Tyriaſſona ad montem Caci. 2. Jacca. 3. Tarracona. 4. Calatajud. 5. Boria. 6. Calahorra. 7. Balbaſtro. 8. Tervel. 9. Albarazzin. 10. Daroca. 11. Ixar. 12. Xixena. 13. Calanda. 14. Caſpe. 15. Alcalea. 16. Fraga non procul à Lerida. 17. Moncon lat. Monſonium ad fl. Cinga eſt locus Conventibus ſtatuum Regni celebris. 16. Hueſca. 17. Lerida.

§. 5.

Academiæ ſunt Hueſca. 2. Lerida. 3. Tarracona. 4. Saragoſſa.

§. 6.

Fluvii magis cogniti ſunt Ebro. 2. Iſuela Hueſcam præterfluens. 3. Arragon non procul à Calahorra Ebro communicat aqvas. 4. Gallega Ebrum ingrediens ad Saragoſſa. 5. Riguel Pampelonam præteriens. 6. Alhambra Tervel notus.

§. 7.

Montes ſunt Caci 2. Baubola.

Longitudo totius Arragoniæ ſtrictè acceptæ, ſe extendit à civitate Tervel ad Jaca.

Latitudo à Balague non procul à Lerida; ad Ariza à Calatajud diſtans oppidum 6. mill.

CAP.

CAP. XII.

DE

VALENTIA.

§. 1.

HOc Regnum partem addit Regno Arragoniæ, nomen habens à Metropoli ejusdem nominis; Terminos admittit à *Meridie*, Murciam; ab *Occasu* Castiliarum Regna; *Septentrionem* versus Arragoniam spectat; ab *Ortu* Mari clauditur Mediterraneo: Schottius l. c. sinum Sucronienſem mavult.

§. 2.

Longitudinem nonnulli amant ab Alicante ad Fontanet distans oppidum 4 mill, à Tervel.

Latitudo placet qvibusdam à Valencia usqve ad Sarran.

§. 3.

Caput Regni Valencia est, sedes Archiepiscopi; ad sinum Sucronensem sita, ansam de proverbio cogitandi præbuit Hispanis pulchritudo ejus; *Qvo Barcino fertur dives, CæsarAugusta futura, Valentia formosa.* Qvoad reliqvas urbes laudem præ cæteris merentur 1. Tortosa. 2. Segorbe qvam Mariana nominat Cabeca el Griego 3. Orihuella aliis Orilivella ad fines Murciæ. 4. Alicante ab inexpugnabili castello & prænobili vino nota. 5. Morvedre

vedre alio nomine Sarragos dicitur. 6. Miralcampo, 7. Xabea ad C. Martin. 8. Promontorium Ferraria hodiè C. Martin. 9. Villa Loyſa. 10. Inſula S. Paulo. 11. C. de Guardamar. 12. Navarras. 13. Latona, 14. Cortes. 15. Culla. 16. Canet. 17. Alfara. 18. Denia ubi portus. 19. Belgida. 20. Ceria. 21. Gandia.

§. 4.

Præterea notam meretur locus ille Biriel dictus Tortoſam atqve Valenciam interjacens, ob inſignem argentifodinam; alius Aioder vocatur gignens lapides aureis venis micantes. Ad promontorium Finiſtrato metallifodina ferrum & æs præbet; Marmora petunt in vicinia Segobiæ. Alabaſtrum Piacento communis. vid. Atl. Min. P. II. p. 165.

§. 5.

Fluvii primarii ſunt Turia ſeu Doria præterfluens Valenciam hodie Gueſalabiar vocatus. 2. Xucar.

Montes præcipui 1. Mariola. 2. Penna goloſo. germ. Schleckberg: qvi Medicinam excolentibus ſemper novas ſuppeditat herbas magno numero è tota Hiſpania illuc migrantibus.

Academiæ ſunt 1. Valentia. 2. Candia.

CAP.

CAP. XIII.

De

NAVARRA.

Aliam Arragoniæ partem Navarra ſubminiſtrat; nomen trahens à voce Navas Hiſpanis planas purgatasqve arboribus camporum areas qvibus tamen in circuitu ſilvæ atqve dumeta ſunt, ſignificante, Becman. hiſt. orb. terrar. p. 164.

§. 1.

Limites Ei conſtituunt ab *Ortu* Arragonia. ab *Occaſu* Ebrus fl. Atl. Min. P. II. p. 144. aliis v. Guipuſcoja vid. Schott. Curſ. Math. lib. 12. S. 2. P. II. cap. 8. §. 12. p. 133. *Meridiem* verſus terminatur Arragonia Atl. Min. l. c. ſecundum Schottium l. c. Veteri Caſtilia. *Septentrionalia* claudit Guipuſcoja, juxta Atl. Min. l. c. Schottius v. l. c. Pyrenæos ponit atqve Oceanum Cantabricum.

§. 2.

Longitudinem oſtendit à Tudela ab Ebro pulſa civitate ad C. Sant Sebaſtian in Oceano Cantabrico diſtantia.

Latitudini æqvalis erit linea à Gordum oppido Arragoniæ ducta ad Hoyon uſqve non procul ab Ebro.

§. 3.

Dividitur hoc Regnum in Navarram ſuperiorem & inferiorem; Illa Hiſpanica eſt; inferior verò (complectens le pais de Baſques, de Donnezan & Bearne,

teſte

teſte Mornæo en ſes Memoires d'Eſtat p. 135.) ſpectat de Jure adGalliam unde & R. Chriſtianiſſimus titulum Regis Navarræ gerit. du Val. P. II. p. 158. licet an. 1512. Hiſpaniæ incorporata. Auth. Geogr. ſtat. p. 220. Alii dividi malunt Navarram in ſex Provincias; qvarum primæ metropolis Pamplona; ſecundæ ſtella; tertiæ Tudela; qvartæ Oliva; qvintæ Sanqueſa, & ſextæ S. Juan. Alii qvinqve tantùm partes Ei aſſignant; qvarum prior Pamplona; altera Saguenſis ditio; tertia Oliteņſe territorium; qvarta Tudelanenſis diſtrictus; qvinta Stellenſis jurisdictio.

Conveniunt interim omnes Totius Regni caput Pamplonam lat. Pompejopolis ad fl. Arga, cujus fundatorem Pompejum M. laudant; duobus gaudet caſtellis fortiſſimis, Gubernator Regius ibi reſidet. Sede Epiſcopali porro ſplendet.

§. 4.

Proximæ notæ civitates ſunt 1. Tafalla olim ſedes Regia 2. Stella. 3. Oliva. 4. Sangueſa. 5. Tudela. 6. S. Jean. 8. Alfaro. 8. Viana. 9. Ronceſvalles 10. Elors. 11. Urroz. 12. Aoys. 13. Aybar. 14. Carcaſtillo. 15. Valtierra. 16. Marzilla. 17. Agra. 18. Milgro. 19. Miranda. 20. Tuenta. 21. Valcarlos. 22. Orces.

§. 5.

Fluvii ſunt Arga. ad Pamplonam 2. Oria ad Toloſam. 3. Ega ad Eſtella. 4. Riguel verſus Arragoniam undam mutans cum Egro. 5. Esba. 6. Anoz.

Caſtella 1. Pamplona. 2. Fontarabia non procul

cul à Pyrenæis montibus. 3. S. Jean de Luz. prope Bayonne in Oceano Cantabrico.

CAP. XIV.

De
CANTABRIA.

§. 1.

NAvarræ Regno adhærere Cantabrorum ſedem, notum exiſtimo hodiè deſvetudini tradita Cantabriæ denominatione, partes ejus duæ creduntur Guipuſcoja nim. atqve Biſcaja; Illa hactenus nomen Lepuſcojæ aſſumpſit; limitatur ad *Ortum* Navarræ Regno; à *Septentrione* Oceano Cantabrico; Verſus *Occaſum* Biſcaja & ad *Meridiem* Veteri Caſtilia.

§. 2.

Ferri atqve chalybis præcipua materia, occaſionem nominandi totam Regionem Vulcani officinam Martisqve armamentarium ſubminiſtravit Geographis.

§. 3.

Metropolim vocant Toloſam ad fl. Araxis & Oria ubi conventus Statuum celebrantur. Hanc nobilitate immediatè ſeqvuntur 1. S. Sebaſtiano in mari Atlantico portu gaudens, alias & corrupto ſermone Donaſtia dicitur qvaſi Don baſtia, cum Cantabrigi ſanctum per Don expreſſerint; vid. Becman. hiſt. orb. terr. p. 48. Atl. Min. P. II, p. 148. De S. Seba-

baſtiano adhuc notandum qvod vi privilegii Rex cum incolis faciens verba detecto capite enarranda proferre debeat. Du Val. P.II. p. 141. 2. Montrico nomen habens ab adjacente monte de Trico 3. Placentia. 4. Deria. 5. Fuentarabia ad C. S. Sebaſtian. 6. Oria. huc etiam ſpectat Molina, unde Rex Hiſpaniæ ſe Dominum Molinæ appellat.

§. 4.

Fluvii ſunt Vidolo. 2. Araxis 3. Oria. 4. Calybs. vid. Juſtin. lib. 44. c. 3. §. f. cujus temperamentum ferrum acrius reddit.

Munimenta audiunt, S. Sebaſtiano. 2. Fuentarabia.

Montes priori nota ſuperat Monte de Trico.

§. 5.

Altera Pars Cantabriæ Biſcaja eſt, terminata ab *Ortu* Guipuſcoja. à *Septentrione* Oceano Cantabrico; *Occaſus* Aſturiam oſtendit atqve Legionem; *Meridiem* verſus cingitur Caſtilia Veteri.

§. 6.

Dividitur in partem Hiſpanicam & Gallicam; hæc ſe extendit ad fl. Iron uſqve, reliqva ad Hiſpanum pertinet vid. Auth. Geogr. Stat. p. 232.

§. 7.

Caput dicitur Bilbao lat. Bellum Vadum, prælerlabitur fl. Nauſa; munimento firmatur & portum navigantibus aperit.

§. 8.

Reliqvæ Urbes ſunt Laredo, qvæ Carolum V. excepit cum fratri faſcias Imperii obtuliſſet conſentientib. Electorib. vid. Thuan. lib. 17. ad an. 1556.

2. S.

2. S. Andero. 3. Portogaliete. 4. Bermeo. 5. Gudtari; Patria Sebaſtiani Caenii, qvi primus omnium, Terrar. univerſum orbem circumnavigaſſe dicitur, du Val. P. II. p. 142.

§. 9.

Fluvii Iron & Nauſa.

Munimentum præbet Bilbao.

Biſcajam & Guipuſcojam interjacet Alava regio, cujus caput Vittoria, Nobilitate perqvam celebris.

Cap. XV.

De

CATALONIA.

§. 1.

ET Cataloniæ Regnum Arragoniæ partem conceſſit, olim dictum Comitatus Barcellonæ, ab invaſione confœderatorum Cattorum Alanorumqve ita vocatum B. Rhenani conjectura eſt. Limites admittit ab *Ortu* Gallicum Mare; ab *Occaſu* Arragoniam Valentiam & Cingam fl. Verſus *Meridiem* Mari pellitur Mediterraneo; ad *Septentrionem* Pyrenæis cingitur montibus. Schott. Curſ. Math. lib. 12. P. II. S. 2. C. 8. p. 333.

§. 2.

Longitudinem ei adſcribunt à Lacu Salſula ad Valentiam uſqve 250. mill. Ital.

Latitudinem ducunt à Sapin Couronne ſive

Valle Carolitana ad Barcellonam usqve 94. mill.

§. 3.

Laudant ejus Archiepiscopatum Tarraconensem; Octo *Episcopatus* 1. Barcellonam. 2. Gironam. 3. Urgel. 4. Vicus. 5. Ilerdam. 6. Dertosam. 7. Helnam & 8. Celsonam celebres reddentes: Qvinqve *Marggraviatus* sunt Ilerda 2. Dertosan. 3. Pallearia. 4. Cameraca. 5. Itona. Numerantur & *duo Ducatus* 1. De blanc mont & 2. Cardonæ. Octodecim comitatus insuper satis innotescunt 1. Urgella. 2. Girona. 3. Cerretania. 4. Bisuldima. Roussillon. 6. Empories. 7. Ausonia. 8. Minorisa. 9. Prates. 10. Palmosi. 11. Petralata. 12. Qveralto. 13. Savallan. 14. Vallis Fogone. 15. Guimerañ. 16. Montaiga. 17. S. Colombe de Scinciliis. 18. S. Columba.

§. 4.

Omnem materiam terra profert, frumenti ingens adest copia, vini, mellis & olei abundantia; fluvios & auro divites testimonio Sicoris est, ferrum omni angulo crescit, ad Sinigmont Amethystes se exhibet & Onyx pretiosi lapides; Sardus & Jaspis ad Tiviol micant; fontibus Rubricati fl. Hæmathites communis. vid. Atl. Min. P. II. p. 174.

§. 5.

Metropolis ventilatur Barcellona; olim Julia Augusta Hamilcari Carthaginensium Duci fundamenta debens; Auth. Geogr. Stat. p. 215. Sedes ei est ad Besons & Rubricatum fluvios prope Mare Mediterraneum; & Episcopi sedes, Academia floret, du Val. P. II. p. 154. Titulum qvondam Arragoniæ here-

heredi ſubminiſtravit; portu nobili caret, jungitur mari è lapidibus conſtructo ponte 750. paſſuum.

§. 6

Reliqvæ civitates memoratu digniores ſunt 1. Perpinian ad mare Gallicum, cujus caſtellum reliqva omnia Hiſpaniæ ſuperat, & Gallo clavis ad Hiſpaniam Becman. hiſt. orb. terr. p. 164. 2. Elna prope Perpiniam ad fl. Tecli: 3. Girona ad fl. Ontiar. 4. Urgel ad fl. Segre. 5. Tortoſa Ptolemæo devioſa ad Ebro fl. ſede condecoratur Epiſcopali, præter Academiam; alit & aurum, profert argentum, gignit marmora, ferri nullus feracior locus, Alabaſtri ingens copia hic reperitur. 6. Tarracona Archiepiſcopalis ſedes, ejus Academiam fundabat Caſparus Cervant Cardinalis an. 1572. 7. Vicus. 8. Lerida ad Sicorim fl. ſedes Epiſcopi, præclara Academia. Atl. Min. P. II. p. 174. du Val. P. II. p. 155. 9. Cardona copiam effundit ſalis; undam ſuſtentat colore ſangvini haud abſimilis. 10. Peniſcola tempore Sigiſmundi Imperatoris & Schiſmatis Benedictum XIII. Papam recepit. 11. Poblet deſtinata olim ad ſepulturam Regum Arragoniæ, fundatorem ipſum detinet Alphonſum. 12. Solſona. 13. Moncon. 14. Foix. 15. Alez. 16. Monſerrat Monaſterium S. Benedicti.

§. 7.

Munimenta præter enarrata ſunt Maureſa. 2. Moniſtrol. 3. Martorel. 4. Caſtello. 5. C. de Toſſa qvod olim Lunarium promont. erat. 6. Palamos. 7. Callela. 8. Pineda. 9. Roſes. cujus promont. C. de Crues.

§. 8.

Academiæ ſunt Barcellona 2. Lerida. 3. Tordoſa. 4. Tarracona.

Fluvii celebriores Ontiar ad Gironam. 2. Ter. 3. Segre ad Urgel. 4. Beſons. 5. Rubricatus qvi duo proximi ſunt Barcellonæ. 6. Cinga. 7. Ebro, ad Tortoſam. 8. Tecli ad Perpinian. 9. Sicoris ad Leridam.

Montes 1. Monyvi ad Barcellonam. 2. Di Nuria cryſtallum producens.

CAP. XVI.

De

INSULIS BALEARIBUS ET PITYUSIS.

§. 1.

ARragoniæ Regnum ad finem perducunt Inſulæ Baleares atqve Pityuſæ, qvas Regnum Inſulare Heinlin. Synopſ. Math. p. 628. nominat: Priores contra Tarraconenſia littora ſedem habent, haud inter ſe magno ſpatio diſtantes, à qvo aſſumptis cognominibus Majores Minoresqve numero plurali, hodie Majorca, Minorca, ſingulari; appellatæ dicuntur, ipſum nomen græco verbo debent βάλλειν; incolis ſummo decori adſcribentibus mirum in modum lapides evibrare noſſe; (wann einer wacker

wacker schleudern kunte) Græcis Gymnesiæ erant, ἀπὸ τῆς γυμνότητος nominatæ i. e. à nuditate, qvod aliqvandiu incolæ nudi vitam egisse perhibeantur. Atl. Min. p. II. p. 168.

§. 2.

Majorca Caput credunt eodem nomine dictam civitatem, sedem Episcopo stratam offert, sinu gaudet; Insulæ ambitum 95. mill. germ. longitudinem 2. mill. germ. cum dimidio scribit Auth. Geogr. Status p. 235. Qvatuor promontoria qvadratam ei formant figuram, primum est C. della Saline. 2. C. la Piedra, 3. C. di Pino & 4. C. Formentero. Reliqvæ civitates sunt La Porata. 2. Andara. 3. Lercudia. 4. Sogiari. 5. Catalonga.

§. 3.

Minorca ambitum habet 38. mill. germ. duobus firmatur portubus 1. Porto Maon & porto Tornelli. vid. Atl. Min. P. II. p. 169. Caput agnoscit Minorcam; Reicheltus l. c. p. 54. Sitadellam credit, cujus promontorium C. Bajalis dicitur. Addi potest oppidis Fornelli.

§. 4.

Pityusæ nomen gerunt à græco verbo πίτυς qvod pinum denotat harum arborum maximam producentes copiam: Præcipua Insularum Ivica aliis Yvica olim Ebusus est, cui sedes inter Majorcam & Minorcam ambitum faciens 25 mill. germ. frumentis tantum non fœcunda, largior ad alia; animantia, qvæ noxam dant non tantùm non generat, sed invecta nec sustinet; salis materiam ad nauseam profert.

 vid.

vid. Atl, Min. P. II. p. 169. Cluver. Introd. Geogr. lib. 2. c. 7. p. 61.

§. 5.

Secundo loco adeſt Inſula *Formentera*, qvæ itidem ad Pityuſas referenda vid. Becman hiſt. orb. terr. p. 133. Schott. Curſ. Math. lib. 12. P. II. S. 2. c. 8. §. 29. pag. 334. Serpentibus nimis ſubjecta du Val. P. II. p. 157. Caput Ivicæ eſt Yviçan ; Urbibus addatur Promagno: Pityuſis in genere adjici poſſunt Moncolibre. Taconago & S. Hilario.

CAP. XVII.
De
PORTUGALLIA.

ULtimum Regnum Hiſpaniarum Portugallia eſt, ita dicta à nobili Portu ad Minii oſtia (Becmanno hiſt orb. terrar. rectius Durii p. 48.) non procul ab urbe Porto qvam incolæ Portugallo vocant, pulchrum indicentes portum, loco illi in præſentiarum Port à Port nomen eſt vid. du Val. P. II. p. 168. Andreas Reſendius hanc denominationem ducit à Galliæ portu Cale ; hodie Calais.

§. 1.

Terminatur Portugallia ſtricte dicta ab *Occaſu* Oceano Occidentali ſive Atlantico ; ab *Ortu* Andaluſia atqve Caſtilia Regnis ; ad *Septentrionem* Gallæciam & *Meridiem* verſus Hiſpanicum Oceanum limi-

limites agnoſcit; Algarbiam Schott. Curſ. Math. p. 333. mavult

Longitudinem à Meridie Septentrionem verſus 120 mill. devorare dicit du Val. l.c. nim. à Silvis uſq; ad Mirandam ductam.

Latitudo abſolvitur 50. mill.

§. 2.

Confundunt hoc Regnum cum Veteri Luſitania, cum tamen illa ad Ortum ulteriores habuerit limites; & Portugallia largior ad Septentrionem. Differentiam annotavit Becman. in hiſt. orb. terrar. p. 159. Atl. Min. P. II. p. 153.

§. 3.

Dividunt Portugalliæ Regnum variis modis, qvidam in duas tantum partes Portugalliam ſtrictè dictam atqve Algarbiam. vid. Reichelt. p. 54. Alii in 5. veluti Cis-Taganam, Trans-Taganam Interamnenſem, Transmontanam atqve Algarbiam vid. Auth. Geogr. Stat. p. 195. Nonnulli in VI. ut 1. Entro Duro & Minho qvam partem alii Interamnenſem vocant, qvia Durium & Minium interjacet fluvios. 2. Tralos Montes qvæ pars aliis eſt Transmontana. 3. Beira. 4. Eſtremaduram qvæ ab aliis vocatur Cis-Tagana h.e. regio cis Tagum fl. 5. Alentego qvæ aliis Trans-Tagana dicitur; & 6. Algarbiam; vid. du Val. P. II. p. 171. Antonius de Souſa in Luſitania Liberata qvæ prodiit an. 1646. Londini.

§. 4.

Salva cujusqve partitione, ultimam perluſtremus. Prima pars *Interamnenſis* deſcribitur, Durio & Minho ſc. terminata; cognomine dicitur Hiſpaniæ

Medulla, ob frugum omnis generis & metalli materiæ copiam; Metropoli gaudet Bracara hodie Braga seu Praga; sedem Archiepiscopo custodit, Primas Hispaniæ dici prætendenti, nam D. Petrum S. Jacobi Majoris discipulum hanc urbem ad Christianam fidem decimo statim ab ascensione Salvatoris Mundi numerato, anno pertraxisse, incolis persuasio; plura de hac urbe vid. pecul. tr. Caspari Alvari.

§. 5.

Transmontana regionis caput est Braganca; Ducibus Bragantinis nomen communicans, qvorum Stirpi hodiernus Rex Portugalliæ originem debet, olim Regum sedes, hodiè Ducalis. vid. du Val. P. II. p. 172. Becman. hist. orb. terrar. p. 159.

§. 6.

Beira primariam ostendit urbem Conimbram, seu Coimbram, Archiepiscopali splendet sede, & Academia celebris redditur. Alphonsi Regis Throno condecorata, montibus superimposita civitas, olim erat, ad latera videt, Mondam & Durium fl. Atl. Min. P. II. p. 154.

§. 7.

Estremadura hic non intelligitur illa Hispanica Regio, cujus Cap. IV. hujus libri, mentionem facit, sed certa Portugalliæ pars, cujus celeberrima Urbs Ulyssipo hodie, Lisbona aliis Lisboa, pulchritudine nulli cedit; Regium sustentat Solium; Commerciis aptior nullus locus; Castello S. Johannis munitur & in subsidium adsunt Cascalis seu Cascais promontorio C. de Rocca è regione C. de Spichel, orna-

ornata, & Bethem f. Bethlehem, munimentis firmata loca. Sedes eſt ad Tajo ſeu Tagi fl. oſtium; du Val. P. II. p. 173. Adde Atl. Min. P. II. p. 154. ubi qvinqve montes & totidem valles ambitu ejus comprehendi dicuntur, 22. numerantur portæ, 77. turres: & Parlamenta hic adeuntur.

§. 8.

Trans-Tagana ſumma civitas eſt Ebora, ſedes Archiepiſcopalis, Henricum Cardinalem Luſitaniæ & Urbis Præſulem Academia munificentiſſimum beat fundatorem. Becman. hiſt. orb. terr. p. 159. Victoriæ ad hanc urbem victis Hiſpanis deportatæ ergo An. 1663. Portugallenſes laudat du Val. P. II. p. 174.

§. 9.

Algarbiam vid. cap. ſeq.

Enumeratis in genere eminentioribus urbium, fas eſt de ſecundæ nobilitatis civitatibus pauca qvædam relinqvere; primas ferunt 1. Setubal. 2. Alibarotta ad Liſſabonam Tagum inter atqve Mondego fl. 3. Tomar ad Tagum. 4. Leiria. 5. Vizeu lat. Viſeum hodie ponte Uvoga. 6. Guarda. 7. Avero inter Vouga & Duero fl. 8. Lamego ad R. Duro. 9. Mera. 10. Bera. 11. Troja ad mare. 12. Portalegre ſedes Epiſcopalis. 13. Elva. 14. Ouriqve ad Algarbiam. 15. Badajoz ad limites Andaluſiæ. 16. Aſtalla ad Liſſabonam. 17. Cartaxo inter Aſtallam & Tomar. 18. Alcobaca non procul à Leira. 19. Tancos è regione Tomar trans Tagum. 20. Cortiſſada. 21. Pinhel. 22. Villa real. 23. Viana. 24. Caſtro Branco. 25. Ceice. 26. Alanquera.

I 5 §. 10.

§. 10.

Fortalitia ſunt Caſcais 2. Bethlem ſeu Bethlehem ad Ulyſſibonam. 3. Ferraire. 4. Caſtrodairo. 5. Alvarengas. 6. Caſtello de Ferreros ad duro haud procul à Lanego. 7. Caſtel Rodrigo. 8. Caſtellobon. 9. Caſtelmendo. 10. Caſtello Cerilico ad fl. Relim. 11. Camabeſos.

§. 11.

Archiepiſcopatus Portugalliæ ſunt tres Ulyſſipo. 2. Eboræ atqve Bragæ: addunt nonnulli Conimbricenſem vid. Becman. hiſt. orb. terrar. p.160; de prioribus vid. du Val. P. II. p.169.

§. 12.

Ordines Eqvitum ſunt itidem tres, præcipuus Chriſti, cujus Magiſter ſummus ipſe Rex; eqvites dignoſcuntur cruce rubri coloris aliam albi in centro habente; huic Ordini Tomar civitas vacat, & qvicqvid extra Regnum in Indiis acqviritur, ejus ſubjicitur regimini. 2. Eqvites Ordinis d'Avis viridi conſpiciuntur cruce 3. Eqvites tandem Ordinis S. Jacobi, rubram amant: vid. du Val. P. II. p.170. Sedem habent Palmellæ non procul à Setubal.

§. 13.

Academiarum ſunt duæ Eboracenſis de qva jam dictum & Conimbricenſis, qvæ fundationem Johanni II. R. Portugalliæ adſcribit. Atl. Min. p. II. p.156. Cluver. Intr. Geogr. lib.2. c.6. p. 60.

§. 14.

Fluvii celebriores ſunt 1. Mondegus ſeu Monda. 2. Durio qvorum medium Conimbra civitas tenet; 3. Tagus ſeu Tajo Lisbonæ notus. 4. Minio Bra-

ga

gam præterfluens. 5. Anas seu Guadiana 6. Vouga ad Avero. 7. Coura ad Lamego. 8. Relim ad Castello Cerilico. 9. Dius, Villa de Conte alluens ad Bragam. 10. Avia ad Ribadaniam urbem.

15.

Montium nomine veniunt 1. Sierra de Chaldecatao & 3. Sierra de Monchiqvo. 2. Sierra de Sordedas, alias montes Lunæ dictæ. Atl. Min. P. II. p. 156.

§. 16.

Huic Regi & exteræ parent Provinciæ

1. In Oceano Atlantico Insulæ Madera, Porto Sancto & Azores.

2. America Meridionalis qvoad Brasiliam dominum eum cognoscit, nec non Maranhonium & Para.

3. In India Orientali Littus Malabaricum Ei obedit.

4. Goæ Persiam haud procul Pro-Regem habet & Archi-Episcopum, qvi Patriarcham Indicum se nominat regulas Episcopis Cochinensi, de Meliapor & de Macao præscribens. In India Occidentali possident nonnulla loca Regni Calecutani.

5. In Africa ulteriori detinet Insulas Ferdinandi de Poo, Annobon &c.

6. Nonnulla in Regnis Congi & Guinea sibi regit subjecta loca, licet per Gubernatores, à Goano Vice-Rege dependentes; sic Mozambica unum, Zofala unum & Chepon Goura alium alit.

§. 17.

Negari interim neqvit alia huic Regi subfuisse sub initium seculi, nunc amissa; de qvibus vid. Nicol.

col. de Olivera in defcript. Portugall. v. g. Mafcate in Arabia; It. Ormuz in Sinu Perfico. It. Tanger in Africa citeriori: &c.

§. 15.

Qvod fertilitatem attinet, aëre fruuntur fano incolæ, vinum optimo æqvale; fumma circa oleum cura impenditur; mel in abundantia eft, fed fruges non fufficiunt, in vicinia fatis fufficit; imprimis pecudum aliorumqve animalium ingens copia; tanta eqvarum fœcunditas ut & Veteres Ventum matrem crediderint. Varro l. 2. de re ruftica c. 1. Plin. 8. 42. Hanc narrationem fictitiam, meræ fœcunditati adfcribendo, rationibus multis & Experientia Francifcus Fermandius de Cordoua Hifp. in Didafcalia multiplici cap. 48. oftendit; idem fentiunt Juftinus lib. 44. de reb. Philip. cap. 3. §. 1. Atl. Min. P. II. p. 153.

§. 16.

Hifpanos omnes Portugalli robufto corpore, fortitudine atq; celeritate fuperant; majorem de fibimetipfis fpem concipiunt; certum qvid fibi fingunt; veritatem aliam non credunt; Naves intelligunt docte, & fæpius incognitas detegebant oras. Annum aufpicantur 29 Augufti. vid. Atl. Min. P. II. p. 156. & inf. lib. 3. c. 55. §. 48.

§. 17.

Qvando hoc Regnum Hifpanicum abjecerit Imperium vide in Catalogo Regum Portugalliæ cap. feq.

CAP.

Cap. XVIII.

De

ALGARBIA.

§. 1.

CAput præcedens Algarbiæ Regnum partem Portugalliæ conſtituere monuit; ab initio notandum nomen ei natum ab Algarb. qvod Barbaris idem eſt ac dives, du Val, P. II. p. 175. prodeuntibus multis divitiis in hoc Regno; multitudine thermarum celebratur; Tota longitudo abſolvitur 27. mill. Hiſp. Latitudinem 8. milliarium ponunt; Limites deſcribuntur, ab *Occidente* Oceanus Atlanticus; *Meridiem* verſus eundem agnoſcit; *Ortus* ſpectat Andaluſiam, aliis Guadianam fl. Ad *Septentrionem* clauditur Portugalliæ Regno.

§. 2.

Caput Regni Tavila eſt olim Balſa dicta, portu gaudet. 2. Adeſt civitas Silves, ſede Epiſcopali, & Algarbiæ Præſulis celebris redditur. 3. Faro olim Pharus ad mare, ubi itidem portus. 4. Portus magnus hodie Villa nova de Portimano, etiam portu firmata. 5. S. Vincente, unde Promontorium ſacrum hodiè C. de S. Vincente nomen mutuatum. 6. Caſtro Marini ad Guadianam inexpugnabile habens caſtrum è regione cernens Ayamonte civitatem. 7. Sagres, in hoc oppido ipſe Rex Portugal-

lim

liæ Emanuel confidere gavifus fuit, ut inde claffes mitteret, qvæ viam in oras ad orientem fitas aperirent. vid. Oforii tr. (qvi erat Epifcopus Sylvenfis) de rebus geftis Emanuelis Regis &c. 8 Lagos.

§. 3.

Fluvii funt 1. Palma. 2. Anas feu Guadiana. 3. Vataon. 4: Ayamonte.

§. 4.

CATALOGUS

Regum Portugalliæ.

Incerta cum fit Eorum feries, videbimus tantùm recentiores, fub qvibus maxumè Regnum floruit.

1. *Johannes I.*
2. *Henricus* ejus filius ob. 1460.
3. *Alphonfus*, Henrici ex fratre Nepos ob. 1465.
4. *Johannes II.* ejus fil. ob. 1495.
5. *Emanuel* detector Canariarum & Calecuti ob. 1521.
6. *Johannes III.* qvi Francifcum Xaverium cum aliis Jefuitis in Indias mifit, ob 1557.
7. *Sebaftianus* Ejus Nepos ob. 1578.
8. *Heinricus II.* Emanuelis fil. ob. 1580.
9. *Philippus II.* Hifpaniarum Rex Regno hoc potitus, ob. 1598.
10. *Philippus III.* Hifp. R. ob. 1621.
11. *Philippus IV.* ob. 1665. fed tantùm Regno Portugalliæ præfuit ad annum 1640.
12. *Johannes IV.* Dux Bragancæ anno 1640. 1. Dec.

Dec. Rex renunciatus Portugalliam ad veterem Regni ſtatum reduxit, ejecto Hiſpanorum Imperio, ob. 1656.

13. *Alphonſus VI.* ejus fil. coronam accepit an. 1656. 30. Nov. ob. exul in Inſula Tercera an. 683.

14. *Petrus*, hic eſt qvi Alphonſum VI. fratrem anno 1668. non tantum Regno privabat, ſed & uxorem Ejus ſibi in Thalamum ſumpſit, Mariam nim. Franciſcam Iſabellam Duciſſam d'Aumale, qvæ mariti ſui prioris impotentiam accuſabat, (connivente Papa) novoqve filiam peperit, qvæ anno 1674. 14. Febr. publicè heres Regni Portugallici proclamata anno 1679. Sabaudiæ Ducis uxor fiebat: Mortua Maria Franciſca anno 1686. Petrus Rex ſibi adjecit anno 1687. ſecundam uxorem Mariam Sophiam, moderni Electoris Palatini filiam, è qva anno 1688. Principem qvidem ſuſtinuit, ſed eum poſt duorum menſium tempus præterlapſum, rurſus amiſit.

CAP. XIX.

De

GALLIA,

§. 1.

MOntibus Pyrenæis qvam proximè jungi Galliam Hiſpaniæ conſtat, olim Gaulia vocatam, Francia Latinis eſt; deſumpto nomine à Francis Gente Germanica ad Rhenum qvæ hanc Pro-

Provinciam dominationi suæ subjecit; hoc titulo vigente ad Tarqvinii Prisci Regnantis Romæ tempora dici Gallia cœpit: Cluver. Introd. Geogr. lib. 2. c. 8 p. 63. existimantibus aliis nomen natum à Coloniis in hanc Europæ partem freqventer missis, proficisci vocabulo Celtica *Gallen* voce expresso.

§. 2.

Nulla hac Terminorum Regio crebriori unqvam vicissitudini subjecta, nec una antiqvitus Ejus legitur dimensio, nunc *ab Ortu* habuit Rhenum, Alpes & Varum fl. *A Meridie* interno claudebatur mari & Pyrenæis; ab *Occasu* premebatur Gallico Oceano, Britannicumqve à *Septentrione*: Nunc dividebatur in cis & Trans-Alpinam; Modo tribus absolutà partibus; unam Belgis, alteram Aqvitanis, Celtisqve ultimam inhabitandas concessit. Jul. Cæs. de bello Gall. lib. 1. Modo partita legitur in Togatam, Narbonensem seu Braccatam & Comatam.

§. 3.

Togatam nomen accepisse à toga qvo vestis genere utebantur Galli qvi Italiam occuparunt: Justin. lib. 38. c. 4. §. 9. testis est.

§. 4.

Braccatam seu Narbonensem dictam volunt à forma caligarum, qvibus braccæ nomen erat, incolis Provinciæ Narbonensis usitatarum.

§. 5.

Comatam appellant à crinibus nimium pendentibus qvos comas nominare, partes ei adscribunt Lugdunensem seu Celticam, Aqvitannicam & Belgicam.

§. 6.

§. 6.

Lugdunensem f. Celticam constituit ea pars qvæ inter Matronam, Sequanam, Oceanum, Garumnam, Rhodanum & Rhenum flumina, atqve Gehennam montem continebatur, Provinciæ in præsentiarum vocantur Anjou. Bretaigne. Normandie. Le Maine. Beausse. Nivernois. La France. Champaigne. Bourbonnois. Bourgogne. Lionnois.

§. 7.

Aqvitannica vocabatur ea pars qvam Garumna, Oceanus & Pyrenæi cingebant, Provinciæ sunt: Bearne, Bigorre. Guienne. Gascogne. Comminge. Armignac. Albret. Foix. Quercy. Xaintonge. Poitou. Tourraine. Berry. Bourbonnois. qvoad reliqvam partem. Limosin. Perigort. Limaine, Auvergne.

§. 8.

Belgicæ limites erant Rhenus, Oceanus Germanicus, Seqvana & Matrona fluvii. Provincias appellant La Bresse. La Suisse. Alsatiam Bassam. Franche Comté. Partem Lotharingiæ. Austrasiam. Partem Palatinatus. Trevirim. Moguntiam. Bipontinum. Bitsch. Leuningen. Metensem urbem. Tullum. Verodunum. Luzelburgum. Limburgum. Coloniam. Leodium. Namurcum. Hennegojam. Vermandois. Piccardie. Boulogne. Le Pais de Caux. Artois. Flandriam. Brabantiam. Selandiam & Hollandiam.

§. 9.

Hoc Regnum jam auctum jam debile, dividi cœpit in XIX. seqventes Ducatus: 1. Orleans. 2. Bourgogne. 3. Narbonne. 4. Bretaigne. 5. Anjou.

jou. 6. Berry. 7. Normandie. 8. Auvergne. 9. Guienne. 10. Tours. 11. Bar le Duc 12. Valois. 13. Nemours. 14. Alençon. 15. Reims 16. Laon. 17. Langres. 18. Bourbon. 19. Le Maine. vid. Cluver. Intr. Geogr. lib. 2, c. 14. p. 77.

§. 10.

Poſtmodum juxta numerum Parlamentorum diſpeſcebatur, qvorum ſingulis certæ dijudicandæ attribuebantur Provinciæ; Et adhuc hodie omnis Gallia Parlamentis ſubeſt;

I. *Pariſienſi* (qvod inſtituit Pipinus, ſed ſub Philippo pulchro demum anno 1302. continua ſede donatum) ſubſunt Piccardia, Franciæ Inſula, Belſia, Campania, Bituricum, Borbonius Ager, Pictavia, Arvernia.

II. *Rotomagenſe* ſeu Rouan (qvod inſtitutum à Carolo VII. ſub Ludovico XII. v. anno 1503. ſedentarium factum) ſub ſe habet Normanniam.

III. *Redonenſe* ſeu Rennes (qvod ſuum Eſſe Henrico II. debet ab an. 1553.) judicat Britanniam Minorem.

IV. *Burdigalenſe* ſeu Bourdeaux (cujus origo Ludovico XI. an. 1462. adſcribenda) ſubjectam habet Lemovicum ſeu Limoſin. Berigort. Guienne. & Ducatum Albretanum: per aliqvod temporis ſpatium Condomum transferebatur à Chriſtianiſſimo, anno 1689. iterum Burdigalenſibus reſtitutum.

V. *Toloſanum* ſeu Toulouſe inſtitutum à Philippo pulchro, ſub Carolo VII. v. anno 1443. demum perpetuam cepit ſedem; continet ſub ſe Languedoc.

Qver-

Qvercy, Rouargues. Armagnac. Bigorres & Comminge.

VI. *Aqvensi* seu d' Aix obedit Provence: nativitatem Ludovico XII. an. 1501. debet.

VII. *Gratianopolitanum* seu Grenoble judicat Delphinatum; Ortum & Jurisdictionem accepit à Carolo VII. an. 1453.

VIII. *Divionense* seu Dijon dirimit lites Burgundicas; potentiam & sedem habens à Ludovico XI. an. 1476.

IX. *Bearnense* seu de Pau finit controversias Bearnienses; potestatem debens Henrico I. Regi Navarræ an. 1519.

X. *Metense* seu de Metz agnoscitur judex à Mediomatrico, Tullo & Veroduno. Jurisdictionem hausit à Ludovico XIII. an. 1633.

XI. *Tournense* seu de Tournay stabilitum à Ludovico XIV. an. 1669. subjectas habet Provincias extra Galliam Regno tamen tributarias, nec non Belgium.

XII. *Ensisheimense* erigebatur ab eodem Rege . 1657. pro Alsatia, anno 1675. v. Brisacum translatum.

XIII. *Lugdunense* seu de Lyon pro Lugdunensi Provincia, originem repetit ab Eodem Rege fa... an. 1689. vid. Abbregé de l' Europe dict. an. ...que Judiciis amplissima olim erat potentia, ...usque vero hodierna luce se extendat Eorum fa...as, cuilibet Ludovici XIV. Monarchiam aspi...ti patebit.

§. 11.

Si dicendum qvod res eſt, adhuc Galliæ incertos terminos fatendum; qvicqvid acqviritur Coronæ adhæret, qvis vero ignorat Provincias, qvas hoc ſeculo Galliæ Rex aut publicis Inſtrumentis aut armis bello paceqve durantibus attraxit, ſi modo inſpiciamus Electoratus DucatusqveRheno proximos, conſtabit certis Eum limitibus includi non poſſe; ſi aliqvos ponere cupias, eligas à *Septentrione* Oceanum Britannicum & Belgium; à *Meridie* Pyrenæos & Mediterraneum æqvor; ab *Occaſu* Æqvitannicum Oceanum; duxerunt adhuc Geographi lineam à Caleto ad Argentoratum uſqve, ſed qvomodo reliqva terminarentur.

§. 12.

Longitudo Galliæ incerta magnitudine Regni, nec certò ſciri qveat, unde qvidam Eam ducunt à C. le four in Britannia ad Varum fl. h. e. 180 mill. germ. Cluver. Intr. Geogr. lib. 2. c. 14. qvam diſtantiam Mercator Tabb. reddit 165. mill. alii longitudinem autumant 220 mill. du Val. p. 2. Alii 330. mill. gall. vid. Atl. Min. P. II. p. 13.

§. 13.

Latitudinem credunt à Pyrenæis in Bearnia ad extremam uſqve Piccardiam 140. mill. germ. Cluverius l. c. Mercator. Atl. Min. l. c.

§. 14.

Alii Parium Jurisdictiones pro diviſione Galliæ habuerunt; repetunt originem Pares à Carolo M. ſuntqve vel Eccleſiaſtici vel Seculares; Illi ſunt ſex, Hi totidem, utriqve dividuntur in Duces & Co-

Comites; Duces & Pares Clerici audiunt 1. Archiepiſcopus Remenſis. 2. Epiſcopus Laudunenſis ſeu de Laon. 3. Epiſcopus Lingonienſis ſeu de Langres. Comites & ſimul Pares Clericali fulgentes dignitate vocantur 1. Epiſcopus Catalaunenſis ſeu de Chalon 2. Noviodunenſis ſeu de Noyon. 3. Bellovacenſis ſeu de Beauvais.

Duces & Pares ſecülares ſunt 1. Dux Burgundiæ. 2. Dux Normanniæ. 3. Dux Aqvitanniæ ſeu e Guienne. Comites Pares ſunt 1. Flandriæ. 2. Toloſanus ſeu de Toulouſe. 3. Campaniæ ſeu de hampaigne. De aliis huc ſpectantibus vid. infeus. §. 30. &c. hujus cap.

§. 15.

Academiarum Galliæ Illuſtriores ſunt 1. Lutee Pariſiorum in Francia propriè dicta.

2. Cadomenſis ſeu Caën in Normannia.

3. Andegavis ſeu Angers in Ducatu Andegaenſi.

4. Aurelianenſis ſeu Orleans in Ducatu ejusd. minis.

5. Burgenſis ſeu Bourges in Ducatu Berry.

6. Pictavienſis ſeu Poitiers in Pictavia.

7. Burdigalenſis ſeu Bourdeaux in Vaſconia.

8. Toloſana ſeu Toulouſe in Languedocia.

9. Monspelluſana ſeu Montpellier in ead. Procia.

10. Salmonenſis ſeu Saumur in Belſia.

11. Marſilienſis ſeu Marſeille in Provincia.

12. Avennionenſis ſeu Avignon in Provincia.

13. Valentina ſeu Valence in Delphinatu.

14. Gratianopolitana seu Grenoble in ead. Provincia.

15. Legionensis seu Lion in Provincia Lugdunensi.

16. Argentoratensis in Alsatia.

17. Friburgensis in Brisgovia.

reliqvas seqventia ostendent.

§. 16.

Fluvios celebriores qvod spectat sunt 1. Mosa seu la Meuse. 2. Seqvana sive la Seine. 3. Matrona seu la Marne 4. Ligeris sive la Loire 5. Elaverus seu Allier. 6. Duranius sive Dordonne. 7. Garumna sive Garonne 8. Rhodanus seu Rhone. 9. Araris seu la Saune 10. Durencia seu la Durance. 11. Scaldis seu l'Escaut. 12. Isara seu l'Isere. 13. Tarnus seu le Tarn. 14. Vienna seu la Vienne. 15. Aesia seu L'oise: Si qvidam minoris nominis notam merentur, occurrunt in subjacentibus Provinciis, in præsentiarum vero paulo prolixius de principalioribus erit loqvendum.

§. 17.

Primum de qvo dicendi occasionem vindicamus Latini Seqvanam Galli la Seine nominant; fontem habet in Burgundiæ Ducatu & qvidem non procul ab oppido Chanceaux in Silva Belsana, Seqvanæ ei nomen est seu Seqvano sacro; Duo format brachia insulam prope Lutetiam formantia, abhinc Roan petit, tandem in Oceanum se exonerat, secum vehens la Marne. L' Aise & l' Aine fluvios. Sanam ducit aqvam.

§. 18.

Ligeris seu la Loire, latitudine reliqva Galliæ superans

perans flumina, ortum debet oppido Velauno (Velay) pedem Gerbarii montis salutans; spatio 12. mill. in Poitou Provincia. Corset & ex altera parte Manco oppida, Nantes urbem in vicinia habentia, nterfluens, mare Aqvitannicum petit, qvos recipit inc inde fluvii sunt Allier. l'Indre. La Vienne. La ;reuse. La Majenne. Rex fluminum Regni co-;nominatur.

§. 19.

Garumna seu la Garonne, originem haurit in ontibus Pyrenæis ad urbem Cadalup in Aqvitan-a seu Gascogne; navigatione cæteris Regni præ-ıntius flumen audit. Roan in eadem Provincia ɔpidum ejusdem nominis Oceanum, ingrediendi ıſa ostendit, ad 6. mill. extenso qvoad ripas iusqve lateris; admittit & alia minoris nominis mina v. g. prope Burgum seu potius Fronsay in scogne, la Dordonne aliis Dordoigne fluv. qvæ junctio præternavigantibus maximum injicit orem; Item Le Tarn. It. d' Oth, &c. Alluit ux. Thoulouse, Agen. Bordeaux. Blaye & ın.

§. 20.

Rhodanus seu Le Rhone; eundem ferè fontem ha-ac Danubius atqve Rhenus; nim. ad vicum ıtam, in altissimo Alpium jugo, Lacum Leh-nuni prope Neuville ingreditur, & non nisi ı iterum evehit aqvam, cœruleus findens lacum; enevam ejus exitus est; rapidissimo cursu (si-em celeritate omnibus præponendus) Mare pe-lediterraneum trimembris Becman. hist. orb.

K 4 terrar.

terrar. p. 69. qvi hac in opinione Plinium feqvitur; nam Diodorus qvinqve oftia ei addicit; Ptolemæus bimembrem eum facit; alluit Sion. Geneve. Lion. Valence. Avignon & Arles; admittit fluvios minores la Saone, l' Ifere, la Durance, l' Arve & Drofne. vid. Atl. Min. P. II. p. 18.

§. 21.

Præcipuæ notæ montes hujus Regni celebrantur Gebenna. 2. Vogefus. 3. Jura aut Läberberg: Gebenna alia iterum gignit brachia; nam & Tarara ejus pars eft, urbem Lion petentibus freqvens; in vertice fedes incifa jugo nundinas Lugduni (feu Lion) prima vice, adeuntes excipit; ut jurent comitibus, num jam Lugdunum unqvam viderint, nec ne; loci nomen eft la chere de la verite; Gebenna alias dicitur les montaignes d' Auvergne.

§. 22.

Vogefus feu mont de Faucilles, feparat Burgundiam, atqve Alfatiam à Lotharingia; Mofæ fl. fcaturiginem permittit; Libetium vallis eft, argenteis venis fubducta raræ abundantiæ.

§. 23.

Jura germ. Läberberg è regione Waldshut in Bafilienfi Territorio initium fortitur; variis fruitur nominibus, præter qvod à Ptolemæo Juraffus; à Strabone modo Jurafius, modo Joras dictus legatur; qvæ ab accolentibus accipit; ad arcem Hasburg prope Burgim oppidum vocatur Bötzberg; interceptus Arari (Saone) fluvio & Fartzburg dicitur Schafmat; ab Olten urbe ad Humburgum ufqve, nomen gerit Niederhauenftein. à via jugo incifa; inter Waln-

burgum

urgum & Baſtallum appellatur Oberhauenſtein; ad
aſileam eſt Blouvven: ad Lacum Lehmannum au-
it jugum St. Claudii; finem ducit in Rhodanum fl.
Hunc montem Julius Cæſar perfodi curabat, qvi lo-
us à Sebaſtiano Münſtero in Coſmograph. pierre
ortus ſcribitur, qvaſi perfoſſa rupes. Inſcriptio
æc ibi habetur, jam deleto incipiente verbo:

N- - Auguſti via ducta per ardua montis
Feliciter Petram ſcindens in margine fontis.

r fontem Byrſam fl. intelligit. Act. Min. P. II. p.
. & 114.

§. 24.

Inſularum celebriores nominantur in littore Bri-
nnico Les Sept Isles; Heysſant; Seyn: Belle
e. Narmonſtirn. è regione Rupellæ adſunt l'Isle.
Re; Oleron; adeſt & Inſula Faſianorum ubi
cta inter Gallos & Hiſpanos an. 1659. inita: item
us eſt duello deſtinatus Franciſco I. Regi Gal-
-, & Carolo V. Imper. qvomodo alter alteri ſcri-
rit. vid. ap. Goldaſt. Reichsſatzung. P. II. n. 226.
ſunt & aliæ inſulæ.

§. 25.

Portubus Gallia non caret, præcipui ſunt Cale-
ı ſeu Calais 2. Diepe. 3. Portus Gratiæ ſeu
vre de Grace in Normannia. 4. St. Maclovii
St. Malo. 5. S. Priori ſeu S. Brieux 6. Pri-
um portus ſeu Breſt. hic à ſecuritate vocatur La
ambre, qvia Naves ibi qvieſcunt ac ſi in Camera
nt. vid. Ricciol. Geogr. lib. 10 c. 10. §. 4. 7. Nan-
m ſ. Nantes. 8. Rupella ſeu la Rochelle.

9. Bajona seu Bayonne. Alios hic prætereo qvos Atl. Min. P. II. p. 18. exhibet.

§. 26.

Sinus sunt Aqvitannicus, alios Ancon dictus 2. Sinus Gallicus ad mare mediterraneum, qvi vel Major ubi Rodanus hoc mare intrat; vel minor ad promontorium Aphrodium; 3. Gamblacitanus in Languedoc &c.

§. 27.

Contemplanda qvoqve fertilitas hujus Regni, felix certè glebis præpinqvibus, & commoda proventibus fructuariis, consita vitibus & oleis qvibusdam in locis, omni ad animantium usum fœtu beatissima, rigua & fluminum & fontium aqvis, noxio genere animalium minimè freqvens; frumento adeo fertilis, ut melioribus Europæ terris conferri possit; vid. Author Geogr. Hisp. Gall. p. 142. Atl. Min. P. II. p. 14. ubi beatissima regio Gallia appellatur, modo & aurifodinas aliorumqve metallorum feracia haberet loca; Becman. hist. orb. terrar. p. 182. du Val. p. 2. ed. germ. p. 47.

§. 28.

Forma Regiminis Monarchica est, primus Monarcha erat Clodoveus familiæ Merovingorum, Parlamentorum authoritatem atqve potestatem maximam olim, hodie non nisi ad privatas lites dirimendas constitutam facilè æstimabit absolutam Regum Monarchiam hodiernorum consideraturus; Becman. hist. orb. terr. p. 535. singulis. Præsides sunt Seniores, Procuratores Generales atqve Advocati Regii.

§. 29.

§. 29.

Ordines Gallia tres habet 1. Clerum. 2. Nobilitatem. 3. Tertium Ordinem, gallice ita expressos. Le Clergé. La Noblesse & Le Tiers Etat, qvi ultimus Magistratib; qvos subalternos vocant, & minore populo constat; secundus componitur Nobilibus arma profitentibus; Regulariter Leges politicæ non valeant, nisi ab his tribus Ordinibus conditæ; hodiè confirmare regium pro arbitrio munus esse ait Gramond. lib. 1. p. 58. De his Ordinib. vid. Etat de France qvotannis impressus.

§. 30.

De Paribus præcedenti §. 14. jam dictum, notandum interim horum munus fuisse antiqvis temporibus inaugurando Regi assistendo servitia commodare vid. Etat de France de an. 1661. l. 2. p. 2. c. 4. ubi seqventia leguntur: Les quels semblablement assistent au sacre & couronnement du Roy, sont Conseillers en sa cour de Parlement; qvi pour ce est appellée la cour des Pairs; si bien qu'en un mot les Pairs en France ne sont autre chose, qve tenans fiefs du Royaume & dependans immediatement de la Couronne. Unde discimus olim Parlamenti Parisiensis Assessores saltem fuisse Pares, unde adhuc hodie Curia Parium dicitur, interim & hoc notandum qvod Parium numerus hodierno tempore non amplius duodenarius sit, sed longè major, creatis hinc inde novis Pariatibus, v. g.

§. 31.

Philippus Pulcher constituit Ducatum & Pariatum Britanniæ,

Johan-

Johannes Rex anno 1355. introduxit Ducatus & Pariatus d' Orleans d' Auvergne & d' Anjou.

Carolus VI. an.1386. creavit Pariatum de Nemours & d' Alençon.

Franciscus I. an. 1525. instituit Pariatum de Vendôme, de Chateleraud, d' Engouleme, de Dunois & de Guise.

Henricus II. anno 1547. hanc dignitatem donabat domui d' Aumale & de Mommorency.

Carolus IX. anno 1566. eadem nota fulgere jussit domus de Ponthieure; de Mercoeur, de Maienne & d' Usez.

Henricus III. anno 1580 addidit collegio Parium familiam d' Espernon, de Retelois, de Piney, de Rais, d' Elboeuf, de Joyeuse, d' Aluyn, de Magnelay, de Montbazon & de Ventadous.

Henricus IV. anno 1592. & seqventi adjecit Duces de Beaufort, de Thouars. d' Aiguillon, de Roan, de Suilly & de Fronsac.

Ludovicus XIII. anno 1613. &c. eundem honorem assignavit Ducibus de Damville, de Chateauroux, de les Diguieres, de Luynes Maille, de Bellegarde, de Chaune, de Brissac, de Richelieu, de la Valette, de la Rochefoucaut & de St. Simon.

Ludovicus Magnus similiter in Ducatus & Pariatus alias evexit familias v. g. de Chateauvillain in Campania, Chastillon ad Ligerim; La Rochéguyon; Tremes; & novissimè an. 1689. Josephum de Ponts qvi alio nomine Baro de Montclar dicitur. Pluribus videre licet apud Grammondum hist. Gall. lib. 1. & Abbrege de l' Europe impressum singulis mensibus Amste-

Amſtelodami: Patet ex dictis qvousqve numerus Parium in Gallia ſe extendat.

§. 32.

Monendum & hoc venit qvosdam Pariatus tam fœminis qvam maribus communes eſſe, ita ut marito mortuo, ſuccedens fœmina in Pariatu æqvè vocetur Par Franciæ ac defunctus; privilegio hocce gaudentes fœminæ ſunt de Nevers, de Beaumont, de Viconte, de Mercoeur, de Maienne, de Retelois, de Joyeuſe, d' Elbeuf, d' Eſpernon, d' Aiguillon & de Ponts. vid. Limn. Not. Regn. Franc. lib. 2, cap. 25.

§. 33.

Inter privilegia Parium primum occupant locum

1. Qvod nonniſi in Parlamento Pariſienſi in jus vocari qveant.

2. Qvod neqveant excommunicari à Papa, ſicuti nec Rex Galliæ, ita tradentibus rerum Gallicarum ſcriptoribus.

3. Qvod paupertate preſſi à Rege alimenta accipere debeant.

4. Qvod conventus celebrare qveant ad qvos Præfecti appellare poſſunt.

5. Qvod demum appellatio permittatur ad Parlamentum Pariſienſe ſi Pares litem aut componere plane neqveant, aut damnata pars condemnatoria nolit contenta eſſe ſententia: vid. pluribus Etat de France de an. 1661.

§. 34.

Alia dignitas Gallorum eſt; *avoir le Pour* dicta; qvo-

qvorum ea præditorum tanta authoritas ut caput tegendi licentia fruantur qvando Rex exterorũ Legatos ad colloqvium (audiance) admittit , tectum habere caput jubens ; curru vehuntur in Palatium , cui Le Louvre nomen ; qvod aliis non permittitur ; origo hujus dignitatis videri poteſt ap. cit. Etat de France de an. 1661. lib. 2. P. II. c. III. p. 487 ; ubi hæc habentur : L' Origine de ce mot, *d' avoir le Pour* , vient de ce que lorſque la Cour marche , les Mareſchaux & Fouriers des logis qui vont poſer la craye & marquer les logis ; quand ils marquent les logis des petits officiers & autres , ils y mettent ſimplement le nom : mais quand ils marquent le logement de ces Princes ils y âjoutent le mot de *Pour* , & écrivent *Pour Monſieur*, Tel & tel: ſimili officio in Germania qvando de re Imperii publicis in congreſſibus agitur , Pappenheimius , tanqvam Imperii Mareſchallus hereditarius , fungitur ; vid. Vitriarii Inſt. Jur. publ. lib. 4. Tit. 1. §. 36. De pluribus Officiis in Gallia uſitatis prodiit an. 1638. Girardi Advocati Curiæ ſcriptum à Jac. Jolly Pariſiis editum ; Trois livres des offices de France; le premier des Parlemens & officiares d' iceux ; Le ſecond des Chanceliers, Gardes des Seaux &c. le troiſieme des Baillifs , Seneſchaux, Prevots , Juges &c.

§. 35.

Archiepiſcopi ſunt ſeqventes : 1. d' Aix. 2. d' Alby. 3. d' Arles. 4. d' Aux. 5. de Beſanſon. 6. de Bourdeaux. 7. de Bourges. in Burgundiæ Ducatu. 8. de Cambray. 9. d' Embrun. 10. de Lyon. 11. de Sens. 12. de Toulouſe.

13. de

13. de Tours. 14. de Vienne. 15. de Narbonne. 16. de Paris. 17. de Reims. 18. de Rouen. Episcopi sunt 130. numero, de qvibus suo loco mentio fiet.

§. 36.

Illustriores Regni ordines seu Eqvites sunt S. Michaelis & S. Spiritus, qvorum Rex Summus Magister, unde & Ordines Regii dicuntur; tertio loco adsunt Eqvites S. Lazari, Idem Ordo Militaris S. Mariæ de Monte Carmel. Nec non Societatis Canadensis Eqvites &c. de qvibus in seqventibus.

§. 37.

Ludovicus XI, an. 1469. 1. Aug. primum instituit ordinem in honorem Patroni sui Michaëlis Archangeli, creatis 36 Eqvitibus bellum gerens cum Anglis; Torqves constat conchis per funiculos cohærentibus, appensa S. Michaëlis imagine Cœlo Satanam exturbantis, cum elogio: *Immensi tremor Oceani*; applicant hæc ad Imperium qvod Angli mari imponunt; conchis spolia illis detrecta denotantibus; nemo recipi dicitur ab Emerico d' Amboise (qvi de hoc ordine peculiarem edidit tractatum) in hos Eqvites nisi qvi de Majestate Regia peculiari laude bene meriti nota fulgeat: In favorem hujus ordinis Ludovicus XIII. an. 1629. 15 Jan. ordinationem emisit.

§. 38.

Altera classis Eqvites S. Spiritus ostendit; historiam Thuanus refert ad an. 1579. ubi Collegio hujus ordinis numerum centenarium adscribit, in eo comprehensis Rege; Delphino, qvatuor Cardinalibus toti-

totidemqve antiſtitibus Eccleſiaſticis, magno Eleemoſynario; Cancellario, Præfecto Ceremoniarum, Magno Theſaurario; Graphiario, Feciali, Oſtiario Commendatorum &c. adeoqve pro ſumma adminiſtrantibus officia introductus ordo; ſi de prima inſtitutione hujus ordinis ſermo movendus, dicendum ab Henrico III. an. 1578. 2. Dec. fuiſſe inſtitutum, ceremoniis v. inchoatum Pariſiis anno 1579. 1. Jan. Eqvites nobilitatem ad tertium uſqve gradum lineæ paternæ probare debent: Spiritus S. titulo inſignitur qvod feſtum Pentecoſtes natali Regem exceperit, & ſic fauſtum diem ſenſerit: Torqves Aureus ex Liliis flammarum congerie circumdatis; intermixtis literis *H* & gemina *Λ* initio conſtitit, remotis hiſce ſignis Henricus IV. trophæa Victoriarum ſubſtituit, appenſa cruce, columbæ formam referente, qvæ nota eſſet Spiritus S. pluribus vid. Etat de France hujus an. p. 11. c. 9. In favorem & horum Eqvitum Ludovicus 13. an. 1629. 15 Jan. ordinationem divulgavit.

§. 39.

Adeſt & tertius ordo S. Lazari in qvem recipiuntur qvi in bello viros ſe exhibuerunt, amiſſione membrorum, aut præſtitâ ſatis diu operâ; nobilitate generis non niſi huic inſeritur collegio eminens; Crucem geſtant eqvites appenſam imagini S. Lazari: ab initio 70. tantùm erant, num hodie plures mihi aliter non conſtat qvam qvod à qvodam horum Eqvitum audiverim eſſe 120.

§. 40.

Notus præterea eſt Ordo S. Mariæ de monte Car-

Carmel, qvi instituebatur ab Henrico IV. anno 1609. Eqvites die Mercurii carne abstinent, & Conjugio renuncient: Gallis vocatur l'Ordre de Notre Dame du mont Carmel.

§. 41.

Ludovicus XIII. anno 1633. 4. Nov. alium creavit ordinem qvem vocavit la Commenderie de St. Louis; in eum recipiuntur milites minoris nominis, qvi fortiter arma in bello adhibendo membris privabantur v. g. brachiis, pedibus, oculis &c. qvotidie certa vini ciborumqve illis portio porrigitur, & nihilominus officiis fungi debent in Palatio Parisiis haud dissito ubi degunt, ac si militiæ adhuc interessent.

§. 42.

Alius superest Ordo qvi, sub nomine Societatis Canadensis venit, cujus originem repetunt à Ludovico XIII. ita historiam referentes: Franciscus I. R. G. humanitate pulsus classe instruxit Johannem Franciscum de la Roqve Gallum, ut Canadenses ad Christianorum attraheret castra; & in amicitiæ signum commercia illiscum adornaret nomine Gallorum; hoc præstito, dictus de la Roqve Gratiam Regis sentiens à domino dominus creabatur, Norembeci & Vice-Rex Canadæ, Paquenay, Terræ novæ aliarumqve Provinciarum; Mortuo hoc Vice-Rege Novus substituebatur successor ita ut hæc dignitas suos habuerit possessores ad Ludovici XIII. usqve tempora; Qvi cum Armandus Johannes de Plessis, Cardinalis & Dux de Richelieu supremi Commerciorum & Navigationis Ministri subiret munus,

qvo antiqvitas Vice-Rex Canada dignofcebatur, fimulqve peteret ut Rex novum ordinem erigeret, ejus anno 1626. voto fovit, centum creando Eqvites qvos la Societé de Canada nominari juffit; Articuli ordini præfcribebantur an. 1627. 27. Apr. confirmati anno 1628. 6. Maji, viqvorum duodecim ex Eqvitibus nobilitatem fimul cum dignitate acqvirerent, qvod & teftantur literæ datæ in hanc rem anno 1629. 3. Jan. Hodie omnes Nobilitate fulgent arg. literarum de anno 1664. 4. Aug. & 1667. 13. Jan. Sigillo majori corroboratarum.

§. 43.

Ne præcipuum omittatur de Rege qvædam fcribenda, ad Gloriam facientia; vocatur Chriftianiffima Majeftas eo qvod Reges Galliæ primum baptifma acceperint, uncto Clodoveo ab angelis cœlitus miffo oleo; ut fama Gallos detinet. vid. Wilhelmus Marlot. Chaffanæus in Catalogo Gloriæ mundi Confid. 31. Nominant eundem Chriftianiffimum Ecclefiæ Primogenitum, ratione addita, qvod Reges Galliæ in tuenda religione & protegendo Papa femper primos fe ftiterint. A porta Ottomannica vocatur *Podesbair* Turcico Imperatori folùm competente titulo; Cur folo nomine Franciæ Rex fe contentum velit, ratio eft, qvia Leges Regni omnia acqvifita Coronæ innecti volunt, adeoqve fub titulo Franciæ, intelliguntur fimul omnia qvæ in præfentiarum Galliæ parent.

§. 44.

Henricus IV. primum fe Regem Navarræ dixit, qvem titulum hactenus Reges retinuerunt; infignia con-

constant tribus liliis, qvibus indicare volunt, qvod foeminæ sceptrum ferre neqveant in Gallia, producentes Evangelium, ubi *Lilia non nere* continetur, cum vero nere mulieribus proprium sit, hinc concludunt, personam tria lilia pro insigni habentem non debere nere h. e. marem esse vid. Boxhorn. hist. Univ. p. 343.

§. 45.

Peculiare in regibus Galliæ obtinet qvod tempore Inaugurationis Sacramentum sub utraqve accipiant vid. Becman. not. dign. Illust. p. 113. Majorennes fiunt an. 13. ætatis. Ita Ludovicus M. natus anno 1638. 5. Sept. Major declaratus fuit anno 1651. 7. Sept. Etat de France de an. 1686. Thuan. lib. 65. ad an. 1578. Albus color olim regius erat nec cuiqvam antehac facultas albo eqvo urbem Parisiorum ingredi, nisi Regi, Carolum V. Imperatorem eam intrantem Rex atro donabat eqvo, solus insidens albo.

§. 46.

Nomen Ludovici in bonum interpretantur omen; *Henrici* pro infausto habent: adest adhuc aliud singulare, in Gallia Rex Missam audiens, consistit in medio Ecclesiæ cinctus Satellitibus; adstante Clericorum corona Magnus Eleemosynarius, Cardinalitia fulgens dignitate, pileum Regis tenet inter orandum; & confessionarius solus mortalium cum Rege, durante Missa, potest colloqvi.

§. 47.

Nunc ad privatorum mores atqve naturam nos accingamus paululum; communiter acuto præditi

 sunt

ſunt Galli ingenio; ad civilitatem naturâ efficti; ſobrietati qvam maxumè ſtudent, adeo ut in aula nemo vinolentus patiatur, propter ea Germanos exagitantes vocem bibere Germanica lingva exprimunt; audax hominum genus nec tamen Regi ſuo fidelior natio; pro viribus ſe applicat de momento ad ſervanda Regis mandata; milites ad nutum Ducis aſſveti obediunt: ad monomachiam facile inclinant, hodie ſeveriſſimè à Duellis arcentur Regio Edicto, qvi tacta qvotannis hoſtia juramentum ſuum reiterat, ſe omnibus in id incubiturum viribus, ut monomachiæ è Gallia tollantur; hoc crimen perpeſſi absqve omni gratia & reſpectu ſuſpenduntur; mortuus alligatur eqvis, & raptus per urbem patibulo annectitur pedibus, capite terram ſalutans. Ars eqvitandi opportunius in Gallia addiſcitur, ubi peculiares domus huic deſtinatæ negotio, qvas Academias vocant; præſides domorum convictum præbent, mane hora qvarta ſurgunt, ſacris peractis, in aream deſcendunt eqvitaturi, in tantum colentes Magiſtrum ut coram eo nudato capite & conſiſtant Principes, illudqve non niſi ab eo juſſi tegant; ſtatis horis Mathematicum vident qvi militarem architecturam, Geometriam, Arithmeticam atqve Geographiam diſcunt; poſtea ingreditur pugil, deinde ſaltator; anteqvam mane conclave relinqvitur comedunt panem, vitrumqve hauriunt vini. Suſqve deqve habent num dies num nocturnum tempus, cantaturi; varietas veſtium eos delectat; albi lintei veſtimenta nonniſi munda induunt; barbam qvotidie radendam tradunt; accumbentibus alter famu-

lorum

lorum aqvam miniſtrat, alter præbet mantile, & ſic manibus lotis ad menſam accedunt, finitis epulis vino purgant dentes os lavando; digniorem occupare locum cenſetur qvi proximus muro, qvia illum paries tuetur, ne ſtillicidiis tangatur nec nube ſoluta adeo à cœli tempeſtáte infeſtetur. Si tres in domo obambulent, medius locus honeſtior creditur; Fœdæ judicantur mulieres nimis rubicundæ, medicamentis utuntur qvæ abigant rubedinem; interim & illæ politica curant; uterqve ſexus Venerem non odit; ſtratagematibus, politicâ & Ratione ſtatus multa comprehendunt, privatis examen prohibitum; avida gens eſt ad tractandum ignem qvo & caſtella in ordinem redigunt qvæ bombardis videntur nimis dura: alias bellicoſa natio & olim terror tantus Gallici erat nominis ut etiam Reges non laceſſiti, ultro pacem ingenti ære ab illis mercarentur; (Juſtin. lib. 24. cap. 4. §. 7.) Sed præter ſpem prolixitate uſus qvoad reliqva de Gallis cognoſcenda remitto curioſum ad Doctores qvi peculiaribus libris Mores Gallicos depinxerunt.

§. 48.

Ut finem attingamus transeundum ad loca principaliora, qvæ extra regnum Galliæ ſubſunt.

1. *In America* ejus Jurisdictionem agnoſcunt; Nova Francia; Inſulæ S. Chriſtophori & Martinic cum aliis.

2. *Africam* verſus pars Inſulæ S. Laurentii.

3. *In Catalonia* adeſt Comitatus Rouſſillon, nec non comitatus Conflans, cum adjacentibus urbibus,

castellis, pagis, vicis &c. De parte Gerdanæ, qvæ juxta Pyrenæos idem dicendum.

4. *In Italiæ* provincia Pedemontio (Piemont) se submittit munimentum Pignerol cum districtu; Cardinalis Richelius sæpius dicebat Regem Galliæ tribus indigere clavibus ; *Perpiniano* ad Hispaniam ; Brisaco ad Germaniam & Pinarolo ad Italiam.

5. *In Belgio* Galliæ subsunt Comitatus Artesiæ (Artois) excepto territorio Rentii (Renty)

6. *In Comitatu Flandriæ* ut & Provincia civitates Gravelingue ; Philippeville ; Borborh, Halovin; S. Venant & Duynkerke.

7. *In Hennegoia* dominum Regem agnoscunt Landrechies, Le Qvesnois, Avesnes, & Philippeville.

8. *In Ducatu Luzenburgico* idem faciunt Thionville, Montinedy, Damvillers, Marville, Yvoix, Jamez, Charleroy, Binch, Ath, Russel, Tournay; Audenarde, Armentiers, Courtray , Fourno, & Berg, Valenciennes, Bouchain, Condè, Cambray, Aire, S. Omer, Ypre, Paperingue, Bailleul, Cassel, Bauvay, Maubeuge &c. De qvibus urbibus, munimentisqve vid. Articulos Pyrenæos, 35. 36. &c. It. Aqvenses; It, Neomag. art. 5. & 11.

9. *Hispanus & Burgundiæ* Comitatum (Franche Comtè) Gallo cessit arg. Pacis. Neomag. art. 11. & 12.

10. *Brisacum*, Friburgum Argentoratum totaqve inferior & superior Alsatia cum Decapoli, Hagenau,

nau, Colmar, Seleſtad, Weiſſenburg, Landau, Oberehenheim; Rosheim, Munſter in Valle Gregorii, Keiſersberg & Turckheim. vid. Inſt. Pac. Cæſar, Gall. artic. Tertio Imperator pro ſe &c. num plenum dominium ſimul in Eum translatum fuerit, vid. Ulrici Obrechti Prodrom. rer. Alſatic. vol. I. c. 8. p. 153.

11. *In Palatinatu* ei paret Caſtrum Philipsbourg; Manheim, Spira, Wormatia, Franckental, & qvamplurimæ urbes aliæ qvas anno 1688. occupavit, & flammis ſubdidit præſenti, menſe Majo.

12. Würtembergici Terras pro certa argenti ſumma iterum reliqvit.

13. Idem annus fatalis erat Marggraviatui Badenſi, capta reſidentia Durlaco reliqvisqve ad unum oppidis iterumqve relictis.

14. Et *Moguntinus* Elector dicto anno gallicum militem recipere coactus fuit amiſſa Moguntia & minoribus oppidis, unde abrepta fuga Erfurdiam nunc incolit.

15. *Electori Colonienſi* Bonna plurimæqve urbes Electoratus eodem anno ademptæ ſunt à Gallo.

16. *Suntgoja* & Briſgoja jam diu gallicam agnoſcunt jurisdictionem.

17. *Ad Helvetiam* qvoqve arma tulit exſtructo caſtro è regione Baſileæ, Hüningen.

18. *Duces Bipontinus*; Birckenfeldenſis; & Veldentiæ Eidem Regi obediunt.

19. Lotharingiæ & Montispeligardi Ducum territoria Idem Rex tenet.

20. Comites Hanoviæ, & qvotqvot in his districtibus terras habent in præsentiarum Gallo subsunt, ipse Furstenbergius Cardinalis Regis protectionem amplectitur ; qvomodo hæcce in manus Christianissimi venerint explicat §. seqvens.

§. 49.

Præsenti tempore, ut modo monitum, integris obduxit Galliarum Rex Provinciis S.R.I. militem, initio facto, in Electoratu Palatino, deinde Coloniensi, postea Trevirensem ingressus semperqve ulterius arma tulit: causam scriptum docet emissum sub titulo Manifesti Gallici: Parisiis anno 1688. 14. Sept. ubi pro ratione præsentis belli allegatur

1. Qvod Augustus ratum duxerit clam bellum cum Turca in pacem commutare, ut Galliæ inferat.

2. Qvod ad opprimendum Galliæ Regem Cæsar Augustæ Vindelicorum & Norimbergæ nova pepigerit fœdera.

3. Qvod Imperator Armistitium vicennale anno 1684. 5. Aug. Ratisbonæ cum Christianissimo initum, rogatu Regis, noluerit in perpetuam pacem transformare.

4. Qvod Elector Palatinus, Philippus Wilhelmus violenter bona qvæ Ducissæ Aurelianensi ex hereditate Patris & Fratris Electorum, competunt, non tantum invaserit, sed & contumaciter hactenus possessa restituere minimè voluerit.

5. Qvod Furstenbergiæ Princeps & Cardinalis Wilhelmus Egon, electus in Electorem Coloniensem, non potuerit jus suum asseqvi.

His

His rationibus Sacratiſſimus Imperator reſponſum dabat anno 1688. 1. Nov.

1. Falſum, ſe unqvam cum Turca Chriſtianitatis hoſte, mediis in progreſſibus, clam pacem ineundam ſibi propoſuiſſe, nedum arma Galliæ inferenda, exhauſtis penitus Provinciis Germaniæ, durante bello ſacro adverſus infideles.

2. Falſum qvoqve, ſe nova pepigiſſe fœdera in odium Gallorum, ſed tantùm antiqva pacta, qvæ omni ferè tempore Auguſti cum qvibusdam Circulis Imperii habuerant, renovaſſe, ut eo fortius Turcis reſiſtere valeret.

3. Se non potuiſſe inducias mutare in pacem, 1.) qvia intereſſati Status nondum auditi erant 2.) tenor Armiſtitii obſtabat, qvod ad 20 annos durare debuerat; qvo tempore præterlapſo, cogitari de pace potuiſſet.

4. Electorem Palatinum neqvaqvam hoſtili violentive animo terras, qvas Duciſſa Aurelianenſis ſibi competere ait, occupaſſe, nec contumaciter retinuiſſe, ſed leniter intraſſe, & rem Judici competenti remiſiſſe, nec ante ejus ſententiam nondum deciſa decidere voluiſſe, qvam vero Gallus minimè expectaverit.

5. Furſtenbergium non perveniſſe ad faſtigium Electorale, qvia 1. non ſufficientia habuerit vota Canonicorum. 2.) Qvod confirmationem Pontificis Romani, qvi hiſce in rebus ferè unicus Judex, non obtinuerit.

Interim devaſtantur campi, deſolantur arces, caſtella machinis cedunt; flammæ veluti fulgur

omni ferè angulo integras arripiunt urbes, pagos, arida cuncta videntur; montes loco ſucci uvarum, producunt lacrymas, incolæ maxima aguntur paupertate; armis arma opponuntur; communem Imperii hoſtem declarat S. R. I. Gutachten/de an. 1689. 14. Febr. Gallum; hic incepta proſeqvitur ulterius, hoſtemqve contrarium Imperio ſe exhibet; ita agri ab utroqve ſteriles redduntur. Nec Galliarum Regi Imperium ſolum adverſatur, adeſt ex una *Suecus* qvi copiis Germaniæ aſſiſtit; *Luſitanus* ex altera parte omnem movet lapidem ut Socero injurias à Gallis illatas ſibi perſvaſus ulciſcatur: *Batavi* ſimiliter indixere anno 1689. 5. Mart. Gallo arma, qvod navigationi & commerciis nocuerit, ea prohibuerit, flammisqve ceſſerit non tantùm, ſed & hoſtem ſe exhibuerit declaratione belli adverſus Eos emiſſa anno 1688. 26. Dec. *Catholicus*, Catholico, arma qvoqve inferenda decrevit anno 1689. M. April. Diligens *Anglorum* ſuppellex eo tandem invitavit Regem Wilhelmum, ut Galliam cæteris junctus hoſtem declararet anno 1689. 17. Maji.

1. Qvia Galli Anglos adeò barbaro more, uti habentur in Inſtrumento verba, tractaverint.
2. Eos ad Catholicorum caſtra vi perduxerint.
3. Navigationem & piſcationem in America prohibuerint.
4. Charybes Inſulas ſibi ſubjecerint.
5. Sociis bellum annunciaverint.
6. Rebelles Irrlandos auxilio ſuſtentaverint & adhuc

adhuc ſuſtentent: Nec unus unicè Magnatum in Europa Chriſtianiſſimum juvat, Daniæ Rex, Polonorum & Helvetiorum Reſpublicæ neutralitatem hactenus ſibi placere jubent; Veneti diu deliberantes, Eidem bellum tandem declarandum operæ pretium æſtimarunt: Odium qvo S. Pater Eccleſiæ primogenitum proſeqvitur; teſtatur fulmen excommunicationis qvo Legatum Ejus Lavardinum anno 1688. feriit; teſtatur ſilentium ad literas à Galliarum Rege acceptas; teſtatur inſuper Nuntius Apoſtolicus, qvi Helvetios Germanis faventes reddat ad Eos anno præſenti miſſus, teſtantur alia idem; En Europæ Chriſtiani turbulento ſtatu ſe implicant, novimus initia, nodumqve belli vidimus; adeſt ſolutionis ferrum, ſolutum tamen futura demum oſtendent.

§. 50.

Recenſitis his omnibus qvæ neceſſitatis erant, ad ſpecialiora nunc perveniendum; fieri hoc non poteſt niſi præmiſſa Galliæ diviſione, qvæ obſervanda in ſeqventibus capitibus; placet ea qvæ inſtituitur ſecundum nobiliores provincias, qvæ ſunt 1. Languedoc. 2. Provence. 3. Dauphiné. 4. Breſſe. 5. Bourgogne. 6. Champaigne. 7. Picardie. 8. Normandie. 9. Bretaigne. 10. Poitou. 11. Guienne ſeu Gaſcogne. 12. Saintogne. 13. Auvergne. 14. Lionnois. 15. Bourbonnois. 16. Nivernois, qvi tres poſteriores Ducatus ſunt. 17. Berry. 18. Beauſſe. 19 Orleans. 20. France. 21. Le Maine. 22. Anjou.

jou. 23. Le Tourraine. 24. Le Blesois ille Ducatus, hic comitatus. 25. Limosin. 26. Perigord. 27. Poloniæ Comitatus, seu la Comté de Boulogne. 28. Qvercy. 29. Rouargue. 30. La Marche. 31. Bar le Duc. 32. Burgundiæ Comitatus. 33. Lotharingia. 34. Sabaudia. 35. Gevenensis Comit. & Lacus Lehmannus. 36. Alsatia. 37. Brisgovia. 38. Sundgovia. 39. Ducatus Mompelgardensis &c. Anteqvam horum fiat explicatio subjungemus seriem Regum.

CATALOGUS
REGUM GALLIÆ.

1.	Pharamundus Marcomiri fil. Francorum Rex creabatur anno Christi	420
2.	Clodius, regnare cœpit	430
3.	Merovæus	450
	ab hoc Linea Merovingorum.	
4.	Childericus	458
5.	Clodoveus I.	484
6.	Childebertus I.	514
7.	Clotarius I.	562
8.	Cherebertus	564
9.	Chilpericus I.	573
10.	Clotarius II.	628
11.	Dagobertus I.	632
12.	Clodoveus	647
13.	Clotarius III.	664
14.	Childericus II.	668

15. Theo-

15.	Theodoricus	680
16.	Clodoveus III.	684
17.	Childebertus II.	694
18.	Dagobertus II.	716
19.	Chilpericus II.	722
20.	Theodoricus II.	727
21.	Childericus III.	742
22.	Pipinus	751
23.	Carolus M. à qvo *linea Carolingorum.*	768
24.	Ludovicus Pius	814
25.	Carolus II.	840
26.	Ludovicus II.	878
27.	Ludovicus & Carolomannus	880
28.	Carolus III.	885
29.	Odo	888
30.	Carolus IV. s. Simplex	900
31.	Rudolphus	926
32.	Ludovicus IV. s. Ultramarinus	935
33.	Lotharius	955
34.	Ludovicus V. s. nihil fecit	986
35.	Hugo Capetus à qvo *linea Capetingorum*	988
36.	Robertus Pius	998
37.	Henricus I.	1032
38.	Philippus I.	1060
39.	Ludovicus VI. s. Crassus	1108
40.	Ludovicus VII.	1138
41.	Philippus II. s. Augustus	1180
42.	Ludovicus VIII.	1223

43. Lu-

43.	Ludovicus IX. seu Sanctus	1226
44.	Philippus III. seu Audax	1270
45.	Philippus IV. seu Pulcher	1285
46.	Ludovicus X.	1314
47.	Philippus V. seu Longus	1316
48.	Carolus IV. Pulcher	1321
49.	Philippus VI. Valesius	1328
50.	Johannes I.	1350
51.	Carolus V. Sapiens	1364
52.	Carolus VI. Bene amatus	1380
53.	Carolus VII. seu Victor	1423
54.	Ludovicus XI.	1461
55	Carolus VIII. literarum expers	1483
56.	Ludovicus XII. n. 1442. ob. 1515. 1. Jan.	1498
57.	Franciscus I. n. 1494. 12. Sept. ob. 1547. 31. Mart.	1515
58.	Henricus II. n. 1518. 31. Mart. ob. 1559. 10. Julii.	1547
59.	Franciscus 2. n. 1544. 19. Febr. ob. 1560. æt. 17. 5. Dec.	1559
60.	Carolus IX. n. 1550. 27. Jun. ob. 1574. 30. Maji.	1560
61.	Henricus III. n. 1552. 19. Sept. ob. 1589. 2. Aug. Interfectus à Jacobo Clemente, Monacho Dominic. jussu Papæ.	1577
62.	Henricus IV. s. Magn. n. 1553. 13. Jul. ob. 1610. 14. Maji.	1589

63. Lu-

63. Ludovicus XIII, nat. 1601. 27. Sept. 1610 ob. 1643. 14. Maji.

64. Ludovicus XIV, five Magnus, natus in arce S. Germani, qvam St. Germain en Laye vocant, an. 1638. 5. Sept. Patre Ludovico XIII. & Matre Anna Auftriaca Philippi III. Hisp. Reg. filia Parenti succeffit anno 1643. 14. Maji, Majorennitatem nactus an. 1651. 7. Sept. Sacro muniebatur oleo Durocontori; f. à Reims anno 1654. 7. Jun. In uxorem duxit Mariam Therefiam Hifpanam, Philippi IV. Regis gnatam. an. 1660. 9. Jun. à S. Jean de Luz; qvæ obiit 1683. relinqvens filium Delphinum, Ludovicum XV. adhuc viventem.

65. Ludovicus XV. nat. 1661. 1. Nov. adhuc titulo Delphini condecoratur, è Mariæ Anna Chriftina, forore moderni Electoris Bavariæ Maximiliani Mariæ, an. 1680. 17. Martii ducta, genuit jam

1.) Ludovicum XVI. cui titulus Dux Burgundiæ. n. 1682. 6. Aug.

2.) Ducem Andegavenfem (d'Anjou) n. 1684, menfe Febr.

3.) Ducem Bituricenfem (de Berry) n. 1686. menfe Sept.

CAP.

CAP. XX.

De OCCITANIA sive LANGUEDOC.

§. 1.

HAne Provinciam nomen ducere á vocabulis *Langue d'Oc* qvod incolæ reliqvis Gallis affirmativam latinorum particulam *Ita* vel *Sic* per voculam Oui proferentibus, *Oc* dicant, plurimi sunt sententiæ vid. Atl. Min. P. II. p. 72. Becman. hist. orb. terr. p. 173; Terminatur à *Meridie* Pyrenæorum parte montium & Mediterranei Maris, ab *Ortu* clauditur Provence & Dauphiné; à *Septentrione* adsunt fl. Taru, Tescu, Avryrau & Beaur nec non montes Avergue. *Occasum* versus Guasconiam terminum fatetur. vid. Schott. Curs. Math. lib. 12. cap. 11. P. II. S. II. p. 335.

§. 2.

Dividi potest hæc Provincia in superiorem atqve inferiorem, illa comprehendit undecim Episcopatus veluti Toulouse. 2. Carcassone. 3. Albi. 4. Castre. 5. Mirepoix. 6. La Vaur. 7. St. Paul. 8. Alet & Limous. 9. Rieux. 10. Le petit Comenges. 11. Montauban. Inferioris Episcopatus sunt 1. Narbonne. 2. Besiers. 3. S. Pons. 4. Lo Devé. 5. Agde. 6. Montpellier.

ellier. 7. Nismes. 8. Vsez. 9. Viviers. 10. Le Puy. . Mende. de singulis paulo prolixius.

§. 3.

Tholosa seu Thoulouse caput est, Parlamentum hic congregatur, adjacet Garonne fl. Academia floret; Archiepiscopalis sedes; Aula antiqvorum Regum Gottorum.

§. 4.

2. *Carcassone* divisa fl. Aude. 3. Albi caput est Regionis Albigeorum, sedes Episcopalis, 4. Castre lat: Castrum adjacet fl. Agout, sedes Episcopi est. 5. Mirepoix seu Mirapincum ad fl. Lers. Baronia est. 6. La Vaur, ad fl. Agout. 7. S. Paul in Comitatu de Langeres. 8. Alet seu Electum, ad fl. Aube in Comitatu Rases, sedes Abbatis. 9. Limous hic olim sedes Episcopi, nunc Officialis Archiepiscopi Narbonnensis. 10. Rieux ad fl. Touche, sedes Episcopalis facta à Papa Johanne 22. antea Volvestre dicta; Judicium Regium hic est 11. Comenges Comitatus est vocatur le petit Comenges, quia altera & major pars ad Gasconiam pertinet. 12. Montauban proprie in Provincia Qvercy jacet, Episcopus vero in Languedocia residet.

§. 5.

Inferioris Languedociæ urbes & Episcopatus sunt. 1. *Narbonne* lat. Narbo Martius, sedes Archiepiscopalis, exstructa dicitur circa annum mundi 2312. a Narbo Gallorum Rege vid. du. Val. p. 2. edit. germ. p. 119. dividitur in duas partes canali Robin. 2. *Beziers* sedes Episcopi, situatio amœnissima proverbio locum concessit: *Si Deus in mundo habitaret. eligeret Bezieram urbem.* Sedes Præsidialis est. 3. *S. Pons*

M

Pons Tomiere ad fl. Laur; Abbatem habuit ab initio, deinde à Johanne 22. Papa in Episcopatum evecta urbs est. 4. *Lodeve* seu Loteva sedes Episcopalis ad fl. Lerqve, Episcopus Comitem de Montbun se vocat. 5. *Agde* seu Agatha ad fl. Eraut sedes Episcopi, propinqua Mari. 6. *Montpellier* seu Mons Pessulanus; item mons Puellarum dicta, sita est in colliculo decem leucis à mari mediterraneo, Academia clara, imprimis Medicina docetur; castello munitur anno 1622. exstructo. 7. *Nimes* seu Nemausus sedes Episcopi ad fl. Vistre, amphitheatrum & Capitolium ostendit, antiqvissima Gallicarum perhibetur urbium. 8. *Usez* sedes Episcopalis. 9. *Viviers* seu Vivarium, sedes Episcopi est pertinens ad tractum Vivariensem. Reichelt Geogr. p. 56. 10. *Le Puy* seu Podium, caput est Regionis Velaunienſis (Velay) sedes Episcopalis. 11. *Mende* seu Mimate in tractu Gabalienſi (Givaudan) sedes Episcopi.

§. 6.

Fluvii sunt Garonne. 2. Agout. 3. Lers. 4. Aube 5. Touche. 6. Erant. 7. Vistre.

Academia est Montpellier Toulouse.

§. 7.

Latitudo se extendit ab urbe Agde haud procul à mari

à mari mediterraneo ad Caſſac verſus Arverniam ſeu Auvergne.

Longitudo ducitur à Montauban ad Viviers uſque haud procul à delphinatu.

§. 8.

Montes Roverqve & Averqve. Atl. Min. p. 2. p. 72. adde Gevadan & Cevenes.

§. 9.

Hæc Provincia omne genus pomorum profert; parum pluviam ſentit, ſed ſi nubes reſolvantur, vehementior ac alibi imber cadit.

Cap. XXI.

De PROVINCIA, ſeu PROVENCE.

§. 1.

HAnc Provinciam cum veteres Romani pro nobiliſſima tenuerint, nomen in memoriam retinuit: Terminos agnoſcit ab *Occaſu* Languedociam à *Meridie* Mediterraneo pellitur mari; *Ortum* verſus limites habet Varum fl. & Alpes, ad *Septentrionem* delphinatum ſpectat.

§. 2.

Longitudo se extendit ab Arles ad Aſpremont in Comitatu Nicenſi.

Latitudo progreditur à Toulon prope Mare ad Miſon haud procul Ciſteron.

§. 3.

Continet in ſe Principatum Arauſionenſem: Comitatum Avennionenſem, duos Archiepiſcopos & undecim Epiſcopos.

§. 4.

Principatus Arauſionenſis ſeu Orange, unde Princeps Arauſionenſis ſe ſcribit, caput ejus eſt Arauſio Cavarum (Orange) Academia hic eſt; Antiqvitatibus clara; reliqvæ urbes hujus principatus ſunt 1. Martignan 2. Cadarouſſe. 3. Courtezon. 4. Cauſans. 5. Jonqvieres. 6. S. André de Ramieres. 7. Brabayon. Metropolis, qvod omiſſum, Conciliis nota, ſic primum Concilium ibi convocabatur à Leone Papa an. 441. ſecundum celebratum erat ab Hilario Papa an. 462. Tertium convocavit Felix Papa an. 526. Ejus latitudinem trium milliarium, & qvatuor longitudinem faciunt Doctores.

§. 5.

Comitatum Avennionenſem (Avignon) qvod attinet, Papæ ſubeſt. Terminatur Langvedocia ad *occaſum*; à *meridie* Rhodano fl. verſus Ortum *Provincia*, à *Septentrione* Delphinatu, Principatum Arauſionenſem qvaſi corona circumdat; dividitur in qvatuor partes, qvarum unam conſtituit Archiepiſcopatus Avennionenſis, cujus metropolis Aven-

nio

seu Avignon ad Rhodanum, castello firmata, merus septenarius ei memoriam procuravit, ptem continet palatia; totidem Parochias, totim Xenodochia, septem monialium collegia, sem Patrum Conventus, septem Canonicorum colgia, & tandem septem portas. Præterea Academia celebris redditur; per 60. annos Petri successores incolæ tulisse dicunt, donec sedes Romam à Joanne XXII. Papa translata. Alteram partem consit ditio & Episcopatus Carpentoractensis, cujus metropolis Carpentoractum item Carpentoracte hodiè Carpentras: urbibus adde Malemort, Beaulieu, Mazan, Valereron &c. Episcopatus Caballionensis tertiam partem facit, cujus caput Caballio seu Cavaillon; ad qvam referri possunt Valorges, Tour de Sobron, Cadillan &c. Qvarta & ultima pars continetur Episcopatu Vasionensi, cujus caput Vasio seu Veyson cui adjici possunt Ville dieu. Sablet. La Baume &c. Fluvii hujus Comitatus & Principatus sunt 1. Rhodanus. 2. Meine. 3. Louvese. 4. Egues qvi propriè ad Principatum Arausionensem pertinent; qvamqvam Rhodanus, Louvese etiam ad comitatum trahi possunt additis Noves. Serre, Coulon aliisq; fluminibus.

§. 6.

Archiepiscopatus duo sunt Aquisgranensis & Arelatensis. Illius sedes est Aqvæ Sextiæ (Aix le bain, ad differentiam Aqvisgrani qvod Aix la chapelle) Præterea Parlamentum hic est Regium, & Academia celebris, adjacet fl. Arc. Alterius Ar-

 chie-

chiepiſcopi ſedes, eſt Arelati ſeu Arles ad Rhodanum; portu gaudet inſigni; Regum Burgundiæ olim ſedes & Arelatenſis Regni caput; primum Arelatenſem Epiſcopum dicunt D. Trophinum, St. Pauli Apoſtoli diſcipulum in Gallia emiſſum.

§. 7.

Epiſcopatus XI. ſunt 1. Maſſilia ſeu Marſeille, clauſtrum maritimum & emporium Regni Gallici, Italiam Siciliam, Mauritaniam reſpiciens, condita temporibus Tarquinii Regis prope oſtia Rhodani amnis, in remoto ſinu, veluti in maris angulo vid. Juſtin. lib. 43. cap. 5. §. 4. & 12. S. Lazarum à Chriſto reſuſcitatum dicunt primum fuiſſe Epiſcopum hujus urbis. Hæc urbs in proverbium abiit, qvod ſit cœlum fœminarum; quia ex voto vivunt; Purgatorium virorum; qvia maximam vitæ partem in mari abigunt; & tandem Infernus Aſinorum; qvia nimis onerantur, 2. Dinæ (Dine,) 3. Glannate. 4. Senas ad mare. 5. Vintium ſeu St. Paul de Vinces. 6. Apta Julia (Apt) 7. Reis Apollinaris (Ries) 8. Forum Julii ſeu Feriuls. 9. Telonum ſeu Tolon. 10. Graſſe. 11. Ciſtero ſeu Ciſteron. Præter has epiſcopales civitates præcipuæ ſunt 1. Antinopolis ſeu Antibe. 2. Hieres ſeu Yeres ad mare tribus leucis à Telono diſtans è regione habens inſulas ſtechades & Liguſtides qvi hodiè les iſles des yeres dicuntur; 3. St. Maximin. 4. Taraſco ſeu Taraſcon ad Rhodanum 5. Belloqvadra ſeu Beaucarre. 6 Sault. 7. St. Gil-

Gillis &c. It. Bueil & Nice qvi qvatuor posteriores Comitatus audiunt.

Academiæ sunt 1. Orange. 2. Aix le bain. 3. Avignon.

§. 8.

Fluvii præter jam enumeratos sunt Arc cui adjacet urbs Berra. 2. Levar &c.

§. 9.

Insulæ sunt prope Sinum Mastilicum 1. Rotoneau 2. Pomeque 3. Planier. 4. Rieux. 5. Espobolen. 6. Bendort. 7. l' Isle d' Or 8. Titan.

§. 10.

Montes dicuntur Entrepiers 2. Lebar.

CAP. XXII.

De

DELPHINATU, seu DAUPHINE.

PRovinciæ nomen concessit Castellum cui delphini appellatio (Chasteau Dauphin) Atl. Min. p. 2. p. 96. Terminos habet ab *ortu* Pedemontium (Piemont) & Sabaudiam; ad *Septentrionem* Bressanensis adest regio; *Occasum* versus terminus est Lugdunense Territorium, Avennionensis Comitatus interfluente Rhodano. *Meridiem* spectat Provincia (Provence)

Regio Principi hereditario titulum præbet, nam ex singulari pacto anno 1340. inito inter Carolum IV. & hujus Provinciæ ultimum Principem Humbertum, concedebatur Galliæ Regi ut inde filio primogenito nomen nasceret.

§. 1.

Longitudinem ducunt à Tournon ad Trana qvod oppidum in montibus.

Latitudinem extendunt à Cisteron ad Constans sivè à Nions ad Beley.

§. 2.

Caput Regionis est Vienna Allobrogum (Vienne) sedes Archiepiscopi ad Rhodanum, Clemens V. Papa Universali Concilio an. 1311. hic convocato memoriam ei acqvisivit; speluncam ostendunt incolæ perpetuis subjectam nebulis, in qua Pilatus sibi mortem oppetiisse dicitur; Archiepiscopus simul & ducem & Franciæ se scribit Primatem Primatum.

§. 3.

Reliqvæ primariæ urbes sunt 1. Gratianopolis (Grenoble) sede Parlamenti Delphinensis & conspicua Turrium elegantia, fluvius præterfluens Isara est; Academia celebris, & Episcopo clara redditur, Ludovicus XI. ad pagum Pariset in tractu ejus notavit, Turrim sine veneno, La Tour sans Venin, qvam nullum veneno tinctum animal accedit, qvin moriatur; & fontem ardentem, La fontaine qui brusle, prope vicum Vif. cœlo nubibus obducto vel radiis solis abactis vid. Geogr. Hispano Gall. p. 341. 2. Ebrodunum seu Embrum sedes

des Archiepiſcopi eſt, ad fl. Durance, monti ſuperimpoſita montibus cingitur, qvi Vini, fructuum, & Mannæ arboribus ſunt feraces. 3. Valentia ſeu Valence ſedes Epiſcopi, Academiam erexit anno 1452. Ludovicus XI. tunc temporis Delphinus, ſ. regnante Carolo VII. Galliarum Rege, Patre. Judicium Regium Præſes regit. Præterfluens amnis Rhodanus eſt: utitur ducali titulo, & caput habetur territorii qvod incolis duché de Valentinois dicitur, oſtendunt ante portas ſpeluncam incolæ ſub Rhodano. vid. Atl. Min. p. 2. p. 99. 4. Dia Vocontiorum ſeu Die ad fl. Droume. 5. Auguſta Tricaſtinorum ſeu Auguſte ſedes Epiſcopi. 6. Vapingum ſeu Gap. ſedes Epiſcopi ad radices montis incolis le Col. ſeu Digo 7. St. Pauli ſ. St. Paul. 8. Majus Certoſæ Monaſterium ſeu la Chartreuſe haud procul à Grenoble, ſedes Carthuſianorum Generaliſſimi, cuilibet peregrinanti per triduum gratis præbentur cibus & potus; Petrus Surdus JCtus, Prior erat hujus monaſterii. 9. St. Vallier. 10. Tournon. 11. Montelimar. 12. Le Pont St. Eſprit, ubi Rhodani littora ponte junguntur, cujus latitudo 15. virgarum qvibus Geometra utitur; longitudo vero 1206. vid. du. Val. p. 2. ed. germ. p. 123. 13. Romans. 14. Belay. 15. St. Genis. 16. Chambery. 17. Ciſteron quæ aliis eſt in Provincia 18. Nions. 19. Leſpine. 20. Briancon ab aliis in Provinciam refertur. 21. Monſtiers. 22. Barſilono. 23. S. Antonii ſeu St. Antoine 24. St. Marcellini ſeu St. Marcellin. 25. Conſtans.

§. 4.

Academiæ ſunt Grenoble & Valence.

Fluvii sunt Rhodanus ad qvem Vienna. 2. Isara ad qvem Gratianopolis. 3. Droume ad quem Dye. 4. Durance ad qvem fl. Embrun.

Montes sunt 1. Le Col. St. Digo ubi Gap. 2. Col. Lagniel. 3. Col reveel 4. Col la Croix & alii.

Cap. XXIII.

De

BRESSIA, seu LABRESSE.

NOmen habet à metropoli Bressia seu Bresse hodie Burg en Bresse: Limites Provinciæ sunt a *Meridie* delphinatus; *ab Ortu* Sabaudia ad qvam olim pertinuit; teste Schott. Curs. Math. lib. 12. p. 2. s. 2. c. 9. §. 10. alii partem Burgundiæ faciunt vid. Auth. Geogr. stat p. 316. *Septentrionem* versus adest Burgundiæ Comitatus; ad *occasum* Borbonii ducatu & Lugdunensi clauditur Territorio.

Metropolis ejus est Forum Sebusianorum seu Bourg en Bresse; reliquæ urbes sunt Romenay 2. Miraul. 3. Colonna 4. St. Amour. 5. Montfleur &c.

Fluvii sunt 1. Dain. 2. Saune.

CAP.

CAP. XXIV.
De
BURGUNDIÆ DUCATU.

A Burgundionibus teutonico populo nomen non trahere hanc Provinciam, nemo disputationem movet; adjacet ei ab *Ortu* Sabaudia & Burgundiæ Comitatus intercurrente Rhodano amne; ad *Occasum* adjacent Niveruensium & Borbonii ducatus; Campania *Septentrionalem* terminum constituit; *Meridiem* spectant Bressanense & Lugdunense Territoria.

§. 1.

Longitudo se extendit a Mascon ad Rochefort.
Latitudo ducitur a Palean ad Nevers.

§. 2.

Metropolis est Divio seu Dyon Parlamento Regio splendet; interamnis est ad latera Suson & L'ouche præterfluentibus; reliqvæ urbes sunt 1. Augustodunum seu Autun sedes Episcopalis: pedibus adjacet montis qvem *les Mons de Cines* vocant; Fluvius Arrousio prætercurrit 2. Caballinum seu Chaalon sur saune itidem sedes Episcopalis. 3. Mascon. 4. Tornus. 5. Paleau. 6. Arnay. 7. Nuis. 8. Saulieu 9. Montfort. 10. Toullon 11. Chaceaux. 12. Vinoybourg. 13. Avalon. 14. Nevers sed. Episc. 15. Nusserre sedes Episc.

§. 3.

Pons Tomiere ad fl. Laur; Abbatem habuit ab initio, deinde à Johanne 22. Papa in Epiſcopatum evecta urbs eſt. 4. *Lodeve* ſeu Loteva ſedes Epiſcopalis ad fl. Lerqve, Epiſcopus Comitem de Montbun ſe vocat. 5. *Agde* ſeu Agatha ad fl. Eraut ſedes Epiſcopi, propinqua Mari. 6. *Montpellier* ſeu Mons Peſſulanus; item mons Puellarum dicta, ſita eſt in colliculo decem leucis à mari mediterraneo, Academia clara, imprimis Medicina docetur; caſtello munitur anno 1622. exſtructo. 7. *Nimes* ſeu Nemauſus ſedes Epiſcopi ad fl. Viſtre, amphitheatrum & Capitolium oſtendit, antiqviſſima Gallicarum perhibetur urbium. 8. *Vſez* ſedes Epiſcopalis. 9. *Viviers* ſeu Vivarium, ſedes Epiſcopi eſt pertinens ad tractum Vivarienſem. Reichelt Geogr. p. 56. 10. *Le Puy* ſeu Podium, caput eſt Regionis Velaunienſis (Velay) ſedes Epiſcopalis. 11. *Mende* ſeu Mimate in tractu Gabalienſi (Givaudan) ſedes Epiſcopi.

§. 6.

Fluvii ſunt Garonne. 2. Agout. 3. Lers. 4. Aube 5. Touche. 6. Erant. 7. Viſtre.

Academia eſt Montpellier Toulouſe.

§. 7.

Latitudo ſe extendit ab urbe Agde haud procul à mari

à mari mediterraneo ad Caſſac verſus Arverniam ſeu Auvergne.

Longitudo ducitur à Montauban ad Viviersus qve haud procul à delphinatu.

§. 8.

Montes Roverqve & Averqve. Atl. Min. p. 2. p. 72. adde Gevadan & Cevenes.

§. 9.

Hæc Provincia omne genus pomorum profert; parum pluviam ſentit, ſed ſi nubes reſolvantur, vehementior ac alibi imber cadit.

Cap. XXI.

De PROVINCIA, ſeu PROVENCE.

§. 1.

HAnc Provinciam cum veteres Romani pro nobiliſſima tenuerint, nomen in memoriam retinuit: Terminos agnoſcit ab *Occaſu* Languedociam à *Meridie* Mediterraneo pellitur mari; *Ortum* verſus limites habet Varum fl. & Alpes, ad *Septentrionem* delphinatum ſpectat.

M 2 §. 2.

§. 2.

Longitudo se extendit ab Arles ad Aspremont in Comitatu Nicensi.

Latitudo progreditur à Toulon prope Mare ad Mison haud procul Cisteron.

§. 3.

Continet in se Principatum Arausionensem; Comitatum Avennionensem, duos Archiepiscopos & undecim Episcopos.

§. 4.

Principatus Arausionensis seu Orange, unde Princeps Arausionensis se scribit, caput ejus est Arausio Cavarum (Orange) Academia hic est; Antiqvitatibus clara; reliqvæ urbes hujus principatus sunt 1. Martignan 2. Cadarousse. 3. Courtezon. 4. Causans, 5. Jonqvieres. 6. S. André de Ramieres. 7. Brabayon. Metropolis, qvod omissum, Conciliis nota, sic primum Concilium ibi convocabatur à Leone Papa an. 441. secundum celebratum erat ab Hilario Papa an. 462. Tertium convocavit Felix Papa án. 526. Ejus latitudinem trium milliarium, & qvatuor longitudinem faciunt Doctores.

§. 5.

Comitatum Avennionensem (Avignon) qvod attinet, Papæ subest. Terminatur Langvedocia ad *occasum*; à *meridie* Rhodano fl. versus Ortum *Provincia*, à *Septentrione* Delphinatu, Principatum Arausionensem qvasi corona circumdat; dividitur in qvatuor partes, qvarum unam constituit Archiepiscopatus Avennionensis, cujus metropolis Aven-

nio

nio seu Avignon ad Rhodanum, castello firmata, numerus septenarius ei memoriam procuravit, septem continet palatia; totidem Parochias, totidem Xenodochia, septem monialium collegia, septem Patrum Conventus, septem Canonicorum collegia, & tandem septem portas. Præterea Academia celebris redditur; per 60. annos Petri successores incolæ tulisse dicunt, donec sedes Romam à Johanne XXII. Papa translata. Alteram partem conficit ditio & Episcopatus Carpentoractensis, cujus metropolis Carpentoractum item Carpentoracte hodie Carpentras: urbibus adde Malemort, Beaulieu, Mazan, Valereron &c. Episcopatus Caballionensis tertiam partem facit, cujus caput Caballio seu Cavaillon; ad qvam referri possunt Valorges, Tour de Sobron, Cadillan &c. Qvarta & ultima pars continetur Episcopatu Vasionensi, cujus caput Vasio seu Veyson cui adjici possunt Ville dieu. Sablet. La Baume &c. Fluvii hujus Comitatus & Principatus sunt 1. Rhodanus. 2. Meine. 3. Louvese. 4. Egues qvi propriè ad Principatum Arausionensem pertinent; qvamqvam Rhodanus, Louvese etiam ad comitatum trahi possunt additis Noves. Serre. Coulon aliisque fluminibus.

§. 6.

Archiepiscopatus duo sunt Aquisgranensis & Arelatensis. Illius sedes est Aqvæ Sextiæ (Aix le bain, ad differentiam Aqvisgrani qvod Aix la chapelle) Præterea Parlamentum hic est Regium, & Academia celebris, adjacet A. Arc. Alterius, Ar-

chiepiſcopi ſedes, eſt Arelati ſeu Arles ad Rhodanum, portu gaudet inſigni; Regum Burgundiæ olim ſedes & Arelatenſis Regni caput; primum Arelatenſem Epiſcopum dicunt D. Trophinum. S. Pauli Apoſtoli diſcipulum in Gallia emiſſum.

§. 7.

Epiſcopatus XI. ſunt 1. Maſſilia ſeu Marſeille, clauſtrum maritimum & emporium Regni Gallici, Italiam, Siciliam, Mauritaniam reſpiciens, condita temporibus Tarquinii Regis prope oſtia Rhodani amnis, in remoto ſinu, veluti in maris angulo vid. Juſtin. lib. 43. cap. 5. §. 4. & 12. S. Lazarum à Chriſto reſuſcitatum dicunt primum fuiſſe Epiſcopum hujus urbis. Hæc urbs in proverbium abiit, qvod ſit cœlum fœminarum; quia ex voto vivunt; Purgatorium virorum; qvia maximam vitæ partem in mari abigunt; & tandem Infernus Aſinorum; qvia nimis onerantur, 2. Dina (Dine,) 3. Glannate. 4. Senas ad mare. 5. Vintium ſeu St. Paul de Vinces. 6. Apta Julia (Apt) 7. Reis Apollinaris (Ries) 8. Forum Julii ſeu Feriuls. 9. Telonum ſeu Tolon. 10. Graſſe. 11. Ciſtero ſeu Ciſteron. Præter has epiſcopales civitates præcipuæ ſunt 1. Antinopolis ſeu Antibe. 2. Hieres ſeu Yeres ad mare tribus leucis à Telono diſtans è regione habens inſulas ſtechades & Liguſtides qvi hodiè les iſles des yeres dicuntur; 3. St. Maximin. 4. Taraſco ſeu Taraſcon ad Rhodanum 5. Belloqvadra ſeu Beaucarre. 6 Sault. 7. St. Gil-

Gillis &c. Ir. Bueil & Nice qvi qvatuor posteriores Comitatus audiunt.

Academiæ sunt 1. Orange. 2. Aix le bain. 3. Avignon.

§. 8.

Fluvii præter jam enumeratos sunt Arc cui adjacet urbs Berra. 2. Levar &c.

§. 9.

Insulæ sunt prope Sinum Mastilicum 1. Rotoneau 2. Pomeque 3. Planier. 4. Rieux. 5. Espobolen. 6. Bendort. 7. l' Isle d' Or 8. Titan.

§. 10.

Montes dicuntur Entrepiers 2. Lebar.

CAP. XXII.

De

DELPHINATU, seu DAUPHINE.

PRovinciæ nomen concessit Castellum cui delphini appellatio (Chasteau Dauphin) Atl. Min. p.2.p.96. Terminos habet ab *ortu* Pedemontium (Piemont) & Sabaudiam; ad *Septentrionem* Bressanensis adest regio; *Occasum* versus terminus est Lugdunense Territorium, Avennionensis Comitatus interfluente Rhodano. *Meridiem* spectat Provincia (Provence)

Regio Principi hereditario titulum præbet, nam ex singulari pacto anno 1340. inito inter Carolum IV. & hujus Provinciæ ultimum Principem Humbertum, concedebatur Galliæ Regi ut inde filio primogenito nomen nasceret.

§. 1.

Longitudinem ducunt à Tournon ad Trana qvod oppidum in montibus.

Latitudinem extendunt à Cisteron ad Constans sive à Nions ad Beley.

§. 2.

Caput Regionis est Vienna Allobrogum (Vienne) sedes Archiepiscopi ad Rhodanum, Clemens V. Papa Universali Concilio an. 1311. hic convocato memoriam ei acqvisivit; speluncam ostendunt incolæ perpetuis subjectam nebulis; in qua Pilatus sibi mortem oppetiisse dicitur; Archiepiscopus simul & ducem & Franciæ se scribit Primatem Primatum.

§. 3.

Reliqvæ primariæ urbes sunt 1. Gratianopolis (Grenoble) sede Parlamenti Delphinensis & conspicua Turrium elegantia, fluvius præterfluens Isara est; Academia celebris, & Episcopo clara redditur, Ludovicus XI. ad pagum Parifet in tractu ejus notavit, Turrim sine veneno, La Tour sans Venin, qvam nullum veneno tinctum animal accedit, qvin moriatur; & fontem ardentem, La fontaine qui brusle, prope vicum Vif. cœlo nubibus obducto vel radiis solis abactis vid. Geogr. Hispano Gall. p. 341. 2. Ebrodunum seu Embrum sedes

s Archiepiſcopi eſt, ad fl. Durance, monti ſuper-
oſita montibus cingitur, qvi Vini, fructuum,
Iannæ arboribus ſunt feraces. 3. Valentia ſeu
ence ſedes Epiſcopi, Academiam erexit anno
. Ludovicus XI. tunc temporis Delphinus, J.
ante Carolo VII. Galliarum Rege, Patre. Ju-
m Regium Præſes regit. Præterfluens amnis
danus eſt: utitur ducali titulo, & caput habetur
torii qvod incolis duché de Valentinois dicitur,
ıdunt ante portas ſpeluncam incolæ ſub Rho-
. vid. Atl. Min. p. 2. p. 99. 4. Dia Vocontio-
ſeu Die ad fl. Droume. 5. Auguſta Tricaſtino-
ſeu Auguſte ſedes Epiſcopi. 6. Vapingum ſeu
, ſedes Epiſcopi ad radices montis incolis le
ſeu Digo 7. St. Pauli ſ. St. Paul. 8. Majus Certo-
Ionaſterium ſeu la Chartreuſe haud procul à
oble, ſedes Carthuſianorum Generaliſſimi, cui-
peregrinanti per triduum gratis præbentur ci-
x potus; Petrus Surdus JCtus, Prior erat hujus
aſterii. 9. St. Vallier. 10. Tournon. 11. Mon-
ar. 12. Le Pont St. Eſprit, ubi Rhodani littora
e junguntur, cujus latitudo 15. virgarum qvibus
metra utitur; longitudo vero 1206. vid. du. Val.
ed. germ. p. 123. 13. Romans. 14. Belay. 15. St.
s. 16. Chambery. 17. Ciſteron quæ aliis eſt in
incia 18. Nions. 19. Leſpine. 20. Briancon
is in Provinciam refertur. 21. Monſtiers. 22.
ono. 23. S. Antonii ſeu St. Antoine 24. St.
ellini ſeu St. Marcellin. 25. Conſtans.

§. 4.

ademiæ ſunt Grenoble & Valence.

- *Fluvii* ſunt Rhodanus ad qvem Vienna. 2. Iſara ad qvem Gratianopolis. 3. Droume ad quem Dye. 4. Durance ad qvem fl. Embrun.

Montes ſunt 1. Le Col. St. Digo ubi Gap. 2. Col. Lagniel. 3. Col reveel 4. Col la Croix & alii.

CAP. XXIII.

De

BRESSIA,
ſeu LABRESSE.

NOmen habet à metropoli Breſſia ſeu Breſſe hodie Burg en Breſſe: Limites Provinciæ ſunt a *Meridie* delphinatus; *ab Ortu* Sabaudia ad qvam olim pertinuit; teſte Schott. Curſ. Math. lib. 12. p. 2. ſ. 2. c. 9. §. 10. alii partem Burgundiæ faciunt vid. Auth. Geogr. ſtat p. 316. *Septentrionem* verſus adeſt Burgundiæ Comitatus; ad *occaſum* Borbonii ducatu & Lugdunenſi clauditur Territorio.

Metropolis ejus eſt Forum Sebuſianorum ſeu Bourg en Breſſe; reliquæ urbes ſunt Romenay 2. Miraul. 3. Colonna 4. St. Amour. 5. Montfleur &c.

Fluvii ſunt 1. Dain. 2. Saune.

CAP. XXIV.
De
BURGUNDIÆ DUCATU.

A Burgundionibus teutonico populo nomen non trahere hanc Provinciam, nemo disputationem movet; adjacet ei ab *Ortu* Sabaudia & Burgundiæ Comitatus intercurrente Rhodano amne; ad *Occasum* adjacent Nivernensium & Borbonii ducatus; Campania *Septentrionalem* terminum constituit; *Meridiem* spectant Bressanense & Lugdunense Territoria.

§. 1.

Longitudo se extendit a Mascon ad Rochefort.
Latitudo ducitur a Palea ad Nevers.

§. 2.

Metropolis est Divio seu Dyon Parlamento Regio splendet; interamnis est ad latera Suson & L'ouche præterfluentibus; reliqvæ urbes sunt 1. Augustodunum seu Autun sedes Episcopalis: pedibus adjacet montis qvem *les Mons de Cines* vocant; Fluvius Arrousio prætercurrit 2. Caballinum seu Chaalon sur saune itidem sedes Episcopalis. 3. Mascon. 4. Tornus. 5. Paleau. 6. Arnay. 7. Nuis. 8. Saulieu 9. Montfort. 10. Toullon 11. Chaceaux. 12. Vinoybourg. 13. Avalon. 14. Nevers sed. Episc. 15. Nussere sedes Episc.

§. 3.

§. 3.

Comites hujus Ducatus sunt 1. Dyon. 2. Austun. 3. Tonnerre. 4. Chaalon sur Saune. 5. Mascon. 6. St. Martin. 7. Nevers. 8. Langres. 9. Aufserre. 10. S. Jangou. 11. Charolois. 12. Chargni. 13. Monliet. 14. Auxone. 15. Rogement. 16. Mussy. 17. Brestemont. 18. Sees. 19. Monbys. 20. Senegnon 21. Silly. 22. Valenion. 23. Tirecourt. 24. Chevihni. 25. Aine-ville. 26. Espirey. 27. Tarvant 28. Brasse. 29. Rochefort. 30. Agincourt. 31. Viteau. 32. Arley. 33. Ragny. 34. Calligny. 35. Mommartin. 36. Longey. 37. Beauchamp. 38. Couches.

§. 4.

Fluvii celebriores sunt. 1. Suson. 2. L' Ouche. 3. La Loire. 4. Allier. 5. La Lye cui Autun adjacet. 6. Grosne. 7. Saune. 8. Le Sure.

Montes Les Mons de Sines ad qvorum radices Autun sedem habet.

De Burgundiæ Comitatu vid. inferius Cap. 49.

CAP. XXV.

De

CAMPANIA SEU CHAMPAIGNE.

La-

LAtitudo ac longitudo camporum huic Provinciæ denominationem caufarunt; Limites admittit verfus *Orientem* Lotharingiam; verfus *Occafum* Infulam Franciæ & Aurelianenfem Ducatum. ad *Septentrionem* Piccardiam atqve Luxenburgicum Ducatum. *Meridiem* verfus fpectatBurgundiam utramqꝫ.

§. 1.

Longitudinem ducunt à Meaux ad Commercy haud procul à St. Dizier.

Latitudo fe extendit a Langres ad Sedan.

§. 2.

Dividitur in fuperiorem & Inferiorem, hujus urbes præcipuæ funt. 1. Tricaffium feu Trois ad Sequanam fl. fiv. Seine. Sedes Epifcopi eft; clara redditur civitas Concilio a Johanne VIII. Papa convocato: Sanctas res incolæ cuftodire fibi perfuadent v.g. crines Salvatoris Noftri, It. partem crucis Chrifti: It. Scyphum qvo Jefus utebatur in ultima cœna. It. majorem D. Johannis Baptiftæ digitum; D. Petri dentem, nec non D. Helenæ corpus a putrefactione nondum tactum. 2. Ivigny Comitatus cujus caput Ivigny. 3. Baffigny quæ caput in Comitatu ejusdem nominis. 4. Vallage. 5. Montigny. 6. Goeffy 7. le Roy. 8. Monteclair. 9. Andelot. 10. Bifnay 11. Chofeul. 12. Vifnory. 13. Vaffay 14. Dedier. 15. Janville feu Joinville. 16. Le Chateau aux forges. 17. Efclaron. 17. Vaudœvre patria Nicolai Borbonii Poëfeos reftauratoris.

§. 3.

Superior vocatur Le Pais des Pertois feu Territorium

rium Barthorum. Caput ejus est Vitriacum seu Vitry ad Matronam seu Marne urbibus adde La Seincourt. 2. Argilliers, 3. Loument.

Ad hanc Provinciæ partem præterea spectat Ducatus Rhemensis Le Duché de Rheims: vocatur etiam La Pairie & L' Archeveche de Rheims: metropolim laudat durocontorum seu Reims. ad fl. Vesle. Sedes Archiepiscopalis, & Parium Primatis, Galliæ Regum celebris Inaugurationibus ubi & Ampullam Rhemensem custodiunt in Abbatia seu Remigii. Per Ampullam intelligitur Benedicta aqua quam Angelus ampulla quadam attulit Episcopo Clodoveum Regem, sacro Baptismate munituro; Bernhardus de Girard lib. 3. De l' Etat des affaires de France rem ita enarrat: Surquoi l' histoire de France dit un miracle etre avenu, c' est que comme Clouis etoit sur les fonds, & que l' Eveque attendoit le Pretre qui portoit le saint Chresme du baptistere, pour en oindre Clouis & qu' a cause de la grande multitude du peuple le pretre ne pouvoit passer pour parvenir jusqu' aux fonds, miraculeusement survient un Ange du Ciel avec une petite ampoule pleine d' une sainte eau & l' offrit a Remy. qui en baptisa le Roy. &c. Academiam Henricus 2. fundavit rogatu Archi-Episcopi Caroli Lotharingici; Concilia hic celebrata primum an. 815. & alterum Hugonis Capeti tempore. Duodecim antiqui Pares conspiciuntur marmorei, sicuti tempore Inaugurationis induti erant, virili forma. Præter hunc ducatum ad superiorem Campaniam pertinet.

§. 4.

2. Lingonensis Ducatus Le Duché! Pairie & Evêché De Langres. cujus caput Andomatunum Lingonum seu Langres, sedes Episcopi & Paris Franciæ; locus ab humanitate & ingenuitate incolarum clarus est, ab hoc Judicio appellationes fiunt ad Senense, vid. Schöndorff. Itiner. p. 80.

§. 5.

3. Comitatus Catalaunensis, L'Evêché, Comtè & Pairie de Chaalons. cujus metropolis Catalaunum seu Chaalons sur Marne; ad differentiam Chaalons sur Saune in Burgundia; sedes Episcopi, ad hanc urbem Morovæus Rex Attilam trucidavit ad 90000. militum 4. Comitatus Lignienfis La Comté de Ligny. 5. Comitatus Mottensis La Comté de la Motte.

§. 6.

6. Comitatus Briensis La Comtè de Brie. Metropolis est Melda seu Meaux sedes Episcopalis ad fl. Marne; haud multo spatio diffidet arx Regia cui nomen *Monceaux* ab Henrico M. Rege exstructa; ad hunc Comitatum referuntur etiam Provinsum seu Provins, Chateau Tierry & aliæ.

§. 7.

7. Archiepiscopatus Senensis cujus caput Agendicum seu Sens. Sedes Archiepiscopalis ad fl. Yonne. 8. Huc nonnulli trahunt Sedanum seu Sedan. It. Sentis. It. Bar le Duc, It. Auxerre & alias urbes atq; Comitatus,

§. 8.

§. 8.

Academia eſt Remenſis.

Fluvii principaliores 1. Marne ubi Chaalons. 2. Oyſe ubi Noyon. 3. Aiſne ubi Soiſſons. 4. Veſle ubi Reims. 5. Seine ubi Bar ſur Seine ad differentiam Bar le duc 6. Yonne ubi ſens.

Montes ſunt Chaumont h. e. mons calvus, & alii.

Cap. XXVII.

De

PICCARDIA.

ſeu de la Piccardie.

INcerta nominis derivatione videamus Terminos, *ad ortum* habet Lotharingiam & Lucelburgicum Ducatum; ad *occaſum* Canalis ſeu Mare anglicum littora quattit; & cum ſuperiori Normandia limites conſtituit: verſus *Meridiem* Inſula terminatur Franciæ & a *ſeptentrione* clauditur Belgio, nim: Honnonia & Arteſia Provinciis. Schott.curſ. Matth. lib. 12. p. 2. 5. 2. C. 9. §. 13. p. 335.

§. 1.

Fertilitatis cauſa vocatur Horreum Pariſienſe. vid. du Val. p. 2. ed. Germ. p. 51.

Longitudo ejus progreditur ab Abbeville ad Guiſe.

La-

Latitudo à Bretteuil ad Encre haud procul Corbie.

§. 2.

Dividitur in Superiorem, Veram & Inferiorem: La haute Piccardie comprehendit 1. Agrum Ambienfem feu Amienois, cujus caput Ambiana feu Amiens ad Somonam fl. caftello ab Henrico M. munita civitas, altitudine foffarum fuperbit, Epifcopalis fedes; fanctas veneratur reliqvias v. g. amputatum S. Johannis caput, digitum S. Fulciani &c. 2. Agrum Corbienfem ubi Corbia feu Corbie ad Somonam. 3. Agrum Peguignyenfem, ubi Peguignya feu Pequigny feu Picquegnie, ad eund. fl. 4. Comitatum Veromanduum, Vermandois ubi Fanum S. Quintini S. Quintin, nomen habet à martyre Quintino, olim vocata Augufta Veromanduorum. Ad caudam fl. Somonæ. adde Perone. 5. Comitatum Retelenfem ubi Retelium; Retel. 6. Ducatum Tirafcenfem ubi Guifa, Guife, vetus Patrimonium Fratrum Primogeniti Ducis Lotharingiæ. adde Ripemont.

§. 3.

Veræ Piccardiæ (la vraye Piccardie) partes funt 1. Le Pays de Marqventerre feu Marca Terra; ubi Monftrolium Monftrevil: Judicio Regio fulgens. 2. Pontium feu Ponthieu Comitatus, ubi Abbavilla, Abbeville ad Somonam fl. hujus judicium dependet à Parifienfi, fedes Epifcopalis eft. 3. Vimefium le pays de Vimeu ubi Fanum S. Galarici. St. Valeri.

§. 4.

Inferior feu la baffe Piccardie continet Comitatum

tum Bononienſem, le Boulonnois, ubi Bononia Boulogne ſur mer; hunc comitatum Reges Galliæ tanqvam feudum à B. Maria Virgine poſſident, homagium ei ſolvunt & in recognitionem Cor aureum 2000. Ducatos pendens: vid. Limn. Not. Franc. lib. 6. c. 10. 2. Recuperatam ditionem le pays reconquis ubi Caletum, Calais, Clavis Galliæ. 3. Sanguiterſam ſive Santerre ubi Roye. Beaulieu. 4. Tartenenſem agrum ubi Fera ſive La Fere ad fl. Oyſe; adde Chony. 5. Agrum Laudunenſem ſeu Laonnois ubi Laudunum ſeu Laon in monte. Sedes Epiſcopalis eſt, Epiſcopus inter Pares ſimul refertur & ampullam affert tempore inaugurationis; Tribunal hic eſt ob intereſſe Regis. 6. Comitatum Noviomagenſem ubi Noviomagum Noyon. Sed. Epiſc. ad fl. Oiſe. vid. du Val. P. II. ed. germ. p. 55.

§. 5.

Fluvii ſunt 1. Somona. 2. Oyſe. 3. Serva, qvi duo fl. præterfluunt Feram.

CAP. XXVII.

De

NORMANDIA,

ſeu LA NORMANDIE.

Ducatus hic nomen habet à Normannis qvi habitantes primum in Regnis Arctois, deinceps ſedem huc fixêre. Terminos patitur ab *Ortu*, Piccardiam & Franciæ Inſulam; ab *Occaſu* Oceanum

num Britannicum & partem Britanniæ inferioris. *Meridiem* versus Belsiam seu Beauce. Ad *Septentrionem* spectat eundem Oceanum.

§. 1.

Longitudo ducitur à Cherbourg ad Gisors.

Latitudo verò ab Alançon ad Fescamp, sive à Mortain ab aliis Mortaigne dicta ad Diepe.

§. 2.

Dividitur in superiorem & inferiorem ; In illa sunt tres Ducatus 1. Alenzonius seu d' Alençon. . Aumalius seu de Aumale. 3. Longovillanus se e Longueville. Et seqventes Comitatus 1. d' Eu , de Harcourt. 3. d' Evreux. 4. Traconille. 5. Maleurier. 6. Mortain. 7. Montommeri. 8. Thorigny. 9. Gisors. Nec non rchiepiscopatus Rotomagensis Rouan ; cum iscopatibus Auranche. 2. Constance. 3. Sees. Bayeux, 5. Lysieux. 6. Eureux.

§. 3.

Inferiorem componunt Caletes seu Le Pais de ıx. 2. Biducasses Le Bessin. 3. Constantiense ritorium seu Constantin. 4. Hovivet. 5. Rem Ivetoti, Le Royaume d' Yvetot, &c.

§. 4.

Metropolis Ducatus est Rothomagum seu Rouan, s ArchiEpiscopalis & Parlamenti, ad Seine fl. ris hic conspicitur 550. graduum altitudinis, ı ferunt è stipibus à populo corrogatis ad obtium qvadragenarii jejunii butyri usum ædificaermanis dicitur der Butter-Thurm; reditus ut veri qvid describit du Val. ed. germ. P. II. p. 64.

p. 64. annui aſcendunt ſummam 19. millionum, Oſſa S. Romani maximo in precio hic habentur.

§. 5.

Reliqvæ urbes ſunt 1. *Auranches* ad Mare, ſedes Epiſcopalis; oſtenditur hic infans innocentium qvos Herodes trucidari curavit. 2. *Conſtance* Sed. Epiſc. Tribunal, Rotomagenſe tanqvam ſuperius recognoſcit, qvo & appellationes ab hoc diriguntur. 3. *Sees*, ſed. Epiſc. 4. *Bayeux*, ſed. Epiſc. 5. *Liſieux*, ſed. Epiſc. cujus Epiſcopus Comitem ſe ſcribit. 6. *Evreux*, ſed. Epiſc. qvi itidem Comes eſt. 7. *Caen* ſeu Cadamus, ubi Academia, Metropolis laudatur inferioris Normandiæ, ſummum Tribunal Provinciale hic eſt. 8. *Alençon* ad fl. Sarte, an. 1414. in Ducatum mutabatur. 9. *Mortain*, Comitatum repræſentat. 10. Mont. St. Michel; tempore Ludovici ſancti Regis ſcribunt lapidem ſuper hunc montem è cœlo miſſum inſcriptis literis JESVS, ad curandos cœcos. 11. *Falaiſe* ſeu Faleſia ad fl. Anta. 12. Feſcamp. 13. Vire. 14. Villedieu ubi Eqvites Melitenſes degunt qvoad partem. 15. Harfleur. 16. Havre de Grace, cujus portus recipit claſſem 2000 navium. 17. Dieppe. 18. Coutance; ad fl. Pardo. 19. Carantan. 20. Cherbourg. 21. Valongne. 22. Briquebec. 23. Berneville. 24. Texe. 25. Argentan. 26. Neufchatel. 27. Gournay. 28. Giſors ad Rouan. 29. Andely. 30. Vernon. 31. Mante. 32 Meulan. 33. Honfleur prope Harfleur. 34. Caudebec. 35. du Cler &c.

Regnum Yvetoti comprehenditur parte qvam Conſtantin vocant, hodie Comitatus eſt, num unqvam Re-

gnum

gnum factũ dubitant multi; vid. Becm. hist. orb. terr. p. 169. qvi negantiũ partes potius qvam affirmantium fovens legitur, aliis contrariũ tenentibus, veluti Roberto Cenali Episcopo d' Auranches in tract. de re Gallica; Baptista Fulgoso. Roberto Gaguino in historia de Gestis Francorum lib. 2. fol. 17. ubi inter alia: *Agapeti monitum reveritus Rex capto cum Prudentibus consilio Galteri heredes & qvi Ivetotum deinceps possiderent ab omni Francorum ditione atqve fide liberavit liberosqve prorsus fore, suo syngrapho & Regiis scriptis confirmavit, ex qvo factum est ut ejus pagi & terræ possessor Regem se Ivetoti hactenus sine controversia nominaverit &c.* Ex Historia insuper notum, tempore nuptiarum qvas Henricus V. R. G. celebraverat, Regem qvod Magistri Cemoniarum locum priorem Martino de Bellay, qvi ominum de Ivetot tunc temporis se scripserat, dissarent elocutum seqventia: *Je veut qve l'on donne ce honnorable à mon petit Roy d' Ivetot selon sa alite & le rang qu'il a tenu avant l'année* 1598.

Qvicqvid sit immunitas ab omnibus Galliæ oneus dominis Ivetoti disputari neqvit, qvam Posores hujus terræ à Regibus Franciæ obtinuerunt, entamqve reliqverunt posteritati; qvo nomine ximè veniunt familiæ de Vilaine; de Bauches, de enu, de Bellay & de Crevaut, qvibus ratione hu- Terræ partis, qvæ sub titulo Regni Ivetoti nota, tinuata mansit qvasi terræ inhærens, ita qvidem homagium præstare tenerentur, nec ulla de præda fide promittere; tanta fulgentes authoritate in Regno, qvanta Rex Galliæ in Gallia.

§. 6.

Academia est Cadomi seu Caen ad fl. Olina f. Orne. *Insulæ* sunt Jersey propé Courance. 2. d'Aldernay. 3. Originy. 4. Lescasqvettes. 5. Garnesey. 6. Jersey, qvæ duæ posteriores Anglis parent.

§. 7.

Fluvii : Seine ad Rouan. 2. Sarde ad Alençon. 3 Olina seu Orne, ubi Sagium seu Seez. aliis Sees. 4. Anta ubi Falaise. 5. Pardo ubi Courance. 6. Carantan ad ejusd. nominis civitatem. 7. Vire ubi Vire. 8. Tucca uti Lisieux.

Montes Beaumont, qvi urbi nomen dedit. 2. Montebourg.

CAP. XXIIX.

De

BRITANNIA.

seu de la Bretaigne.

EXpulsi Anglia Britanni hic considentes Provinciæ nomen indiderunt; ab *Ortu* terminatur Normandia, & Cenomannensi Comitatu f. Le Maine, nec non Anjou, ad *Meridiem* habet Poitou. Reliqva duo latera torqventur Oceano Britannico. vid. Schott. Curs. Math. lib. 12. P. II. S. 2. c. 9. §. 15. p. 336. ad differentiam Britanniæ Majoris seu Angliæ vocatur Britannia Minor. It. Cismarina.

§. 1.

Longitudo numeratur à Promontorio le four ad Rennes. *Lati-*

Latitudo ducitur à Nantes ad Dinan:

§. 2.

Metropolis ſuperioris Britanniæ Nannetum eſt ſeu Nantes ad fl. Loire. Sedes veterum Ducum Britanniæ, hodie Epiſcopalis. Anno 1460. Pius II. Papa Academiam fundavit, privilegia Carolus VIII. Rex an. 1491. confirmavit: hic Inſtrumentum Pacis erectum inter pontificios atqve Hugenotas Regni Gallici an. 1567. ſub Rege Carolo IX. confirmatum n. 1598. ab Henrico IV. vid. Grammond. lib. 6.

§. 3.

Metropolis Inferioris Venetorum civitas eſt S. annes ad Mare, ſedes Epiſcopalis, portu gaudet. eliqvæ urbes majores ſunt 1. Redon ſeu Rennes, bs Parlamentaria & Epiſcopalis ſimul. 2. Fanum iocenſe St. Brieux. 3. Fanum Maclovii St. Malo, es Epiſcopalis, celebri munitur portu. 4. Dol. Dinant. 6. Breſt, clavis Regni. 7. Cornevaille, Qvinperlay. 9. Morlaix. 10. Hennebout. 11. ſſon. 12. Fougeres. 13. Guerande. 14. Macou. 15. Roſcou. 16. Vitre, aliis Vitray. Raitz. 18. Triguier. 19. Blavet. Adde S. Paul Epiſc. It. Borveilles ſed. Epiſc. It. Laval. Lamba- &c.

§. 4.

cademia eſt Nannetenſis. Nantes.

ulæ Belle Isle. 2. St. Oveſſant. 3. Molene. 4. Beier, qvæ tres inſulæ interjacent Breſt & Promonm Le four 5. Brehac. 6. Beugor. 7. Genan.

uvii ſunt Loire, ubi Nantes, 2. Rauſa. 3. Ell. llaine, ubi Rennes.

ontes Apremont &c.

CAP. XXIX.

De

PICTAVIA,

ſeu Poitou.

Comitatus hic nomen accepit à Philippo Augusto R. G. hiſtoriam vid. in Atl. Min. P. II. p. 61. & 62. Limites admittit verſus *Ortum* Bituricenſes, Turonenſes & Lemoricenſes. Ad *Occaſum* ſpectat Oceanum Gallicum; verſus *Meridiem* Xaintonge, & *Septentrionem* Britanniam habet Minorem.

§. 1.

Longitudo excurrit à Bourgneuf ad Broſſe.

Latitudo extenditur ab inſula S. Martini ad Argenton.

§. 2.

Metropolis eſt Pictavium, Poitiers, ad fl. Clain, aliis Vienne, magnitudine ſoli Pariſiorum Lutetiæ cedit; Academiam fundavit an. 1431. Rex Carolus VII. & Eugenius IV. Papa; Palatium Galeni Imp. adhuc viſitur, omnia Regni tam qvoad longitudinem, qvam denſitatem ſuperans, nullis inſtructum columnis. Inter veteres Epiſcopos S. Hilarium nunc Patronum ejus, habuit, in memoriam cujus ſtatua ſtat erecta cum inſcriptione: *Divo Hilario Urbis propugnatori fideliſſimo, aſſiduiſſimo, certiſſimo, Pictavorum Epiſcopo;* Collegii Canonicorum Abbas ipſe

Rex

Rex est unde jocus apud Pictavenses, *Abbatem S Hilarii cum Regina concumbere.* vid. Joh. de la Haye, qvi integrum tractatum de hac edidit Provincia.

§. 3.

Reliqvæ urbes præcipuæ sunt 1. Castrum Heraldi seu Chatelleraud ad fl. Vienne. 2. Ricolocus seu Richelieu, à Ludovico XIII. Rege in favorem summi status Ministri, Armandi de Plessis Cardinalis de Richelieu in Ducatum & Pariatum evécta urbs. 3. Duracium seu Thuars ad fl. Toue. 4. Partenay. 5. Niort. 6. Maillezais 7. St. Maixent. 8. Lusignan. 9. Luçon. 10. Fontenay. 11. Ganache ad limites Britanniæ. 12. Argenton. 13. Lovedun. 14. Mirebeau. 15. Montmorillon. 16. Dorat. 17. Roche sur Jon. 18. Rochechavart. 19. Bridieres; Vicecomitatus cum antecedenti. 20. Chauvigni. 21. Charrou. 22. St. Ménin. 23. S. Gillis. 24. Chauteaumur 25. St. Hermine. 26. Montaigu. 27. La Motte. 28. S. Beraye. 29. S. Hilaire. 30. Mortemer. 31. St. Lavin. 32. L' Isle Jourdain. 33. St. Benoit du Saut. 34. Bourg neuf. 35. Meroil. 36. Mervant. 37. Ville faignaix &c.

§. 4.

Academia: Poitiers.

Insulæ, Nermontiers cujus castella sunt le Brée & St. Martin. 2. Isle de Joye 3. Dieu &c.

Fluvii: 1. Clain, ad qvem Poitiers. 2. Vienne ubi Chatelleraud. 3. Tove ad qvem Thuars &c.

Montes. Montaigu. &c.

Cap. XXX.

De

SANCTONIA.

ſeu Xaintonge.

A Populis Xantonibus nomen trahens Provincia, Terminos amat ad *Septentrionem* Poitou & le Pais d' Aulnis, ab *Ortu* Angoumois. Verſus *Meridiem* limitatur Garumna fl. & Burdigalenſib. ad *Occaſum* ſpectat Oceanum Aqvitannicum. Cognomen Provinciæ eſt, qvod dicatur La Perle de France.

§. 1.

Metropolim conſtituit Mediolanum Sanctonum ad fl. Charente, ſedes Epiſcopalis. 2. St. Jean d'Angely ad fl. Boutonne 3. Boutonne ad eund. fl. 4. Brouage ad mare. 5. S. Pons. 6. Cogniac aliis Coſnac. 7. Blaye ubi vectigal nautæ ſolvunt, caſtellum audit. 8. Tailleburg. 9. Angeriac. 10. Chalais. 11. Montlien. 12. Rochefort. 13. Oleron. 14. Souliſe &c.

§. 2.

In tractu Alnetenſi, qvem Le Pais d' Aulnis vocatum Geographi ad hanc referunt Provinciam & terminos ponunt à *Septentrione Ortuqve* Pictaviam, ad *Meridiem* Xaintonge; *Mare* ad *occaſum*; Metropolis eſt Rupella, Rochelle capta an. 1628. à Ludovico XIII. Portu gaudet inſigni, anno 1649. Innocentius X. Papa Epiſcopum hujus loci conſtituit; de hor-

horrenda fame, qva Rupellenses corona circumdati premebantur, & qvomodo tandem se dederint vid. Grammondum lib.18. ad an.1628. p.776. In testimonium devastata urbs adventantibus hanc offert incisam Inscriptionem:

Fusis terra mariqve Anglis, factis sectariorum partibus, victa subditorum rebellantium pervica ia, vero Dei cultu restituto, Oceano compedibus vincto, Rupella in deditionem accepta dubium majoris clementiæ, an fortitudinis exemplo Regibus & Principibus frustra conjurantibus, Victor exercitus Deo Opt. Max. & Ludovico XIII. Galliarum Navarræqve Regi invictissimo, Pio, Justo, Triumphatori hoc munimentum sacravit, Principis decus, terror hostibus, applausus Gallis exemplum posteris, Orbi universo portentum.

§. 3.

De Abbatibus Provinciæ Xaintonge vid. Atl. Min. P. II. p. 68.

De Episcopis vid. Claudium Robest qvi an.1618. jam 68 numeravit.

§. 4.

Insulæ huc pertinentes sunt l' Isle d' Oleron, cujus caput le Chateau d' Oleron portu celebre; adde Fort de la Perotine, nec non Fort S. Denis. 2. L'Isle de Re ubi fortalitium S. Martin.

§. 5.

Fluvii sunt Charente seu Charanton, ubi Xaintes. 2. Boutonne ad qvem S. Jean d' Angely. 3. Seine ubi S. Pons. &c.

§. 6.

Longitudo à nonnullis ducitur à Tonay ad Montigny adjacens oppidum fl. Charante.

Lati-

Latitudinem extendunt à Pons ad Reinbaut, qvod oppidum 2. mill. diſtans à Chalais.

CAP. XXXI.

De

GUIENNA,

ſeu Guienne.

TErminatur hæc Provincia ad *Occaſum* Mari. à *Meridie* montibus Pirenæis. Ab *Ortu* Langvedoc & Qvercy. *Septentrionem* verſus Angoumois & Comitatum d'Aulnis limites admittit.

§. 1.

Longitudo extendit ſe à la Bouchere ad Beaumont. *Latitudo* ducitur à Bigorre ad Bourdeaux.

§. 2.

Dividitur in tres Seneſchallias veluti 1. Bourdelois 2. Baxadois. 3. Landes & qvinqve Epiſcopatus, qvi ſunt Bourdeaux 2. Bazas. 3. Aire. 4. Ays. 5. Bayonne.

§. 3.

Metropolis eſt Burgus Gallorum ſeu Bourdeaux ad Garonne fl. urbs Parlamentaria eſt, Academia celebris, fundata à Ludovico XI. & Eugenio IV. Papa. an. 1473. ſedes Archi-Epiſcopalis; duobus gaudet caſtellis, qvorum unius nomen la Trompette, alterius caſtello du Ha; excepto fortalitio an. 1675. tempore ſeditionis demũ exſtructo, qvo anno ipſum Parlamentum hinc Condomũ transtulit Rex; motus ci-

to oppressi oriebantur, extraordinarii tributi gratia, qvod subditi dare noluerunt seditiosè clamitantes *Vive le Roy sans Gabelle* in ministros Regios variis applicatis injuriis; an. 1689. Ludovicus XIV. R. G. Parlamentum iterum restituit Burdigalensibus, ambitus urbis 2583. Orgyiarum devorat millia, qvas Galli Toises vocant; portu celeberrimo instructa urbs. vid Berwirt. Europa. p.774. &c. Huc præterea pertinent. 1. Rioux 2. Pontensac ad Garonne. 3. Comitatus Benauge, cujus caput Cadillac. 4. Bec d'Ambez ubi Garumna & Dordoigne juncti accipiunt nomen Girundæ. 5. Ebromagum sur Dordoigne. 6. Le Condat. 7. Fronsac ad l'Isle fl. 8. Coutras. 9. Le Pais entre deux Mers.

§. 4.

Alter Seneschallatus est Baxadois, cujus caput Vasatium seu Bazas, sedes Episcopalis; hujus jurisdictioni subsunt 1. Castel Jaloux & Castel Morou in Ducatu Albretano. 2. Reole ad Garonne. 3. Langon portu firmata. 4. Sauveterne &c.

§. 5.

Tertius Seneschallatus de Landes, sede præsidiali gaudet; huic subsunt Aqvæ Augustæ, seu Aqs, f. Ays, seu Dax ad montes Pyrenæos, ubi Episcopus residet: Thermæ urbi nomen dederunt. 2. Bigorre. 3. Les Lanes. 4. La Bouchere. 5. Caberton &c.

§. 6.

Academia Bourdeaux.

Fluvii sunt Garonne ubi Bordeaux. 2. La Doure ubi Dax.

Montes sunt Pyrenæi.

CAP.

CAP. XXXII.

De

VASCONIA.

ſive de Gaſcogne.

HAnc Provinciam Julius Cæſar vocat Aqvitanniam; Vaſcona vero Gens qvæ Cantabrorum qvos Hiſpani inpræſentiarum Vaſcuença appellant, pars erat, devicta hucqve è Pyrenæis ſaltibus abducta, toti Provinciæ ſuum mutuata nomen.

§. 1.

Terminatur ab *Ortu* Qvercy, Rovergue & Langvedoc, verſus *Meridiem* Pyrenæis & Hiſpania. Guienna *Occidentale* latus claudit cum Mari. *Septentrionem* verſus ſpectat *Berigort.* vid. Ad. Min. P. II. p. 68. Alii tamen hanc provinciam adhuc adjiciunt.

§. 2.

Longitudinem habet à Bigorre ad Rhodes extenſam.

Latitudinem verò ductam à Conſerans ad Limoges.

§. 3.

Dividitur in *Vaſcitaniam* les Baſqves, cujus caput ſed: Epiſcopalis ad fl. Adour. Bajona ſeu Bajonne. 2. *Comitatum Arminiacum*, cujus longitudo à Leyrac exit uſqve ad portum Hiſpanicum in Valle d' Aure progrediens, adeoqve 35. mill. latitudo extenſa ab Auvillar ad limites Bearniæ, h.e. 18. mill. metropolis eſt Auguſta Auſcorum ſeu Aux ad fl. Gers, ſedes

ſedes Archiepiſcopalis, Academiam ei adſcribit Auth. Geogr. Stat. p. 296. 3. *Comitatum Bigerrenſem* ſeu Bigorre, cujus caput Tarba ſeu Tarbe ad fl. Adour. 4. Seneſchallia *Aginnenſis* ſeu *Aginois*; caput eſt Aga ſeu Agen, ſedes Epiſc. ad fl. Garonne. 5. *Condomenſum Agrum* ſeu Condomois, ubi caput Condomum ſeu Condom, ſedes Epiſcopalis ad fl. Baiſe, erat noviſſimè Parlamentaria civitas vid præced. capit. Bourdeaux. Addi poteſt Beſſa urbs, qvam memorandam reddit fons acidulus vinoſus, cujus aqvæ ſi tantùm ſextam vini partem miſceas, te crediderís, merum hauſiſſe vinum, nulla miſtum aqva. 6. *Ducatum Albretanum*, longitudo ejus 30 mill. eſt, excurrens oppido St. Eſprit ad Puy-Normand. Caput amat Albret ſeu Labrit; reliqvæ urbes ſunt Nerac, Tartas, Caſtel jaloux; Caſtelnau de Meſmes, Caſtelnau de Cernes, Caſtel Moron, Nogeret, Montreal &c. 7. *Comitatum Convenarum* la Comté de Comminge, cujus metropolis fanum S. Bertrandi ſive St. Bertrand ad fl. Garonne, ſedes Epiſcopalis, condita an. 1100. adhibitis ruderibus Lugduni Convenarum, qvæ caput urbs erat; à S. Bertrando Epiſcopo; urbibus adjice Samatan, ad fl. Save; Muret ad Garonne fl. Lombe ad Save fl. 8. *Comitatum Aſteracenſem* Comté de Aſtarac, cujus caput Miranda, Mirande. 9. *Principatum Bearniæ*, Païs de Bearn, cujus caput Oleron, ſed. Epiſc. ad fl. ejusd. nominis; reliqvæ urbes Leſcar itidem ſed Epiſc. 2.) Pau, ſedes Parlamentaria, & Archi-Epiſcopalis, Patria Henrici IV. Regis, adjacet fl. ejusd. nominis. 3.) Ortes. 4.) Navarreins. 10. *Comitatum Gaurenſem*, la Co-

la Comté de Gaure, cujus caput Verdunum, Verdun ad Garonne fl. 11. *Veram Gasconiam* la vraye Gascogne, ubi Aturus Aire, sedes Episc. ad fl. Adour adde S. Sever. 12. *Comitatum Foix*, cujus urbes Foix & Panier nominantur. Melius refertur ad Languedoc. 13. *Petrocoriensem agrum* Perigord, ubi Petrocorium Perigueux. 14. *Lemovicum*, Limosin, de hoc Ducatu vid. inf. peculiare caput 43. ubi Lemovicum, Limoges. 15. *Cadurcium* Qvercy, ubi Cadurcum seu Cahors. ubi etiam Popie. Castelnau, Povillac vid. infr. c. 43. &c. 16. *Ruteniun* Rovargue, ubi Rudena Rhodes. vid. infr. cap. 46. Pluribus de hac Provincia legi potest Arnoldus Oihenarius in Notitia utriusqve Vasconiæ. Rutenium non omnes hic addunt.

§. 4.

Academia est Aux.

Fluvii Garonne, ubi Agen. 2. Adour, ad qvem Bajonne. 3. Gers ad qvem Aux. 4. Baise, ubi Condom. 5. Oleron, ad qvem urbs Oleron. 6. Pau ad civitatem ejusdem nominis.

Montes Pyrenæi sunt.

CAP. XXXIII.

De

ARVERNIA,

seu AUVERGNE.

Hæc Provincia sita est inter Languedocos à *Meridie*; Lugdunenses ab *Ortu*. Borbonios & Bituricenses à *Septentrione*, Lemovicenses, Petrogorios & Cadurcos ab *Occasu*.

§. 1.

§. 1.

Diſtingvitur in ſuperiorem le haut pais d' Auvergne & Inferiorem le bas pais d' Auvergne; ſive le Bas Duché. *Superioris* caput eſt Florepolis ſeu St. Flour. Sedes Epiſcopalis facta an. 1302. à Papa Bonifacio VIII.

§. 2.

Inferioris caput eſt Clarus Mons ſeu Clermont. itidem ſedes Epiſcopalis, ex fluvii Tiretaine aqvis hic natus cernitur mirabilis pons lapideæ duriciei longus 30. latus 8. & ſex ulnarum craſſus. vid. Schöndorf p. 395. qvem ob hanc rem allegat Becman. hiſt. orb. terr. p. 176. Reliqvæ urbes ſunt. 1. Aurillac, ubi mulierum genus pulchritudine omnes Galliæ totius ſuperat fœminas. Arce prædita urbs cui S. Sephe nomen. 2. Rion. ubi Tribunal. 3. Montferrant. 4. Beſſe ad montem dor. proxime adjacens mons vertice lacum limitat miræ profunditatis, cui non finis eſt, tonitru fulgure micante, lapidem immittenti terrorem incutere fama. 5. Murath. 6. Riom. 7. Tiers. 8. Iſſoire. 9. Achon. 10. Salers &c.

§. 3.

Fluviorum præcipuus eſt Tiretaine ad Clermont. 2. Allier.

Montium nomine venit Dor. 2. Cantelius. 3. Domus.

Cap. XXXIV.

De

LUGDUNENSI TERRITORIO seu Lionnois.

Communiter hodie Provincia dicitur Le Pais & Seneschauceé de Lionnois; ab Italis vero Lion di Francia; habet ab *Occasu* Auvergne, à *Meridie* Langvedoc, ab *Ortu* Dauphine & è *Septentrione* Borbonium ducatum.

§. 1.

Metropolis Provinciæ est Lugdunum Lion ad Rhodanum ad differentiam Lugduni Batavorum seu Leyden. nec non Hispanorum seu Leon. monente Schottio Curs. Math. lib. 12. p. 2. s. 2. c. 9. §. 20. p. 336. Archiepiscopali inclarescit sede, Clemens V. Papa Coronam hic nactus; Prætor Regius hic residet. Emporium opulentissimum audit. Academia adhuc celebrior redditur; Decanus Ecclesiæ St. Johannis Ducali semper fulget dignitate & Canonici Comites dicuntur licet ipse Rex, Principesq; Galliæ alii simul comprehendantur Rhodani pons littora jungit 800. passuum longitudinis. Anno 1689. Sedes Parlamentaria facta à Ludovico XIV. R. G. ferentibus ita novis. Huc etiam pertinent. 1. Chastelay.

hasselay. 2. Dargoire. 3. Argental. 4. St. Piere. Maleval. 6. Fonges. 7. Nonay. 8. Chaumont. 9. t. Julien. 10. St. Just. 11. Ripe de Gies. 12. regna. 13. St. Baudomar &c. Ad hoc oppidum ons apparet dictus fortis (fortaine forte) qui ini penuriam supplet, & si ejus quarta pars mensuræ cujusdam vino misceatur totum vas occupanti, ihil vini deperit sapori: si affundatur farinæ statim fermentat: cibo coqvendo non inservit, avoans, statim propter subtilitatem, salubris interim est ude oppidani raro Medicis utuntur.

§. 2.

Fluvii sunt Rhone & Saone qui se miscent ad Lyon.

Montes duo sunt in ipsa Metropoli.

Academia itidem in Metropoli clara est.

Cap. XXXV.

De

BURBONIO DUCATU Le Bourbonnois.

Borbonium communi appellatione Bourbon civitas 3. mill. à metropoli Moulins distans Provinciæ, Aquitanniæ Regibus debita

persolventi olim, nomen indidit; Terminatur à *Meridie* Lugdunensi Territorio: ab *Ortu* Burgundiæ habet ducatum; *Septentrionem* versus spectat Nivernensem Ducatum. ab *Occasu* Bituriges & Lemovices termini sunt.

§.1.

Longitudo se extendit ab Aynay le Viel ad Bourbon Lancy.

Latitudo à Chantelle le chatel excurrit ad St. Pierre le monstier.

§.2.

Metropolis hujus ducatus est Molinium seu Moulins ad fl. Allier, locus cultrorum & forficum fabrica notus; Tribunal hic habetur; reliqvæ urbes sunt. 1. Bourbon l'Archambant circumdata fl. Chere & Allier. 2. Bourbon Lancy ad Loire fl. 3. Montluçon thermarum locus ad fl. Chere. 4. Donjon. 5. Montmerand. 6. La Polisse. 7. Chantelles le Chatel 8. St. Amand. 9. Gannet. 10. Varennes. ad fl. Allier. 11. Le Mont aux Moines. 12. St. Jean Souvigne. 13. Aynay le Chatel. & Aynay le Viel. 14. Chambon 15. Jaligny. 16. Chatel-le Perron. 17. Chauve-roche 18. Chateau-Morand; 19. Cosne ad Loire &c.

§.3.

Fluvii Allier ubi Bourbon l'Archambant. 2. Loire ubi Bourbon Lancy. 3. Chere ubi Montluçon.

Montes le Mont aux Moines & alii.

CAP.

Cap. XXXVI.

De

NIVERNENSI DUCATU Le Duché de Nivernois.

Noviodunum seu Nivers caput Provinciæ ducatui nomen concessit, terminato ab *Ortu* Burgundia; à *Septentrione* & *Occasu* Ducatu Bituricensi seu Le Berry. à *Meridie* Bourbonio Ducatu.

§. 1.

Longitudo ducitur à la Charité ad St. Lenard.
Latitudinem desumunt ab Anlezy ad Varsy.

§. 2.

Metropoli gaudet Novioduno seu Nevers Sede Episcopali ad Ligerim & Nivernim, unde Civitas Nivers dicta. Reliqvæ sunt 1. Dieza. 2. Clamezyum. 3. Douzyum. 4. Vezelay patria Theodori Bezæ. 5. St. Pierre le Monstier ad fl. Allier. 7. Luyzium. 8. Permecyum. 9. St. Lenand ubi terra venas alit argenti feras. 10. Decisa. 11. La Charit é. 12. Varsy.

§. 3.

Fluvii sunt Loire. 2. Nivernis. 3. Elavere seu Allier. 4. Jeaune.

Montes propter nimiam freqventiam numerari neqveunt.

CAP. XXXVII.

De

BITURICENSI DUCATU Le Duché de Berry.

LImites adſcribunt huic Ducatui *ab Ortu* Ducatum Nivernois; ad *Occaſum* Poitu. verſus *Meridiem* Limoſin, à *Septentrione* Orleans.

§. 1.

Longitudo progreditur à Berry ad Charenton.

Latitudo extenditur à Bridiers ad Selles en Berry.

§. 2.

Metropolis eſt Avaricum ſeu Bourges ad fl. Eura Sedes Archi-Epiſcopalis Academia celebris quã Ludovicus XI. an. 1463. fundabat; imprimis ſtudii Juris hortus erat, agricolis Andrea Alciato, Franciſco, Hottomanno, Jacobo Cujacio & pluribus aliis Receptaculo inſerviebat Carolo VII. R. G. cum ab Anglis adeo premeretur ut in proverbium abierit, vocatus Biturigum Rex, quod ſola ferè urbs hæc illi ſupereſſet: Privilegio gaudent cives quod ſe vocare poſſint Barones. vid L' Oyſeau des Seigneurs c. VII. n. 44.

Ad hunc Archiepiſcopatum ſpectant Comitatus San-

Sancerre & St. Aignan. nec non Baronia Mont faucon cum castellaniis compluribus. Santerræ Castellaniæ sunt Sancergve. Beaufeu. Chapelle d' Angvillon. Le Chatel de Boncard. Jalonges. Tarenay. Verdigny. Meneme. Charentomay. Brie &c. 1. Sancerra ad fl. Coire, gravi Reformatorum obsidione anno 1573. horrendaqve fama in historia innotescit ; vid. Thuan. lib. 55. Atl. Min. p. 2. p. 32. 2. Baronia Montfaucon sive Mons Falconis comprehendit Baugy, Gion. La Fane Lyvron. Cony. Villabon. Seury. Marcilly. Marnay, Farges. Avor. Saligny. Percigny. Cru. Lassax. Boisboson. Nuissemen. Ais d' Anguillon. Sury en Veaux. St. Sœlange seu Palais la Sale du Roy. Bueil. Qvantilly. Pomorigny. Franche Ville. La Chapelle. Nancay. Drye. Leureux. Beaulier. Brecy. Beugy. St. Fleurant. Morthonnier. Marmaignan. Manbranches. St. Ursin. Brilliers. Vatan. S. Satur. Villeneuse. S. Crapaix. La Corne. Bouge &c. 3. Issoudun cujus Baroniæ sunt Chateau roux. Gracay. Ceracay. S. Severe. Lineres Rizay. 4. Argenton Seneschallatus Castellanias habet ad fl. Creuse Sede gaudens ; Bourssac. Chateau Meillant. Mareul. Nessy. S. Sepulchre. Rully. Massy. Cahors. Perouse. Castellet. Masseuvre. Augurande. S. Chartier. Bommieres. Moche. Fully. La Ferté. Nohant. Ville dieu. 5. Dun le Roy sub se habet Chateau neuf ad Car fl. & St. Julien. 6. Vierzon.

ſub ſe habet Champre. Motte d' Aiſy. Saragoſſe. Brivay & Mery. 7. Mehun regit Caſtellanias Love & Foicy. 8. Concourſault comprehendit Vailly. Argeny. Clemont & Beaujeu.

§. 3.

Academia Bourges vocatur.

Fluvii præcipui ſunt Loire. 2. Souldre. 3. Anron ſeu Eura. 4. Chere. 5. Theonne. 6. Indro. 7. Creuſe. 8. Roſe.

Montes minimi momenti ſunt.

Cap. IIXL.

De

BELSIA,

ſeu BEAUSSE.

TErminatur Provincia hæc à *Meridie* Berry. à *Septentrione* Inſula Franciæ. ab *Ortu* Burgundiæ ducatu & Campania; ab *Occaſu* Normandia & Ducatu Turonnenſi.

§. 1.

Dividitur in ſuperiorem in qva Carnutum Regio le Pais des Chartrains, cujus caput Carnutum ſeu Chartres, Druidarum ſedes olim, hodie Epiſcopalis ad fl. doeure, ſive Eure. vid. du. Val. p. 2. ed. germ p. 93. huc pertinent Comitatus 1. Druidenſis la Comté de Dreux, cujus caput Dreux. 2. Montfortius La Gomté de Montfort. cujus caput Montfort.

§. 2.

§. 2.

3. Ducatus Andegavenſis le Duché d' Anjou, cujus termini ſunt à Septentrione Cenomanenſis Comitatus, ab *Ortu* Turonenſis, à *Meridie* Poitou, ab Occaſu Britannia; metropoli gaudet Andegavo ſeu ſeu Angiers, ad hanc confluunt urbem Mayenne Sarte & Loire Fluvii: Sedes Epiſcopalis hic eſt & Academia fundata anno 1364. a Johanne I. aliis Carolo V. adſcribentibus, aliis referentibus ad annum 1389. fundatore Ludovico II. Duce Andium. Reliquiæ maximi momenti rebus annumerantur. Renatus Siciliæ Rex vas illud qvo Salvator utebatur in nuptiis Cananiticis, Epiſcopo huic donabat. hodie Dux Andium ſeu Le Duc d' Anjou eſt ſecundo genitus Ludovici XV. Delphini: urbibus adde 1. Salmuria ſeu Saumur urbs Reformatis ab Henrico III. conceſſa, Academia ab iisdem ornata, ad fl. Loire; viſu digna hic capella reperitur quam La Chapelle de nôtre Dame des Ardillieres incolæ nominant, ubi tot miracula facta ſcribunt: 2. Montrenau. 3. Bauge. 4. Baufort. 5. Briſſac. 6. Monſtreul belay, 7. Malevrier. 8. Chantonceau. 9. Viliers. 10. Duretail. 11. La Fleſche ubi itidem Academia 12. Chateau, 13. Goutier Segre. 14. Loches &c. hic reperiuntur aquæ omnia immiſſa in lapidem indurantia.

Fluvii præcipui hujus Ducatus ſunt Laer. 2. Vigenne. 3. La Viande. 4. Maine. 5. Sarte: huic Duci homagium præſtanſ, non recenſitis minoris notæ, Comes de Maine. Comes de Vendome. Comes de Beaufort & Comes de la Fal: nec

O 5 non

non Comes de Berche cujus præcipuæ urbes Nogent le Retrou. Bellesme & Mortagne.

§. 3.

In Inferiorem seu Moyenne Beausse: cujus partes absolvunt Comitatus Blesensis, la Comté de Blois. 2. Comitatus Dunensis, la Comté de Dunois. 3. Comitatus Tonnoriensis, seu la Comté de Tonnoire. 4. Ducatus Vindocensis, Le Duché de Vendosme. 5. Ducatus Turonensis, le Duché de Touraine.

§. 4.

Comitatus Blesensis caput est Blois seu Blesa ad fl. Loire civium humanitate & linguæ gratia singulari laudata; cognominatur & Regum civitas, qvod sæpius educaverit Principes sanguinis regii, Regumqve tumulus, qvod Principibus fatalis credatur vid. Grammond. lib. 16. hic Guisii extremum viderunt diem, Henricus & Ludovicus fratres: hic Vindocinenses capti duces: Hic Catharina de Medices ultima persolvit. Hic Maria de Medices 1617. mortua; hic anno 1660. Gasto Dux Aurelianensis, patruus Moderni Regis Ludovici XIV. mundana reliquit. vid. Thuan.

§. 5.

Comitatus Dunensis caput est Chaudun ad fl. Loire aliis Chatraudun.

Comitatus Tonnoriensis metropolis est Tonnaire.

Vindocensis Ducatus caput est Vindocinum seu Vendosme ad Loire.

§. 6.

Turonensis Ducatus; cujus caput est Turonum seu

seu Thours ad Loire & Cher fluvios, ob amœnitatē dicitur hortus Galliæ; hinc Carolus V. in Germaniam reversus se qvinqve in Gallia vidisse ajens, interrogantibus respondit Domum, Pagum Hortum, Urbem & Orbem, indicans Rochefoucaut in Santonia domum: Pictaviam, pagum: Turonum hortum: Aureliam urbem: atqve Lutetiam orbem: Sede fulget Archiepiscopali, Conciliorum locus erat, qvorum alterum habebatur sub Alexandro III. alterum damnabat Doctrinam Berengarii. Hic custodiunt Oleum Turonense dictum, qvo Henricus IV. ungi voluit, cum Rhemenses ampullam suam ipsi invidissent. Adest præterea caverna quæ aqvam in varios mutat lapides. Huc etiam trahendum monasterium *Marmontier* qvod ditissimum audit Galliæ item civitates Ambaciæ seu Amboise ad fl. Loire, ubi Carolus VIII. anno 1498. 7. April. inopinata morte sublatus pilam ludere videns; primum Hugenotar. nomen hac in urbe innotuit. 2. Chinon ad Vienne fl. 3. Lodun ad fl. Tover & Orense. 4. Loches ad fl. Indre hic Arx conspicitur à Ludovico XII. exstructa, qva mittuntur qui crimen perpetrarunt nobilioris nominis homines. 5. Chamboues ad Indre fl. 6. Chastillon ad eund. fl. 7. Bleri ad fl. Chere. 8. Mont Richard ad eund. fl. & aliæ.

§. 7.

In Inferiorem seu La basse Beausse, qvæ comprehendit 1. Ducatum Aurelianensem, Le Duché d' Orleans, 2. Ditionem Lorriacam le pais de Lorris.

de Lorris. 3. ditionem Soloniam le pais de Sologne.

§. 8.

Ducatus Aurelianensis; fratri Regis primogenito titulum locat; metropolis est Aurelianum seu Orleans; Sedes Episcopalis ad Loire fl. & Academia celebris anno 1312. à Philippo Pulchro fundata; urbs prima respirandi initia ab Anglorum impetu Gallis dedit, præbita a Johanna d' Arc, rustici filia Lotharingiæ, posthac Puella Aurelianensis nominata; anno 1415. qvæ tamen ab Anglis tandem ob acceptam cladẽ capta publice in foro Rotomagensi combusta fuit; memoriam ejus adhuc qvotannis Aurelianenses celebrant 8. Maji. historiam peculiari tractatu reliqvit Voetius Vol. II. Disp. de sign. & Miracul: Qvattuor Concilia hic celebrabantur, primum sub Clodovæo Rege, alterum sub Childeberto, tertium sub Pelagio Papa; ultimum sub eodem & Clotario Rege. Ponti imposita Mariæ Virginis Salvatorum tenens aspicitur imago, ad unum latus flexis genubus Carolo VII. Rege, ad alterum Johanna d' Arc. Huc porro facit civitas Stampe sive Estampes ad fl. Ivenna. 2. Giamum Gien. 3. Brivadurum Briarc. 4. Cleriacum seu Cleri. 5. Suliacum seu Suly. 6. Jargolium seu Gorgeau.

§. 9.

Academiæ totius Belsiæ sunt 1. Angiers. 2. Saumur 3. La Fleche 4. Orleans.

§. 10.

Fluvii sunt 1. Eure ad qvem Chartres. 2. Majenne 3. Sar-

3. Sartes. 4 Loire qvi tres posteriores confluunt ad Angiers. 5. La Viande. 6. Maine. 7. Cher ubi Tours.

Cap. IXL.

De

INSULA FRANCIÆ

seu de l'Isle de France

HAnc Provinciam in specie Franciam vocant à *Meridie* Belsa terminatum, Normandia ab *Occasu*, à *Septentrione* Piccardia & ab *Ortu* Campania.

§. 1.

Longitudinem ducunt a St. Germain en Laye ad Meaux.

Latitudinem a Charenton ad Senlis.

Comprehendit Comitatum Parisiensem. 2. Ducatum Valesium. 3. ditionem Hurepensium. 4. ditionem Gastinensium. 5. Comitatum Belovacium. 6. Agrum Vexinum.

§. 2.

Comitatus Parisiensis metropolis vulgo nota Parisiorum Lutetia seu Paris, Galliæ Regni compendium, seqvana divisum; dispescitur in tres partes, quarum altera Civitas dicitur *la Ville* septem gaudens portis atqve suburbiis sex; alter Insula, *la Cité* nominata; ultima pars *l' Université* vocatur qvod Aca-

demiam

demiam comprehendat à Carolo M. fundatam anno 796. ſpectatu digna ſunt omnia, imprimis Templum cui titulus Nótre Dame anno 1257. à Philippo Auguſto Rege, altitudinis mille pedum, longitudinis 174. & 60. latitudinis, impoſitum viginti centumqve columnis, Rex perpetuus Canonicus audit; Deinde Palatium Parlamentarium anno 1294. à Philippo Pulchro exſtructum cujus ſtructura artifici divina videtur. Præterea viſui ſatisfacit fanum la Sainte Chapelle nominatum reliquiis plenum Ludovico Sancto proſpiciente Rege. Templum D. Bartholomæi inſuper notatu dignum qvod campana adhuc ſuperſit ſigni loco pulſata cum anno 1572. laniena Pariſienſis perficeretur. Quintò Academiæ duæ introitum ſuadent qvarum alteram Ludovicus XIII. anno 1635. fundabat, quadraginta elegantiam linguæ Gallicæ excolentibus, alteram filius Ludovicus XIV. Mathematicis, Hiſtoricis, Medicis atqve Philoſophiam docentibus, Profeſſoribus, conſtitutis. Sexto Carceris loco majorum gentium natis inſerviens locus Baſtille dictus, Caroli V. anno 1369. fundatoris, ſervando memoriam attrahit oculos. Arces Regiæ tam in quam extra urbem ſunt. 1. Lupara ſeu Louvre in ipſa urbe incendio ex parte anno 1661. tacta, certè ſumptuoſa moles. 2. Arx Fontis bellaqvei ſeu Fontainebleau a limpida fontium ibi manantium aqva a Franciſco I. appellata ad inſtantiam Conjugis Claudiæ exſtructa: Idem locus famoſus eſt ſpectri in vicinis ſylvis diſcurſu, cui Magno Venatori nomen le Grand Veneur,

gre-

crebro exclamanti; M' attendez Vous, vel M' entendez Vous; vel Amandez Vous. vid. Perefixe hist. de Henry IV. ad an. 1599. pag. 293. & 294. 3. Versailles ubi Aula freqventius quam alibi degit. 4. St. Cloud. 5. Bois de Vincennes, St. Germain en Laye 7. Fanum S. Dionisii seu. S. Denys sepultura Regum celebre; pluribus vid. Martinus Zeiler Topograph. Gall. sub tit. Insula Franciæ p. m. 35.

§. 3.

Huc pertinent Noviodunum seu Noyon ad fl. Vores. 2. Alincourt ubi Epitaphium legi meretur, historiam præ se ferens filii cujusdam corpus cum matre ancillam credendo miscentis sibiqve ex matre natam in matrimonium ex ignorantia ducentis,

C'y gist le fils & la mere
La Fille & le Pere
La Soeur & le frere
La femme & le Mary
Et il n'y a qve trois corps icy.

3. Argenteuil, ubi vestimentum Salvatoris superius magni æstimatur illud qvoqve sibi vindicantibus Moguntiæ Clericis. vid. Molinæus in Scuto Fidei. 4. Ruel. 5. Montleheri. 6. Conflans, visitatione regia freqvens celebris locus; inter alia inscriptio hic legitur verbis seqventibus. *Qui ex hac stupenda porticu, tanquam è specula, cadentem Solem fluentem*

Seqvā-

Seqvanam, imperiosam Lutetiam, deniqve Thessala Tempe altera miraris, mirare, ut immota labascunt, agitata manent, imò dum miraris, ipse defluis: Vita enim hæc vapor, & umbra: Ergo &c. 8. Charanton locus erat Reformatorum sacris a Rege concessus, ad confluentes Marne & Seine; notatu digna echo emissæ vocis finalia undecies, integram, licet quatuor Syllabarum, quinqvies reddens. 9. Possiacum seu Poissy locus erat Reginæ gravidæ ante structuram Arcis St. Germani.

§. 4.

Ducatum Valesium seu de Valois constituunt Sylvanectæ seu Senlis sedes Episcopalis. 2. Crespiacum seu Crespi. 3. Angy. 4. le pont St. Maxence. 5. Pongoin. 6. Brenonville. 7. Compendium seu Compiegne 8. Magny Torette & Creil.

§. 5.

Hurepensium ditionis seu Hurepoix caput Melodunum est seu Melun, eandem cum Lutetia insulam laudans; huc pertinet Corbolium seu Corbeil. 2. fons bellæ aquæ seu Belle-eau. 3. ex Briensi Comitatu Meldæ seu Meaux. 4. Castrum Theodorici seu Chateau Thierry. 5. ex Piccardia Laon Chaulny.

§. 6.

Gastinensium ditionis seu Gastinois partes sunt: Ducatus Stampensis & Nemurcensis nec non comitatus Rupis fortis seu Rochefort, capita sunt Stampæ seu Estampes ad Juenna fl. 2. Nemours seu Nemurcium ad Lonam fl. 3. Rochefort, ad Gastinenses porro spectant. 1. Millio. 2. Moreto. 3. Montargium seu Montargis. 4. Lorvis.

§. 7.

§. 7.

Comitatus Beauvais, seu *Belovacensium*, metropolim habet Bellovacum seu Beauvais huc facit Claremontium seu Clermont.

§. 8.

Agrum Vexinum seu Vexin le françois, caput habet Pontisara seu Pontoise. 2. Medunta seu Mante. 3. Manterau fauryonne ad Seine fl.

§. 9.

Academia nomine hic venit Parisiensis.

Fluvii præcipui sunt 1. La Seine. 2. Voces ad qvem Noyon. 3. Marne ad Charanton. 4. Juenna ad qvem Estampes.

Montes non nisi circa Argenteuil conspiciuntur & Senlis.

CAP. XL.

De

CENOMANENSI COMITATU, Le Maine.

§. 1.

Comitatui nomen natum à metropoli Mœnia seu Maine, nunc in Ducatum evecto hodiè Cenomanum seu le Mans caput audit: Sedes Episcopalis & Præsidialis.

§. 2.

Termini Provinciæ sunt ab *Ortu* Beausse, seu Belsia

sia à *Septentrione* Normandia. Ab *Occasu* eadem, cum Brittannia Minori. A *Meridie* Anjou.

§. 3.

Longitudo ejus progreditur à La Val. prope Maine fl. usqve ad Loge prope Le Mans oppidum.

Latitudo se extendit à Sable ad S Leonart.

Huc pertinent La Val cum Marggraviatu. 2. Sable cum Baronia. 3. Bellemontium seu Beaumont cum Ducatu: qvi etiam ad Belsiam alias refertur. 4. Castrum ad Lædum seu Chateau de Loir. 5. Meduana seu Mayenne, ad Meine fl. cum Ducatu ad Guisios olim spectante.

Fluvii sunt Meine. 2. Sarte. 3. Loire.

Montes ferriferi sunt qvam maxumè.

CAP. XLI.

De

LEMOVICO COMITATU, seu

La Comté de Limosin.

TErminatur à *Septentrione* Blesois & Berry Ducatibus; *ab Ortu* Borbonio; à *Meridie* Auvergne; ab *Occasu* Perigort & Poitou. Metropolis est Lemovicum seu Limoges ad fl. Vienne, sedes Episcopalis; huc pertinet porrò 1. Userche, sed. Episc. proverbium hic notum: *Qui a maison a Userche,*

che, a chateau en Limosin. 2. Tutela sive Tulle itidem sedes Episcopalis undiqve cincta montibus. 3. Briva seu Brive la Gaillarde, sedes olim S. Antonii de Padua. 4. Vice-comitatus Turenius, qvi nomen dedit Mareschallo Turenio, Vi- Comte de Turenne; caput est Turene. 5. Grammont. 6. Belac. 7. Le Dorat. 8. Aixe. 9. S. Junien. 10. Glenic. 11. Confoulan. 12. Barat. 13. Boisson.

Latitudo se extendit à Brive ad Glenick.

Longitudo verò Consulan ad S. Amand usqve excurrit.

Fluvii sunt 1. Vienne ubi Limoges. 2. Vezere, ubi Userche seu Usarcha.

Montes metalla alunt, qvidam argentum.

CAP. XLII.

De

PETROGORIO,

seu BERIGORD.

SEdes hujus Provinciæ est inter Lemovicum; Quercy, Gascogne, Xaintonge & Angoumois; montosa atqve Petrea est; caput habet Vesunam Petrocoriorum seu Perigueux, cujus jam supra cap. 32. facta mentio, Episcopus hic subest Burdigalensi; reliqvæ urbes sunt 1. Miramont; nomen habens à ductu subterraneo 6. mill. longitudinis. 2. Bre-

gerac ad fl. Dordonie. 3. Sarlat ſedes Epiſcop. & Præſidialis. 4. La Force.

Fluvii nomine venit Dordonne. 2. l' Isle ſeu Ello ad qvem Berigueux, 3. Vezere ad qvem Terraſſon,

CAP. XLIII.

De

CADURCIO,

ſeu QVERCY.

PRæcipua Provinciæ urbs eſt Cadurconum ſeu Cahors ad fl. Lot, Academia & Epiſcopali ſede clara. Reliqvæ ſunt 1. Montalbanum ſ. Montauban, qvæ aliqvot pontificiæ religionis Gallorum obſidiorum fortiter ſuſtinuit nim. anno 1562. 1563. & 1621. vid. Grammond. lib. 10. init. & lib. 18. fin. ab initio itidem Academia inclaruit, docente hic Daniele Chamiero Reformatorum Doctore, cujus memoria ideo ſervanda, qvod eo die, qvem ſibi prædicebat fatalem futurum, globo tormentario litera C, notato vitam ſtratus obierit. 2. Moiſſac. 3. S. Cere. 4. Martel ad Dordonne. 5. Nau de Montmirail. 6. Figeac &c.

Academiæ hic ſunt Cahors. 2. Montauban.

F*luvii* 1. Lot, ad qvem Cahors 2. Dordonne ad qvem Martel. 3. Rivulus ad S. Cere, qvi aurum vehit.

CAP.

CAP. XLIV.

De

RUTENIO,

ſ. ROUARGOIS.

MOntoſa regio alias dicitur La Seneſchauſſée de Rouargues. Diviſa in Superiorem & Inferiorem; Præcipuæ urbes ſunt Rodez ad fl. Aveyron. 2. Vabres. Utraqve ſede Epiſcopali celebris. 3. Ville franchet, ubi fortalitium à Ludovico XIV. exſtructum. 4. Nayac. 5. Caſtellum Severac. 6. Milhaudan ad fl. Tarro.

Fluvii ſunt Aveyron. 2. Tarro.

CAP. XLV.

De

MARCHIA,

ſeu La Marche,

FRigida regio ſed amœna; caput eſt Gueret, ubi honeſtiores mortalium in cuſtodiam commiſſo delicto traduntur. Dividitur in Superiorem & Inferiorem; illius caput uti dictum eſt Gueretum, hujus verò Ballacum ſeu Bellac. v. Reichelt, Geogr. pag. 57.

Cap. XLVI.

De

BARRENSI DUCATU, ſ. Bar le Duc.

Diſtrictus hujus Ducatus Barrois vocatur, metropolis Bar le Duc dicitur ad fl. Ornain, olim pertinuit ad Duces Lotharingiæ tanqvam feudum Gallicum, nunc vero illis ademptum vi, art. 63. pacis Pyren. ita dicitur ad differentiam Bar ſur Seine & Bar ſur Aube oppidorum Campaniæ : Spectat autem hic Ducatus ad Lotharingiam. Becman. hiſt. orb. terr. p. 181.

Cap. XLVII.

De

BURGUNDIÆ COMITATU, ſ. La Franche Comté.

§. 1.

Hunc comitatum feudi titulo Hiſpaniæ Rex ab Imperio R. Germ. recognoſcens relinqvere Gallo cogebatur per Transactionem : de an. 1678. Liber dictus fuit, qvod feudum liberum à præſtatione ſervitiorum audiverit. vid. Schiflet. in Alſat. Vind, c. 11. ſ. 71. qvod terminos attinet, habet ab

Ortu

Ortu Helvetiam. Ad *Occasum* Burgundiæ Ducatum, ad *Meridiem* Sabaudiam & *Septentrionem* versus Lotharingiam & Alsatiam. Ejus Longitudo æstimatur 90. mill. germ. Latitudo vero 60.

§. 2.

Dividitur in tres Diœceses 1. Dolanam 2. Superiorem. 3. Inferiorem. Baillage de Dole. Baillage d' Amont, & Baillage d' Aval. Dolonæ caput est Dola seu *Dole*. ad fl. Dub. Superioris caput est Salinæ *Salins* à salsis ad fl. Forica denominata fontibus, à qva & Domini Salinorum Reges Hispaniæ, aliqvando se scripserunt. Inferioris metropolis est Vesulinum seu *Vesoul*: huc pertinent præterea 1. Quingeum seu Quinge. 2. Ornacum seu Ornans. 3. Grajum seu Gray. 4. Arbosium seu Arbois. 5. Polichnium seu Poligny. 6. Fanum S. Claudii seu S. Claude. 7. Vesontium seu Besanzon, Academia & Archiepiscopali clara sede, qvæ non amplius libera Imperii civitas, sicuti erat cum anno 1668. Ludovicus XIV. eam obsideret, Regi Hispaniæ, jam loco Franckentalii tunc temporis concessa. vid. Diar. Europ. ad an. 1668. f. 145. 8. Nozerethum seu Noseroy. 9. Luxeul. 10. Comites, Barones, Abbates &c. qvi ad hunc Comitatum referuntur, continet Atl. Min. P. II. p. 95. & 96. Peculiari tractatu alias hunc Comitatum descripsit Ludovicus Gollusius gallica litera.

§. 3.

Fluvii sunt Alduabis seu Doux germ. Dub. ortum trahens è monte Läberberg ad oppidum Mota,

2. Lougnonius seu Lougnon. 3. Danus 4. Lupo seu Love. 5. Araris seu Saone, ubi Graye.

§. 4.

Montes: pars Juræ seu Leberberg. 2. Alius est ad Syrodo oppidum, in quo Dani fontes. 3. S. Anna 4. La Montaigne d'Orée ad Salins.

§. 5.

Academia Vesontii est fundata à Ferdinando I. Imperatore.

CAP. XLVIII.

De

LOTHARINGIA,

La Lorraine.

NOmen habet Provincia à Lothario Rege, filio Lotharii II. Imperatoris, & Ludovico Pii nepote; Historiam exhibet Chronicon Charionis in vita Ludovici Pii; olim Regnum erat, in præsentiarum insignitur non nisi Ducatus titulo: Fines habet ab *Ortu* Alsatiam, à *Meridie* Burgundiam, ab *Occasu* Campaniam seu Champagne, à *Septentrione* Luxenburgico Ducatu atqve Electoratu Trevirensi clauditur.

§. 1.

Ejus divisio fit in tres Ballivias, Baillage de Nancy, Bailliage de Vaudrevange & Baillage de Vauge.

§. 2.

§. 2.

Longitudo se extendit à Neufville ad Salm.
Latitudo à Plombiers ad Nancy usqve excurrit.

§. 3.

Metropolis est Nancæum seu Nancy Ducum sedes ad Murtham fl. universitate celebris. 2. S. Niclas, ubi S. Nicolai ossibus multus tribuitur honor. 3. Amance qvondam Ducum Lotharingiæ sedes. 4. Diviodonum Mediomatricum seu Metz, sedes Parlamentaria, ab Henrico IV. facta, malè nonnullis credentibus Parlamentum hinc Tullum translatum, Archiepiscopus hic residet, qvi tamen non nisi Episcopus Metensis; Fluvii præterfluentes sunt Moselle & Seille. 5 Verodunum seu Verdun, sedes Episcopi, qvi itidem olim ac Metensis Princeps erat Imperii. 6. Tullum seu Toul ad Mosellam, sedes Episcopalis, sed non Parlamentaria, ut qvidam existimant. Hiqve tres Episcopatus cedebantur R. Gall an. 1648. §. 70. Instrum. Pac. Monast. dudum verò controversia, de Dependentiis agitabatur, sicuti apparet vel ex unico altero Plenipotentiarii Gall. responso de an. 1670. 22. Jan. Ratisbonæ exhibito; Eo tandem res abiit, ut arbitris committeretur Horum verò sententia nimium protracta, proprio motu Christianissimus vocare jussit omnes, qvos sibi subjectos existimabat, ad Cameram Metensem; & sic res substitit; ad annum 1679. usqve qvo per Pacificationem Neomagiensem pro Gallo fuit pronunciatum. vid. Diar. Europ. p. 40. in append. p. 144. 7. Mussipontum seu Pont à Mousson ad Mosellam Academia clara. 8. Rozieres 9. Dienze.

10. Vaudrevange ad Saram. 11. Vauge. 12. Mirecourt. 13. Leſtraye. 14. Remiremont. 15. Le Valde Jou. 16. Eſpinal. 17. Charmes. 18. Fontenay ad Saone. 17. Paſſavant. 20. Ramber Ville ad Montanam fl. 21. Gerbeville. 22. Luneville ad Murtham fl. 23. Blamont. 24. Roan. 25. S. Dieu. 26. Vaudemont ſeu Vaudemontium primogenito heredi Ducis Lotharingiæ Titulum Ducis Vaudemonti tribuit. 27. La Motte. 28. Neuf Chatel. 29. Lindie. 30. Mariemont. 31. Marſal ad Seille fl. 32. Vic. 33. Mayenvic. 34. Sarbruck. 35. Pfaltzbourg. 36. Luxun 37. Saralbe. 38. Magſtad. 39. Houmburg. 40. Nomeny, olim Baronatus, nunc Principatus. 41. Dun. 42. Jamets. 43. Marville en Barois. 44. Zirk. 45. Malatour. 46. Longvvy.

§. 4.

Academiæ ſunt Nancy. 2. Pont à Mouſſon.

F*luvii* præcipui ſunt 1. Moſella ſeu Moſel, fontem habens in Vogeſo, haud procul à fontibus Araris, ad oppidum Buſſan, præterfluit urbes l'Eſtraie. Remiremont, Eſpinal, Charmes, Baton; Tullum, & Mediomatricum; recipit hinc inde fluvios Pronæam, Nemaſan, Suram, Gelbin, Erubrum, Leſuram, Drahonum, Salmonam, Saravum, Aliſontiam &c. 2. Saravus ſeu Sar ortum trahit haud procul à Salins, alluit Sarbrück, Sarburg, Sarvverden, Sarlouis &c. 3. Voloia unionis ſecum vehens. 4. Mortana. 5. Murta. 6. Sella ſeu Seille ad Metz. 7. Nida. 8. Sura. 9. Saone. 10. Modana.

§. 5. *Mon-*

§. 5.

Montes principaliores sunt 1. Vogesus, qvi in valle Liberia argentum alit. 2. Vauge ad urbem ejusd. nominis. 3. Marie Mont ad Marienberg. 4. Grandmont ad urbem ejusd. nominis.

CAP. XLIX.
De
SABAUDIA,
s. Savoye.

§. 1.

HUjus Ducatus incolæ & olim & hodie vocantur Allobroges, adeo ut unum sit Dux sive vocetur Sabaudiæ sive Allobrogum. Princeps Imperii est Sigismundus Imperator Regnum in Ducatum primùm mutavit; in titulo qvo Dux superbit, vocatur etiam Vicarius Perpetuus, S.R.I. & Rex Cypri, unde & in Capella Papali inter capita refertur coronata. vid. pluribus de Sabaudo Schvvederi Introduct. in Jus publ. p. 143. &c.

§. 2.

Terminatur Sabaudia à Vado Sabatio, cujus Plinius lib. 3. meminit nomen trahens, à *Meridie* Delphinatu, & Piemont ab *Ortu*, Valesia & parte Pedemontii, ab *Occasu* Delphinatu & Rhodani parte; à *Septentrione*, Burgundiæ Comitatu, Helvetia & Lacu Lehmanno.

§. 3.

§. 3.

Longitudo excurrit à S. Benoit ad S. Gervais.

Latitudo verò à S. Michel progreditur ad Lacum Lehmannum.

§. 4.

Metropolis eſt Cameracum ſeu Chambery, fratris Ducis Sabaudiæ ſedes, ſed non Parlamentaria, ut qvidam ſibi perſvadent. 2. Montmelian, ubi citadella pro inexpugnabili habetur. 3. Anneçi; ſedes Epiſcop. 4. Conflans. 5. Gilli. 6. S. Genis d' hoſte.

§. 5.

Fluvii ſunt 1. L' arve. 2. Rohne, qvi duo ad Genevam confluunt. 3. Arar. 4. Iſara. 5. Larch &c.

§. 6.

Montes ſunt 1. Mont Melian. 2. Alpes & alii, qvi ob multitudinem nominari omnes neqveunt.

Reliqvas Sabaudi Provincias vid. infr. lib. V. c. 8. §. 3.

§. 7.

Cum Sabaudia tanqvam partes ejus explicantur ſimul Comitatus Genevenſis. 2. Comitatus Maurianenſis. 3. Comitatus Tarantaſius. 4. Marchionatus Suſæ. 5. Lacus Lehmannus.

§. 8.

Comitatus Genevenſis nomen habet à Metropoli Geneva ſeu Geneve, qvæ eſt ſummæ antiqvitatis urbs, cujus meminit Cæſar lib. 1. Bell. Gall. c. VII. §. 1. qvod pontem flumini ad Genevam impoſitum deſtruxerit, ſedes ei eſt ad Lacum Lehmannum, olim

olim Duci Sabaudiæ obediens nunc sui juris adepta anno 1536. libertate, referente Curia Genevensi. vid. infr. lib. 4. c. 13. n. 8.

§. 9.

Comitatus Maurianensis metropolis est Fanum S. Johannis ad fl. Archum, sive S. Jean de Morienne.

§. 10.

Comitatus Tarantasii metropolis est Tarantasia seu Monstiers en Tarantaise, sed. Episc.

§. 11.

Marchionatus Susæ Metropolis est Susa seu Suse ad fontem Doriæ fl. Ammianus lib. 15. hanc urbem Segusionem vocat. Fluvii hujus Marchionatus sunt Doria & Po.

§. 12.

Quod tandem Lacum Lehmannum seu Genevensem attinet, à *Septentrione* Burgundia & Helvetia, ab *Ortu* Valesia, ab *Occasu* Franciæ parte, à *Meridie* Sabaudia terminatum; nomen ducere scribunt à Lehmanno Paridis filio & Priami nepote, ab anno mundi 2994. Longitudo versus Helvetiam ducta 16. mill. est; Sabaudiam, 12. Latitudo 4. mill. portubus gaudet sedecim; scinditur in duas à Rhodano partes retento colore; adjacentes urbes sunt 1. Geneva. 2. Bellerinz. 3. Hermance portus est. 4. Yvoire. 5. Tonon. 6. Evian. 7. Maresch portus. 8. C. de Plonnet. 9. S. Poll. 10. S. Gingo. 11. Vevay portus. 12. S. Saphorin portus. 13. Cuilly portus. 14. Lutry portus. 15. Lausanne portus. 16. Morges portus. 17. S. Prex portus. 18. Aubonne. 19. Rolle ubi vinum generosum

ſum creſcit. 20. Nion portus. 21. Copet portus. 22. Caſtrum d' Aringes. 23. Caſtrum d' Alinges. 24. Caſtrum S. Catherine. 25. Bonne. 26. Chaſtelet. 27. La Roche. 28. Pommiers. 29. Novercy. 30. Croiſelle. 31. Maſteau de Salanove. 32. La bonne ville. 33. Abundance. 34. La Vaux d'Aux. 35. Amey ad fl. Tonne Marigo. 36. Cluſe, ad fl. Arvum. 37. Montaleon ad finem lacus Nicæi, ſeu Lac de Niçy. 38. Conflans. 39. Beaufort. 40. La Chambre. 41. S. Michel. 42. S. André. 43. Laſnebourg ad Arche fl. 44. Auguſta Prætoria, ſ. Aouſt limitare oppidum eſt ad fl. Dorin Baetia.

§. 13.

Fluvii hujus regionis ſunt Rhodanus ad Genevam. 2. Archus ſeu L'Arche. 3. Arvus ſeu L'Arve. 4. Dianſe, ubi Abondance. 5. Tonne manigo ad Amey. 6. Dorin Baëtia ad Aouſt.

§. 14.

Montes ſunt 1. Jura Leberberg / de qvo ſupra cap. 19. §. 23. hujus libri. 2. Mons S. Bernhardi.

CAP. L.

De

ALSATIA,

ALſatiæ limites ſunt: ab *Ortu* Marggraviatus Badenſis, Würtembergicus Ducatus, nec non Briſgoja

Frisgoja, versus *Meridiem* Suntgoviam & Helvetiam; ab *Occasu* Lótharingiam, & ad *Septentrionem* Palatinatum inferiorem, respicit. Nomen deducitur à fl. Ella s. Ill, qvasi sedes ad Ellam. Alii denominationem derivare volunt à freqventi nobilium sede; alii ab ubertate qvod ob productionem omnis generis fructuum nobilissima sedes dici mereatur: à Gallis tota occupatur titulo Landgraviatus, sicut habetur lib. 3. c. 19. §. 44. tractatus, notus est sub tit: Des Seel-zagenden Elsasses Pauli Conradi Balthasaris Hanii impress. Norimb. 1676.

§. 1.

Dividitur in Superiorem & Inferiorem; Inferioris caput est Argentina, seu Straßburg im Elsaß / ad differentiam alterius qvæ in Ukeria, qvæ in Prussia, & qvæ in Carinthia, qvam Rhenus, Ella & Prusca seu Preusch rigant. Argentinæ nomen ei natum existimant qvod Romanorum thesauri fuerit locus; Straßburg inde dictam qvod Attila an. 450. mediam per urbem viam straverit, directis hinc inde ædificiis; aliis nominibus, vocatur Stratisburgum, Stratopolis, Argentoratum &c. Dignum visu templum in Germania facile altissimum das Münster / cujus fundamenta prima an. 504. à Clodoveo Gallor. R. jacta sunt; maxima ex parte, è ligno mole exstructa; an. 1015. aliud fundamentum profundius stratum per 424. annos fasto hoc opere lapideo ad hodiernam perducto perfectionem, altitudo 635. gradibus in auram tollitur. Academiarum alteram an. 1621. Ferdinandus II. fundavit; alteram Ludovicus XIV. R. G. an. 1685, erexit concessis omnibus privi-

privilegiis qvibus prior gaudet. Primus Rector erat Jean The Gesuita Gymnasii an. 1558. instituti primus Rectoratum gessit Johannes Sturmius. ; primus Consul an. 1333. eligebatur Burckardus Ticieger ; sedes Episcopalis facta à Dagoberto XI. R. G. Primus Episcopus erat Amandus. Modernus est Wilhelmus Egon de Fürstenberg, Cardinalis, qvi Electoratum Coloniensem an. 1688. prætendebat : Residentia est Tabernis Alsaticis zu Zabern. An. 1672. 14. Nov. st. n. Galli pontem junctum Rheno 3794. pedum longum (teste Limn. de J. P. Tom. 4. p. 154.) flammis qvoad partem subdiderunt, hunc restauratum. Anno 1681. 30. Sept. ipsa Civitas Ludovico XIV. cessit; Ejus Præfecturæ sunt tres Barrensis, Waslenheimensis & Illkirchensis ; qvod oppidum notam meretur conventionis gratia Gallorum cum civitate Argentoratensi an. 1681. 29. Sept. initæ, vi cujus dicta civitas Ludovico M. cessit ; reliqva oppida sunt 1. Tabernæ Alsaticæ seu Zabern, sedes Episcoporum Argentinensium ; distincta à Tabernis montanis seu Bergzabern, & Tabernis ad Rhenum, seu Rhein-zabern; Castello firmatur. Anno 1532. Wilhelmus III. Episcopus Argentinensis & Comes Hohensteinensis montem perfodi curabat, viam facturus, cui hodie nomen Zaberische Steg ; adjacens castrum Hohenbaar dicitur. A. 1675. 15. Julii Gallis cessit. 2. Molshemium, sedes Canonicorum Argentinensium: Academia floret. 3. Kirchheim, ubi Dagobertus M. R. G. aulam habuit vivente Patre. Hæc duo oppida an. 1675. à Comite Montecuculio capta sunt.

sunt. 4. Dachstein. 5. Benfeld. 6. Hagenoa seu Hagenau ad Matram seu Motter fl. & Sorram seu Sore. olim una erat X. civitatum Alsatiæ Imperialium, qvarum reliqvæ sunt Colmaria. Selestadium, Weisenburgum, Landavium, Keysersberga. Ober-Ehenheim seu Obernæa; Roshemium. Turckheim. Monasterium in valle S. Gregorii vid. Limn. ad Capit. Leop. art. 8. Rhet. Inst. I. P. l. 1. T. 18. n. 11. 7. Andlau ad fl. ejusd. nominis, monialium sedes, qvarum Abbatissa, Princeps Imperii. 8. Bernstein. 9. Bersch. 10. Kestenholtz. 11. Dambach. 12. Epfig. 13. Mutzig. 14. Erstein. 15. Westhoffen, ubi Judæorum Synagoga. 16. Waslenheim. 17. Buxovilla seu Busvviler, qvæ civitas caput est Comitatus Hanoici. 18. Bischvviler, ubi aula Ducis Birckenfeldensis Christiani. 19. Ingvviler. 20. Lichtenberg. 21. Pfaffenhoven ad Moter fl. 22. Reichshoven. 23. Hochfelden. 24. Barr, sedes præfecti Argentinensis. 25. Marlenheim ubi prænobile crescit vinum.

§. 2.

Caput Alsatiæ superioris est Colmaria, seu Collmar/ ad Ellam fl. porro huc spectant 1. Harburg, Castrum, ubi Dux Montis Beligardi modernus Georgius aulam habuit. 2. Selestadium seu Schletstatt. 3. Rubracum seu Rufach, ad fl. Ombach. 4. Eisenburg castellum. 5. Turckheim 6. Keisersberg ad fl. Weis. 7. Rochspoletum seu Rappolsweyer tribus ornata arcibus. Sicuti Reichenweyer tribus uno cœmiterio instructis templis; juxta tritum:

Drey Schlösser auf einem Berge/
Drey Kirchen auf einem Kirchhofe/
Drey Stätte in einem Thal
Ist das gantze Elsaß überall.

8. Murbacum seu Murbach / cujus Abbas Princeps S.R.I. vid. l.4.c.21.§.8. 9. Gebuiler ad fl. Lauch. 10. Monasteriũ in valla Gregoriana, Münster in S. Gregorien-Thal/ itidem sedes Abbatis. 11. Ensishemium s. Ensisheim / nonnullis Alsatiæ superioris caput audit; anno 1658. 4. Nov. (& non 1657. aut 1659. ut nonnulli existiment,) à Ludovico XIV. G. R. sedes Parlamentaria facta pro rebus Alsaticis ; Camera Brisacum nunc translata. 12. Schönsteinbach. 13. Mülheim. 14. Rixen. 15. Hüningen / fortalitium Gallorum. 16. Hohenlandesberg / castellum. 17. Hohen-Königsberg. castell. 18. Sultzberg. 19. Stauffen.

§. 3.

Domini qvorum territoria Alsatiam componunt præter dictas civitates sunt 1. Comites de Hanau. 2. Abbas Murpacensis. 3. Abbas Monasteriensis in valle Gregoriana. 4. Episcopus Argentinensis. 5. Duces Birckenfeldensis, & Mompelgardensis. 6. Domini de Rappolstein. 7. Domini de Fleckenstein. 8. Abbatissa Antlaviensis 9. Comes Leiningensis, ad qvem Dachsburg spectat &c.

§. 4.

Academia Alsatiæ est Argentoratensis ; aliis & Molshemensis placet.

§. 5.

§. 5.

Montium clarissimus est Vogesus; inter reliqvos eminent in Barrensi Præfectura 1. Mons S. Ottiliæ peregrinationibus religiosis notus, cujus vertici monasterium impositum, ubi S. Ottilia colitur. 2. Blaß. 3. Neuntenstein/ qvi altissimus Alsatiæ, miratu dignam dorso ostendit aqvam, crystallino similis ponderosa admittit qvidem si imitantur, profunditatem tamen æternam reddit, nullo gaudet motu, spongiosa, qvibus circumdatur accessum semper rident; ad genua usqve homines recipit, profundior eos non tolerat, figuram ovalem præbens, mensa parum major. 4. Glöckelsberg. 5. Mons Concordiæ seu Kochersberg. 6. Lichtenberg. 7. Altenberg ad Dorleshemium, nobilissimum vini producens liqvorem.

§. 6.

Fluvii illustriores sunt Rhenus. 2. Ella seu Ill. 3. Prusca seu Preusch. 4. Kintzig. ad Keel/ fortalitium, prope Argentinam, Rheno mixtus. 5. Ombach ad Rufach. 6. Weis ad Keysersberg. 7. Lauch ad Gebwiler. 8. Sorra ad Tabernas Alsaticas. 9. Matra seu Motter ad Hagenoam. 10. Magel ad Roshemium. 11. Egers ad Obernæam. Ellæ fons in Sundgovia est ad oppidum Altkirchen / prope Argentinam unum cum Rheno flumen efficit. vid. Atl. Min. P. I. p. 293.

Cap. LI.

De

SUNDGOVIA,

Sundgovia, seu Sundgau / terminatur à *Septentrione* Alsatia, ab *Ortu* Rheno, ab *Occasu* Gallia, & à *Meridie* Helvetia. Hodiè subest Regi Galliarum, vi Instrum. Pac. Cæs. Gall. de anno 1648.

§. 1.

Comprehendit Comitatus Pfirtensem, Befortensem & Mörsburgensem, nec non civitatem Mülhusiam.

§. 2.

Comitatus Pfirtensis oppida sunt 1. Ferretum seu Pfirt, Basilea distans duobus mill. castello munita. 2 Altkirch ad Ellam fl. 3. Dattenrid. 4. Masmünster. ad fl. Alruna seu Tolder. 5. Tannum seu Thann. 6. Seenheyn. 7. Engelburg castellum, cui vicinus mons est Rang / dictus, nobile producens vinum, nec non fl. Thuno ostendens fontem.

§. 3.

Comitatus Befortensis caput est Befordia seu Befort. 2. Geisenberg. 3. Sontenelle. 4. Bombeyler. 5. Birckveserti. 6. Manaux. 7. Sevonuns. 8. La Syse. 9. Andellenains &c. Hodie hic Comitatus pertinet ad Comitem de la Suse. vid. das Seelzagendr Elsaß. de an. 1676. p. 77. sub rubrica Dattenried.

§. 4.

§. 4.

Mulhusia ad fl. Ellam, civitas S. R. I. ad differentiam alterius Mulhusiæ, dicta Mühlhausen im Sundgow; sedes est dominorum de Rotenburg.

§. 5.

Huc etiam spectat civitas Otmarsen, cujus monasterium Rudolphus Habsburgicus, tempore Henrici IV. comes exstruxit an. 1060. Deinde Rudolphus, Comes Habsburgicus, qvi an. 1273. ad Imperium pervenit, anno præcedenti in civitatem pagum erexit; nomen habet à Marte Deo, cujus Idolum hic venerabatur.

CAP. LII.

De

BRISGOVIA.

HÆc Provincia nomen habet à metropoli Brisaco seu Brisach. Latitudine duo milliaria germ. absolvit, longitudine vero decem. Caput ejus est Mons Brisiacus seu Breysach/ cujus Antoninus in Itinerario meminit, adjacet Rheno; originem debet Valentiniano Imperat. qvi anno 360. eam condidisse scribitur; reliqviis S. Gervasii & S. Prothasii superbit; castrum inviolatum à Bernhardo Saxo-Vinariensi Duce, demum an. 1638. 9. Dec. vice prima occupatum: An. 1642. 3. Jul. juramento fidelitatis Gallorum Regi se obstrinxit, regimine commisso Duci d' Anguien. Anno 1650. Galliæ incorpora-

porata fuit. Historiam latius refert Hanius in seinem Seelszagenden Elsaß p. 24. ad 46. in præsentiarum sedes Parlamentaria, à Ludovico XIV. electa. Reliquæ civitates sunt 1. Friburgum in civitatem evecta à Duce Bertholdo IV. Conradi I. filii, sub Imperat. Henrico V. Academia floret an. 1459. à Paulo IV. P. M. instituta. vid. Atl. Min. P. I. p. 296. alii Authorem vocant Albertum VI. Archiduc. Austriæ an. 1460. vid. Schvved. J. P. p. 315. 2. Huc pertinet Zeringen olim ducibus hujus nominis Titulum præbens. 3. Comitatus Friburgensis. 4. Marggraviatus Hochburgicus. 5. Baroniæ Badenvville, Staufien & Burcken. 6. Villingen. 7. Ortenburg &c. Qvomodo hæc Provincia ad Gallum pervenit, explicatum reperies superius l. 3. c. 19. §. 44.

Cap. LIII.

De

MONTISPELIGARDENSI DUCATU.

OCcidentem versus adjacet Sundgojæ Ducatus Montispeligardensis seu Mumpelgard; metropolis ejus est Mons Pelgardus seu Mumpelgard, f. Montbeliard duobus firmata castellis; hodie à Gallis occupatur, aliàs vindicatur domui Würtembergicæ; modernus Dux exul Georgius est, natus Patre Ludovico Friderico an. 1626. 5. Oct. & ductâ

Anna

Anna Colinia, filia Casparis Ducis Castilionei an. 1648. mortua vero 1680. 23. Jan. reliqvit Leopoldum Eberhardum n. 1670. 21. Maji, cum qvatuor filiabus nim. Eleonora Carola n. 1656. & an. 1672 Sylvio Friderico, Duci Oelsnensi in Silesia nupta. 2. Anna n. 1660. 3. Elisabetha. n. 1665. 4. Hedvvigi n. 1667. ad hunc Principatum spectant loca 1. Harcourt. 2. Clermont. 3. Blamont. 4. Estobon. 5. Chastelot. 6. Tranquemont. 7. Mandeurre. 8. Clereval. 9. Granges. 10. Passavant, necnon Comitatus Harburgensis & Reichenweiler seu Reichenweyer, cœmiterio superstructa tria templa videntur, unde proverbium natum. De qvo lib. 3. c. 20. n. 2. mœnibus an. 1291. à dominis de Harcourt circumdabatur: nobilissimum hic crescit vinum.

Cap. LIV.

De

MAGNA BRITTANNIA.

§. 1.

Color qvo incolæ insularum Hispaniam à Gallia separantium faciem reddere crediderunt atrociorem hostibus, Britanniæ nominis author erat; tincti Brith vocabantur, unde Græci Tania addiderunt regionem significantes vocabulo, ita ut has in-

ſulas vocare cœperit poſteritas Brittanniam qvaſi tinctorum regionem, vid. Atl. Min. P. I. p. 13. Magna hodiè dicitur ad differentiam minoris qvæ Galliis paret.

§. 2.

Inſulæ Britannicæ dividuntur in Majores & Minores; Illarum nomine venit Anglia, Scotia & Hibernia. De Minoribus poſtea dicendum ſeq. cap. 56. Veterum Brittannicorum Cæſar l. 5. de bello Gall. c. 12. § 3. ita memor ſcribit: *Hominum infinita multitudo creberrimaqve ædificia ferè Gallicis conſimilia: pecoris magnus numerus, utuntur aut nummo æreo, aut annulis ferreis ad certum pondus examinatis pro nummis, naſcitur ibi plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum, ſed ejus exigua eſt copia, ære utuntur importato, materia cujusqve generis, ut in Gallia eſt, præter fagum atqve abietem, Leporem & gallinam & anſerem guſtare, fas non putant, hæc tamen alunt animi voluptatisqve cauſſa* &c. JacobusVI. Rex eſt, qvi ſub initium hujus ſeculi Angliæ Scotiæq; Regna conjunxit & M. Brittanniæ dominum ſe nominabat; cum antea una eſſet inſula Albion; Schott. Curſ. Math. l. 12. p. 2. S. 2. C. 24. §. 9. p. 353. Du Val. P. II. p. 399. Henricus II. Hiberniam adjecit. Becman. hiſt. orb. terr. p. 557. vid. infr. c. 57. §. 8.

§. 3.

Porrigitur Brittannia in longum à Tarvidio ſeu Orcade Promontorio incolis Dunsbyheat ad Dubrim portum, vulgò Dover, h. e. mill. germ. 150.

Latitudo maxuma patet inter Dubrim ac Boleriu[m]

rium promontorium, vulgò the landes end. nim mill. germ. 70. Cluver. Intr. Geogr. l 2. c. 19.

§. 4.

Forma se cuneat in tres angulos triqvetra, qvorum unus Septentriones prospicit, mareqve Hyperboreum vastissimum; Belgas ac Rheni alter ostia; tertius Hispaniam; tria promontoria vocantur 1. *The cap of Cornwall.* 2. Alterum in Scotia *Northforland.* 3. Tertium *Tarvisium s. Orcas.*

§. 5.

Ad *Occasum* adjacet Hibernia & Oceanus Hybernicus, à *Septentrione* Caledonio rigatur, ab *Ortu* Germanicus se movet; à *Meridie* Britannicus adest, ubi fretum Gallicum inter Dubrim & Bononiam; Martianus magnitudinem ad 382500. stadiorum refert. Schottius l. c. ambitum ejus constituit 1836. milliariorum.

De Divisione veteris Brittanniæ, fluminibus, oppidis, incolisqve vid. Pauli Jovii descriptiones Brittanniæ, Scotiæ, Hiberniæ &c.

CAP. LV.

De

ANGLIA.

CUm dictum sit insularum Britannicarum qvasdam Majores qvasdam minores, illarumqve nomine Angliam, Scotiam atqve Hiberniam venire; præsenti capite Anglia occurret exponenda

nenda. Nominis variam proferunt rationem, qvidam dictam credunt ab angulo, qvasi mundi angulum; qvidam à populis Angliæ in Dania provinciæ, vulgo Engeland / huc habitantibus, subacta Brittannia, auxilio Saxonum;

§. 1.

Terminos *Septentrionales* patitur Tuedam & Solvejum fluvios, qvi Angliam Scotiamqve separant à se invicem; versus *Meridiem* limitatur Gallia & Oceano Brittannico, ad *Occasum* Irrlandia & Oceano; ab *Ortu* adjacet Germaniæ.

§. 2.

In *Longitudinem* à Waymouth promontorio prope Doreestriam ad Barricum oppidum in finibus Scotiæ, milliaria germanica 80. se extendit.

Latitudo ab oppido S. Davidis ad oppidum Yarmouth milliaria circiter 60, à promontorio verò the landes end ad Dubrim oppidum est 70. mill.

§. 3.

Academiæ Angliæ sunt Oxonium seu Oxford. 2. Cantabrigia seu Cambrigde 3. Londinum seu Londen.

§. 4.

Fluvi Regni hujus præcipui sunt Tamesis seu Tems seu Tames ad Londinum. 2. Sabrina Savern. 3. Humbrus seu Humber. 4. Trenta. 5. Ousa. 6. Garienis. 7. Hulla. 8. Tvveda. 9. Tilli. 10. Avona. 11. Vaga.

§. 5.

Portus nobiliores sunt 1. Daverius seu Dover in Comitatu Cantii. 2. Mountzbay in Cornvvallia. 3. Valemouth. 4. Torbaji. 5. Southantonensis &c. plures habet Becman. hist. orb. terr. p. 116. Cluver. Intr. Geogr. l. 1. c. 22.

sunt;

§. 6.

Insulæ clarioris notæ anglico litori appositarum sunt: ab Occasu Mona seu Man. 2. Menapia seu Anglesеu. 3. A Meridie vectis seu Wight &c.

§. 7.

Archiepiscopi Angliæ duo sunt Cantuariensis, qvi Regni Primas & sub se habet 22. Episcopos, residentin urbe Cantuaria seu Canterbury. Alter est Eboracensis in urbe Eboraco seu York, cui obediunt 3. Episcopi.

§. 8.

Qvod Justitiam attinet administratur vel in Ecclesiasticis vel Politicis, res ecclesiasticæ pertinent ad forum Ecclesiasticum, h.e. conventum Episcoporum; res seculares vel ad forum Juris vel ad forum æqvitatis; *Forum Juris* constituunt 1. Bancus Regius. 2. Curia Cameræ stellatæ. 3. Bancus communis. 4. Scaccarium. 5. Curia Wardorum & Liberationum. 6. Admiralii. 7. Assisæ. *Forum æqvitatis* conficitur à Cancellaria. 2. Curia Reqvestarum & Conciliis Walliæ, nunc de singulis pauca;

§. 9.

Bancus Regius est Senatus Magnatum Regni, cujus præses ipse Rex est, hicqve tractantur, qvæ ad publicum bonum faciunt negotia.

Camera stellata seu Curia Consilii regii judicat in criminalibus.

Bancus communis lites subditorum dirimit qvotidiè obvenientes.

Scaccarium res fisci determinat.

Curia Wardorum res pupillorum finit.

Curia Admiralii lites marinas dissolvit.

Assisæ

Assisæ sunt Judicia Provincialia, qvorum præsides dicuntur Assisæ justitiarii, assessores verò Eirenarchæ seu Pacis Justitiarii, eorum munus est judicare & in civilibus & criminalibus.

§. 10.

Cancellaria nomen à præside Cancellario habet; hoc in Senatu latæ sententiæ executio mitigatur.

Curia requestarum pauperum & ministrorum regis causas [illegible]minat.

§. 11.

Summum Regni caput est Rex, cujus potestas hodierna publicæ præsenti anno cognitionis facta à Jacobi II. Regis, Secretario Thoma Schmith; qvi simul J. V. D. & ex ordine Regni Judicum: ubi docet.

1. Qvod solus gaudeat Jure Belli, Pacis, Fœderum & Induciarum; ita tamen ut & intimi senatus sententiam exaudiat.

2. Si nolit, non teneatur ulli detegere qvid cum Legatis tractet, qvid aliis scribat, & qvænam ab aliis scripta accipiat; communiter tamen maximi momenti aut universo secretiori Senatui aut membris solummodo qvibusdam Ejus, communicet negotia.

3. Si qvendam vita ob patratum crimen indignum judicet, ea privetur absqve ulteriori processu.

4. Jus monetandi solus habeat, ita ut ratione formæ ponderis, materiæ, valoris &c. solus disponere qveat; omnis nummus effigie Regis insignitur.

5. Conditas leges examinet, suadente æqvitate seve-

ſeveras reddat mitiores, pœnasqve dictitatas leviores transgreſſoribus, ſi ſint pecuniariæ ad ipſum ſpectantes.

6. Conferat maximæ conſeqventiæ dignitates, & pro lubitu, vacante ſede, poteſt novum eligere Epiſcopum, novum Baronem, novum Nobilem, ut fungatur defuncti officio.

7. Decimas & primitias omnium fructuum Eccleſiaſticorum ſibi vindicet exceptis Academiarum & qvorundam Collegiorum.

8. Omnia Edicta, Mandata, Exemptiones &c. fiant & publici reddantur juris, Regis nomine.

9. Nemo niſi Rex jure fruatur aggratiandi nec crimina ultimum ſupplicium petentia patrantes, morte puniendi.

10. Tutor exiſtat omnium qvi ab Eo terras conduxerunt, qvi hec matrimonium ſine ejus conſenſu inire valent.

11. Directorium exerceat in bonis naturali fatuitate damnatorum, aut qvi magia qvadam fatui & non ſanæ mentis fiunt.

12. A ſubditis non niſi fluxo genu ſervitia accipiat, nec regium intrandi conclave fruantur jure Angli, abſente qvoqve Rege, tecto capite. Hæcce Schmithius protulit: dantur interim adhuc alia jura qvæ Rex ſibi vindicat v. g.

13. Qvod non poſſit errare.

14. Qvod de factis ſuis nefas ſit diſputare.

15. Qvod ſolus Parlamentum convocare qveat (interim illud pro lubitu abrogare neqvit, ut exiſtimat. non nemo.)

16. Qvod strumosus tactu solo sanandi polleat facultate. vid. Thulden ad an. 1660. p. 413. Du May Etat de l' Empire. Becman. hist. orb. Terrar. p. 593.

De reliqvis Reservatis loqvuntur integri tractatus & corpora Leges Anglicanas referentia.

§. 12.

Rex Angliæ nota fulget *Defensoris Fidei*, hanc accepit primùm Henricus VIII. à Leone X. Pontif. Rom. qvod librum typis subdidisset adversus Lutherum de VII. Sacramentis, cùm inscriptione *Anglorum Rex Henricus, Leoni mittit hoc opus, Fidei & amicitiæ testem.* Authenticum Vaticana adhuc ostendit; Bullam Leonis exhibet Becman. Notit. dign. Illustr. p. 50. & 51.

§. 13.

Coronatur ab Archiepiscopo Cantuariensi, Regina ab Eboracensi, qvamqvam ex actu coronationis novissimæ apparet, Reginam diadema accepisse ab Episcopo Lundinensi anno 1689. 21. April. Regem verò à dicto Archiepiscopo Cantuariensi. Et notandum Reges non semper fuisse coronatos, exemplo sunt Carolus II. & Jacobus II. nuper depositus.

§. 14.

Sicuti hodierno die ad substantiam Authoritatis Regiæ in politicis Coronatione opus est ita in Ecclesiasticis ut eandem habeat Rex Majestatem, Unctionē necesse habet, qvæ nuperrimè facta ad altare ab Archiepiscopo Cantuariensi, adstante Episcopo Ampullam tenente; primo Regis ungebantur palmæ, deinde pectus, postea humerus, qvarto loco cervix, insu-

insuper brachia & qvidem in partibus tantùm, qvas flectere potuit tandem in vertice capitis.

§. 15.

Unctionem & Coronationem præcedere solet Juramentum Regis qvod exigit ab Eo Archiepiscopus Cantuariensis in Templo, finitis sacris, contenta juramenti nuperrimi erant 1. num velit Populum Anglicanum regere juxta leges & statuta Regni? 2. Num leges florere sit facturus, & qvæ svadent exerciturus? 3. Num protegendi animum Ecclesiam habeat Protestantium religionis? 4. Num defendere cogitet membra Ecclesiastica Regni Eorumqve privilegia? 5. Num Evangelii doctrinam tueri legemqve divinam pro viribus observari velit? ad qvæ Rex tacto Evangelio respondit: *Qvæ interrogata audivi & percepi, spondeo me facturum, ita me Deus adjuvet.*

§. 16.

Præstito Juramento, proceditur ad Unctionem, qvæ facta & fieri solet uti præced. §. 14. monitum: Unctione similiter peracta, Rex

1. Cingitur Gladio ad defendendum pios & puniendum malos.

2. Ornatur genere fasciarum albi coloris, qvas Amarille dicunt, ut semper memor sapientiæ divinæ sit, per qvam cuncta peragantur.

3. Pallio circumdatur ex auro confecto, qvadratæ formæ, ut sibi ob oculos ponat, qvatuor mundi partes non nisi à divina clementia regi, sine qva nullum felix subsistit regimen.

4. Capiti Ejus imponitur corona S. Eduardi; ut

ſemper cogitet qvomodo coronam æternæ vitæ nanciſci poſſit, qvæ non niſi juſtis & bene adminiſtrantibus juſtitiam attribuitur.

5. Annulum induit qvarto dexteræ manus digito; qvo ſigno annulum fidei ſibi precatur; monitus ne alia ſignet qvam qvæ vergunt in Dei gloriam, & Regni ſalutem.

6. Porriguntur Illi chirothecæ linteæ, ut mundis manibus juſtum æqvumqve ſemper protegat.

7. Sumit ſceptra duo ab Archiepiſcopo aliud dextra, aliud ſiniſtra; rogatus ut Clemens ſit probis & ſeverus improbis; benemeritis gratiam, transgreſſoribus iram illis indicet.

8. Thronum S. Eduardi occupat porrigens Epiſcopis oſcula in genua procumbentibus.

9. Exigit Juramentum fidelitatis ab Archiepiſcopo Cantuarienſi; qvi ita jurat flexis genubus.

Ego N. N. ArchiEpiſcopus Cantuarienſis promitto bona fide me fidelem omni tempore Regi, Domino meo ejusqve legitimis ſucceſſoribus Angliæ Regibus, futurum, dignitatem meam non niſi ab Eo recogniturum, & cætera qvæ fideli ſubdito præſtanda competunt, præſtiturum; ita me Deus adjuvet: Finito hoc juramento, Duces, Marchiones, Comites & Barones coronam digito tangendam obſervata præcedentia Solio appropinqvantes, itidem fidelitatis teſſeram Domino relinqvunt: Deinceps advenit Nobilitas, qvæ hac formula utitur juris jurandi: *Teſtor me fieri hominem proprium de membro ad membrum, omni honorum genere M. V. proſecuturum, omni hora fidelem fore, pro ſalute V. M. qvacunqve occaſio-*

occasione id accidat. filum vivendi abscissurum, ita me Deus adjuvet. Imprimis hanc formulam memoria sibi vindicat, ob verba aliis juramentis incognita, *hominem proprium.*

10. Solet per cancellarium omnis generis crimina patrantibus Gratiam annunciare, qvos vincula tunc tenent.

11. Præeuntibus summæ notæ Ministris qvatuor strictos ferentibus gladios, relicto Solio, Aram petit, accepturus Sacram Cœnam, detecto capite & genibus prostratus.

12. Hisce ita peractis liberatus ab hoc ornatu regias vestes repetit, & è templo gressum dirigit Arcem versus, resonantibus interim buccinis, populi intermista acclamatione Vivat.

13. Accumbente Epulis Rege, Pugil Regius, qvi simul Vasallus, candido insidens eqvo cameram ubi Rex versatur intrat armatus galea & à vertice ad calcem lorica præambulantibus tribus buccinatoribus, clypeum præferente, & armigero; existentibus à dextra Mareschallo Aulæ, à sinistra Conestabili supremo, eqvis vectis; postea è satellitibus Pugilis qvidam hæc emittit verba: *Si qvis mortalium, cujuscunqve sit conditionis, non credat, Regem Nostrum N. N. jure praeesse Regnis, Angliæ, Scotiæ, Irrlandiæ, Galliæ &c. adest pugil, qvi vita sua litem cum eo solvat*; nemine existente, qvi cum Eo pugnaturum se tradit, trina absoluta provocatione, eqvo descendit pugil, & à Rege sibi propinatum poculum, flexis tertia vice genubus, exhaurit & præmii loco proprium sibi vindicat: hæcqve ceremonia ultimum occupat locum

ſubſtantialium Inaugurationis ſimili modo modernus qvoqve Rex cum Regina coronabantur.

§. 17.

Princeps Primogenitus, Walliæ Princeps nominatur, non ut naſcatur talis, ſed qvia Reges ſoliti erant Primogenitos creare Walliæ Dominos, initio facto ab Eduardo II. qvi filium ſuum primum conſtituit. Principem hujus Provinciæ pulſo Leolino hac dignitate ultimo fulgente. vid. Camdenus in Flintſchire; qvomodo inveſtiatur? docet de Linda deſcript. orb. p. 404. Eduardus filium ita creabat Principem Walliæ:

Edovardum Principem Walliæ fecimus & creavimus, dictum Principatum ipſi dedimus, conceſſimus, & per chartam noſtram confirmavimus, ac ipſum de dicto Principatu, ut ibidem præficiendo præſideat, & præſidendo dictas partes dirigat & defendat, per ſertum in capite & annulum in digito aureum ac virgam argenteam, inveſtimus juxta morem habendum & tenendum de nobis ſibi & heredibus ſuis, Angliæ Regibus in perpetuum, cum omnibus dominiis & terris noſtris Notvvalliæ, Weſtvvalliæ, Suthvvalliæ, ac dominio Caſtro, Villa & Comitatu de Caernervan.

§. 18.

Proceres Regni ſunt partim Perſonæ Eccleſiaſticæ, veluti duo Archi-Epiſcopi Cantuarienſis & Eboracenſis, cum viginti ſex Epiſcopis, qvi duobus prioribus ſubſunt: partim ſeculares, veluti Duces, Marchiones, Comites, Barones & Scheriffi.

§. 19.

Epiſcopi præter Archiepiſcopos votum & ſeſſionem

rem habent in Parlamento superiori non qva tales, sed qvatenus possident terras, cui character hic inustus: si accusentur, fiat in Parlamento cujus existunt membra scil. supremo.

§. 20.

Privati voto & sessione in Parlamento Clerici, Regnante, ut Protector, *Cromvvelljo*, in integrum restituebantur à Carolo II. ita ut in præsentiarum nulla condi qveat lex, nullum emitti Edictum, sine consensu Archi-& Episcoporum, qvod tamen aliqvando factum, testante vel unico Edicto de an. 1296. qvod publici redditum Juris, dissentientibus licet Clericis, concernens Legitimationem ante nuptias contractas natorum, qvam Episcopi ratihabere nolebant, Eduardus I. vero Rex, cum Baronibus populoqve approbabat.

§. 21.

Seculares Regni Proceres, qvocunqve veniant, titulo vocantur Lords, aliqvando Mylords; facultate pollent comparandi in Parlamento æqvè ac Clerici, ratione terrarum, qvas hac dignitate gaudentes, possident: Hiqvè cum Clericis constituunt Parlamentum superius; numerus Eorum pro ratione temporis variat, sic Regnante Carolo I. superioris Parlamenti Membra numerabantur. Duo Archi-Episcopi & 26. Episcopi, 20. Duces, 43. Comites. 6. Vicecomites sive Seriffi & 55. Barones, adeoqve 152. aderant votæ, paulatim denato numero, non nisi in præsentiarum dantur; Inferius Parlamentum componunt Eqvites, qvorum bini è qvolibet comitatu mittuntur, ut votis suis Eum repræsentent.

R 2 Et

Et Cives, qvi ablegantur in civitatibus hoc jure fruentibus; ita ut sæpius 400. conspiciantur, qvi jus votandi exercere possunt in hoc Judicio inferiori in præsentiarum congregati sunt 304.

§. 22.

Anteqvam Parlamentum sessionem capiat, Rex publico scripto qvemlibet superioris Assessorum, in specie citet, ita qvidem ut 40 dierum habeat stato die, decreta hora, nominatoqve loco comparandi, spatium. Deinceps singulariter injungat Vice-Comitibus & Civitatibus, ut eligant Illi Eqvites, Hæ cives, ex qvibus Parlamentum inferius consistat, jubendo, præsentes sint, primæ superioris factæ Sessionis tempore.

§. 23.

Citatio Comitum, Marchionum &c. hujus esse tenoris solet: (destitutus authentico germanicum proferam idioma)

Der König ꝛc.
Unserm lieben Verwandten/dem Grafen ꝛc.
Gruß:
Weil wir auf Gutbefinden unsers geheimen Raths wegen einiger hohen und nothwendigen Angelegenheiten/ unsern Staat/ die Defension unsers Reichs Engelland und die Englische Kirche betreffend/ unser Parlament in unserer Stadt Westmünster gegen den (*nunc ponatur annus & dies*) zu halten verordnet haben/ und

daselbst

daselbst mit Euch / denen andern Prälaten und Vornehmsten unsers besagten Reichs / unsere Unterredung zu pflegen / und zu tractiren willens sind; so befehlen wir euch hiemit ernstlich / bey dem Eyd / womit ihr uns verbunden seyd / daß ihr wegen obberührten / wichtigen und hohen Angelegenheiten / wie auch wegen besorgender Gefahr / ohne einige Entschuldigung / an besagtem Tage und Ort neben uns erscheinet / weil daselbst mit denen vorbesagten Prälaten / Magnaten / und Vornehmsten des Reichs über obige Angelegenheiten soll tractiret und euer Rath gehöret werden: und dieses werdet ihr / gleich wie ihr uns / unsere / die Erhaltung und Verthädigung / des Reichs und der Kirchen / wie auch die Expedition vorgedachter Angelegenheiten lieb habet / keines weges unterlassen. Zum Zeugniß haben wir es selbst unterschrieben.

nunc iterum ponitur annus, mensis, dies & locus, ubi Rex hæc scribens fuerit versatus.

§. 24.

Inferioris Parlamenti membra non ita viritim citantur, sed cujuslibet Provinciæ Seriffo sive Vice-Comiti & civitatibus, mandatur à Rege ut tam Nobiles qvam Civicos, qvorum præsentia opus & consilio, ablegent, stato tempore adsint: Literæ hæ plerumqve ita concipiuntur:

Der König entbietet dem Vi-Comte oder Scheriff seinen Gruß:

Weil Wir auf Gutbefinden unsers Raths beschlossen / wegen einiger hohen und wichtigen Angelegenheiten / so uns / den Staat und die Defension unsers Reichs und der Englischen Kirchen angehet / unser Parlament in unsere Stadt Westmünster denen nechstkünfftig (*ponatur dies & annus*) zu versamlen beschlossen / und daselbst mit denen Prälaten / Hohen und Vornehmen unsers Reichs Unterredung pflegen und tractiren wollen: So befehlen wir hiemit ernstlich / daß / nach Empfangung und geschehener Publication / dieses unsers gegenwärtigen Schreibens / Du gegen besagten Tag und Ort / zwey mit ihren Schwerten gegürtete Ritter / so die verständigsten und höfflichsten seyn / mit vorbesagter Anbed / daß du die Wahl der Personen deutlich und öffentlich thust / und uns unter deinem und derer Siegel / so der Wahl beygewohnt haben / die Namen der Erwählten gegen besagte Zeit unverzüglich einschaffest: Zum Zeugniß haben wir solches selbst unterschrieben.

§. 26.

Adveniente die primordio Parlamenti decreto, sive per primum proclama sive per Regis prorogationem, qvæ ipsi permissa, Rex præprimis adesto, nec facile

facile auris excuſationi præbetur niſi dilucidè innoteſcat, morbo premi: hoc caſu adhuc mittuntur viſitandum Regem duo Epiſcopi, duo Comites, duo Barones, duo Eqvites, duo Cives & totidem pagani; qvibus præſentibus Rex ægrotans Commiſſarium conſtituat, qvi Archiepiſcopo Cantuarienſi, Magno Cancellario & ſupremo Juſtitiæ Miniſtro, Parlamentum inchoandi denunciet poteſtatem proſeqvendi, finiendiqve: Mandato inferenda cauſa abſentiæ ſuæ qvam 12 illi nomine omnium citatorum ad Eum miſſi, Parlamento proponere Regisqve præſentiam fruſtra ſperandam teſtari juramento adſtringuntur: Et tanta aviditate Perſona Regis optatur, ne murmur oriatur plebis.

§. 27.

Si qvis Parium non compareat, in Parlamento ſuperiori, alia non defenditur facile cauſa niſi corporis ægritudine, qvam examinandam mittuntur duo è reliqvis, qvi redeuntes jurejurando de alterius legitima abſentia teſtimonium proferre coguntur, qvo caſu Advocatus ab abſente mitti poterit, qvi in Parlamento perſonam Ejus repræſentet.

§. 28.

Si qvis Comitum emaneat, damnatur ejus Comitatus ad ſolutionem 100 libb. Si Baro negligat ſtatutum diem mulcta punitur 100. marcarum; ſi Eqves, Civis, aut Paganus ſe non ſiſtat præfixo tempore, pœna afficitur, qvæ habetur 5. R. 2. ſtat. 2. c. 4. Et ob hanc rationẽ in literis convocatoriis Reges uti ſolent phraſi: Wir befehlen hiemit ernſtlich: ut eo magis voluntati Eorum obediatur: Interim ſi præ-

gnans & notoria causa Eos detineat, admittitur instructus mandato substitutus.

§. 29.

Utriqve Parlamento certæ sunt classes; superioris primam efficit Regia Majestas; alteram Archi-Episcopi, Episcopi & Prælati; tertiam absentium Clericorum Procuratores & scribæ; qvartam componunt Comites, Seriffi, Barones &c. Caput Inferioris est Orator, qvi primam classem absolvit; alteram adimplent Provinciarum Eqvites à Seriffis missi; ultimam constituunt qvi nomine civitatum voto & sessione gaudentium comparent; qvot vota cuilibet Parlamento competant disci poterit ex præced. §. 21.

§. 30.

Ordinem sedendi in Parlamento superiori ab Anonymo Anglo præsenti anno 1689. ita descriptum reperi:

Der Platz der Versamlung ist sehr reich mit Tapecereyen behangen / und mitten auf dem höchsten Platz wird ein herrlicher Thron aufgerichtet/ wie es Königen ziemet / an dessen rechter Seiten / sitzet der Ertzbischoff von Cantelberg/ der Bischoff von Londen und Wichester; wo aber ein Printz von Wallis und ein Hertzog von Yorck vorhanden/ so sitzet jener dem Könige zur Rechten und dieser zur Lincken; Nach diesem die anderen Bischöffe / geistliche *Priores &c.* Gegen über sitzen der Ertzbischoff von Yorck/ der

[de]r Bischoff von Durham und Carlile und nach solchen die Grafen / Barons ꝛc. lassende allezeit ein wenig Raums zwischen 2. der vorbesagten Staffeln und deren Stelle. Zu des Königs Füssen zur rechten Seite/ muß der Cantzler des Reichs und die Häupter der Justitz von Engelland und ihre Angehörige sitzen / und vor ihnen zur lincken Seiten soll der Thesaurier und Cammer-Herr / nebst denen Baronen von der Schatz-Cammer ꝛc. und in der Mitte des Saals die Richter des Reichs/ die Rechtsgelährte und Staats-Secretarien auf Wollsäcke sitzend / ihre Stelle haben / diese letztere aber sind nur darum gegenwärtig / daß sie in zweiffelhafften Dingen / so die Gesetze angehen/ ihre Meinung sagen / und darin vornehmlich die Wohlfarth des Landes beobachten müssen / (dann dahin zielt eben das Sitzen auf Wollsäcken / weil darinnen die vornehmsten Handlungen des Reichs bestehen) sonst haben die Leute keine Stimme im Parlament: Es sind noch 2. Principal-Klercken im Parlament vorhanden / welche mitten unter die Richter sitzen / und alle Klagen / auch was sonst im Parlament abgehandelt wird / enrolliren müssen / und diese dependiren *immediatè* von dem Könige / sind auch nicht allen Rechten unterwürffig ; Ausser diesen sind

ſemper cogitet qvomodo coronam æternæ vitæ nanciſci poſſit, qvæ non niſi juſtis & bene adminiſtrantibus juſtitiam attribuitur.

5. Annulum induit qvarto dexteræ manus digito; qvo ſigno annulum fidei ſibi precatur; monitus ne alia ſignet qvam qvæ vergunt in Dei gloriam, & Regni ſalutem.

6. Porriguntur Illi chirothecæ linteæ, ut mundis manibus juſtum æqvumqve ſemper protegat.

7. Sumit ſceptra duo ab Archiepiſcopo aliud dextra, aliud ſiniſtra; rogatus ut Clemens ſit probis & ſeverus improbis; benemeritis gratiam, tranſgreſſoribus iram illis indicet.

8. Thronum S. Eduardi occupat porrigens Epiſcopis oſcula in genua procumbentibus.

9. Exigit Juramentum fidelitatis ab Archiepiſcopo Cantuarienſi; qvi ita jurat flexis genubus.

Ego N. N. ArchiEpiſcopus Cantuarienſis promitto bona fide me fidelem omni tempore Regi, Domino meo ejusqve legitimis ſucceſſoribus Angliæ Regibus, futurum, dignitatem meam non niſi ab Eo recogniturum, & cætera qvæ fideli ſubdito præſtanda competunt, præſtiturum; ita me Deus adjuvet: Finito hoc juramento, Duces, Marchiones, Comites & Barones coronam digito tangendam obſervata præcedentia Solio appropinqvantes, itidem fidelitatis teſſeram Domino relinqvunt: Deinceps advenit Nobilitas, qvæ hac formula utitur juris jurandi: *Teſtor me fieri hominem proprium de membro ad membrum, omni honorum genere M. V. proſecuturum, omni hora fidelem fore, pro ſalute V. M. qvacunqve occaſio-*

occasione id accidat. filum vivendi abscissurum, ita me Deus adjuvet. Imprimis hanc formulam memoria sibi vindicat, ob verba aliis juramentis incognita, *hominem proprium*.

10. Solet per cancellarium omnis generis crimina patrantibus Gratiam annunciare, qvos vincula tunc tenent.

11. Præeuntibus summæ notæ Ministris qvatuor strictos ferentibus gladios, relicto Solio, Aram petit, accepturus Sacram Cœnam, detecto capite & genibus prostratus.

12. Hisce ita peractis liberatus ab hoc ornatu regias vestes repetit, & è templo gressum dirigit Arcem versus, resonantibus interim buccinis, populi intermista acclamatione Vivat.

13. Accumbente Epulis Rege, Pugil Regius, qvi simul Vasallus, candido insidens eqvo cameram ubi Rex versatur intrat armatus galea & à vertice ad calcem lorica præambulantibus tribus buccinatoribus, clypeum præferente, & armigero; existentibus à dextra Mareschallo Aulæ, à sinistra Conestabili supremo, eqvis vectis; postea è satellitibus Pugilis qvidam hæc emittit verba: *Si qvis mortalium, cujuscunqve sit conditionis, non credat, Regem Nostrum N. N. jure præesse Regnis, Angliæ, Scotiæ, Irrlandiæ, Galliæ* &c. *adest pugil, qvi vita sua litem cum eo solvat*; nemine existente, qvi cum Eo pugnaturum se tradit, trina absoluta provocatione, eqvo descendit pugil, & à Rege sibi propinatum poculum, flexis tertia vice genubus, exhaurit & præmii loco proprium sibi vindicat: hæcqve ceremonia ultimum occupat locum

ſubſtantialium Inaugurationis ſimili modo modernus qvoqve Rex cum Regina coronabantur.

§. 17.

Princeps Primogenitus, Walliæ Princeps nominatur, non ut naſcatur talis, ſed qvia Reges ſoliti erant Primogenitos creare Walliæ Dominos, initio facto ab Eduardo II. qvi filium ſuum primum conſtituit. Principem hujus Provinciæ pulſo Leolino hac dignitate ultimo fulgente. vid. Camdenus in Flintſchire; qvomodo inveſtiatur? docet de Linda deſcript. orb. p. 404. Eduardus filium ita creabat Principem Walliæ:

Edovardum Principem Walliæ fecimus & creavimus, dictum Principatum ipſi dedimus, conceſſimus, & per chartam noſtram confirmavimus, ac ipſum de dicto Principatu, ut ibidem præficiendo præſideat, & præſidendo dictas partes dirigat & defendat, per ſertum in capite & annulum in digito aureum ac virgam argenteam, inveſtimus juxta morem habendum & tenendum de nobis ſibi & heredibus ſuis, Angliæ Regibus in perpetuum, cum omnibus dominiis & terris noſtris Notvvalliæ, Weſtvvalliæ, Suthvvalliæ, ac dominio Caſtro, Villa & Comitatu de Caernervan.

§. 18.

Proceres Regni ſunt partim Perſonæ Eccleſiaſticæ, veluti duo Archi - Epiſcopi Cantuarienſis & Eboracenſis, cum viginti ſex Epiſcopis, qvi duobus prioribus ſubſunt: partim ſeculares, veluti Duces, Marchiones, Comites, Barones & Scheriffi.

§. 19.

Epiſcopi præter Archiepiſcopos votum & ſeſſionem

sem habent in Parlamento superiori non qva tales, sed qvatenus possident terras, cui character hic inustus: si accusentur, fiat in Parlamento cujus existunt membra scil. supremo.

§. 20.

Privati voto & sessione in Parlamento Clerici, Regnante, ut Protector, Cromvvelljo, in integrum restituebantur à Carolo II. ita ut in præsentiarum nulla condi qveat lex, nullum emitti Edictum, sine consensu Archi-& Episcoporum, qvod tamen aliqvando factum, testante vel unico Edicto de an. 1296. qvod publici redditum Juris, dissentientibus licet Clericis, concernens Legitimationem ante nuptias contractas natorum, qvam Episcopi ratihabere nolebant, Eduardus I. vero Rex, cum Baronibus populoqve approbabat.

§. 21.

Seculares Regni Proceres, qvocunqve veniant, titulo vocantur Lords, aliqvando Mylords; facultate pollent comparandi in Parlamento æqvè ac Clerici, ratione terrarum, qvas hac dignitate gaudentes, possident: Hiqve cum Clericis constituunt Parlamentum superius; numerus Eorum pro ratione temporis variat, sic Regnante Carolo I. superioris Parlamenti Membra numerabantur. Duo Archi-Episcopi & 26. Episcopi, 20. Duces, 43. Comites. 6. Vicecomites sive Seriffi & 55. Barones, adeoqve 152. aderant votæ, paulatim denato numero, non nisi in præsentiarum dantur; Inferius Parlamentum componunt Eqvites, qvorum bini è qvolibet comitatu mittuntur, ut votis suis Eum repræsentent.

R 2 Et

Et Cives, qvi ablegantur in civitatibus hoc jure fruentibus; ita ut sæpius 400. conspiciantur, qvi jus votandi exercere possunt in hoc Judicio inferiori in præsentiarum congregati sunt 304.

§. 22.

Anteqvam Parlamentum sessionem capiat, Rex publico scripto qvemlibet superioris Assessorum, in specie citet, ita qvidem ut 40 dierum habeat stato die, decreta hora, nominatoqve loco comparandi, spatium. Deinceps singulariter injungat Vice-Comitibus & Civitatibus, ut eligant Illi Eqvites, Hæ cives, ex qvibus Parlamentum inferius consistat, jubendo, præsentes sint, primæ superioris factæ Sessionis tempore.

§. 23.

Citatio Comitum, Marchionum &c. hujus esse tenoris solet: (destitutus authentico germanicum proferam idioma)

Der König ꝛc.
Unserm lieben Verwandten/dem Grafen ꝛc.
Gruß:

Weil wir auf Gutbefinden unsers geheimen Raths wegen einiger hohen und nothwendigen Angelegenheiten/ unsern Staat/ die Defension unsers Reichs Engelland und die Englische Kirche betreffend / unser Parlament in unserer Stadt Westmünster gegen den (*nunc ponatur annus & dies*) zu halten verordnet haben/ und daselbst

daselbst mit Euch / denen andern Prälaten und Vornehmsten unsers besagten Reichs / unsere Unterredung zu pflegen / und zu tractiren willens sind; so befehlen wir euch hiemit ernstlich / bey dem Eyd / womit ihr uns verbunden seyd / daß ihr wegen obberührten / wichtigen und hohen Angelegenheiten / wie auch wegen besorgender Gefahr / ohne einige Entschuldigung / an besagtem Tage und Ort neben uns erscheinet / weil daselbst mit denen vorbesagten Prälaten / Magnaten / und Vornehmsten des Reichs über obige Angelegenheiten soll tractiret und euer Rath gehöret werden: und dieses werdet ihr / gleich wie ihr uns / unsere / die Erhaltung und Vertheidigung / des Reichs und der Kirchen / wie auch die Expedition vorgedachter Angelegenheiten lieb habet / keines weges unterlassen. Zum Zeugniß haben wir es selbst unterschrieben.

nunc iterum ponitur annus, mensis, dies & locus, ubi Rex hæc scribens fuerit versatus.

§. 24.

Inferioris Parlamenti membra non ita viritim citantur, sed cujuslibet Provinciæ Seriffo sive Vice-Comiti & civitatibus, mandatur à Rege ut tam Nobiles qvam Civicos, qvorum præsentia opus & consilio, ablegent, stato tempore adsint. Literæ hæ plerumqve ita concipiuntur:

Der König entbietet dem Vi-Comte oder Scheriff seinen Gruß:

Weil Wir auf Gutbefinden unsers Raths beschlossen / wegen einiger hohen und wichtigen Angelegenheiten / so uns / den Staat und die Defension unsers Reichs und der Englischen Kirchen angehet / unser Parlament in unsere Stadt Westmünster denen nechstkünfftig (*ponatur dies & annus*) zu versamlen beschlossen / und daselbst mit denen Prälaten / Hohen und Vornehmen unsers Reichs Unterredung pflegen und tractiren wollen: So befehlen wir hiemit ernstlich / daß / nach Empfangung und geschehener Publication / dieses unsers gegenwertigen Schreibens / Du gegen besagten Tag und Ort / zwey mit ihren Schwerten gegürtete Ritter / so die verständigsten und höfflichsten seyn / mit vorbesagter Anbed / daß du die Wahl der Personen deutlich und öffentlich thust / und uns unter deinem und derer Siegel / so der Wahl beygewohnt haben / die Namen der Erwählten gegen besagte Zeit unverzüglich einschaffest: Zum Zeugniß haben wir solches selbst unterschrieben.

§. 26.

Adveniente die primordio Parlamenti decreto, sive per primum proclama sive per Regis prorogationem, qvæ ipsi permissa, Rex præprimis adesto, nec facile

ficile auris excuſationi præbetur niſi dilucidè innoteſcat, morbo premi: hoc caſu adhuc mittuntur viſitandum Regem duo Epiſcopi, duo Comites, duo Barones, duo Eqvites, duo Cives & totidem pagani; qvibus præſentibus Rex ægrotans Commiſſarium conſtituat, qvi Archiepiſcopo Cantuarienſi, Magno Cancellario & ſupremo Juſtitiæ Miniſtro, Parlamentum inchoandi denunciet poteſtatem proſeqvendi, finiendiqve: Mandato inſerenda cauſa abſentiæ ſuæ qvam 12 illi nomine omnium citatorum ad Eum miſſi, Parlamento proponere Regisqve præſentiam fruſtra ſperandam teſtari juramento adſtringuntur: Et tanta aviditate Perſona Regis optatur, ne murmur oriatur plebis.

§. 27.

Si qvis Parium non compareat, in Parlamento ſuperiori, alia non defenditur facile cauſa niſi corporis ægritudine, qvam examinandam mittuntur duo è reliqvis, qvi redeuntes jurejurando de alterius legitima abſentia teſtimonium proferre coguntur, qvo caſu Advocatus ab abſente mitti poterit, qvi in Parlamento perſonam Ejus repræſentet.

§. 28.

Si qvis Comitum emaneat, damnatur ejus Comitatus ad ſolutionem 100 libb. Si Baro negligat ſtatutum diem mulcta punitur 100. marcarum; ſi Eqves, Civis, aut Paganus ſe non ſiſtat præfixo tempore, pœna afficitur, qvæ habetur 5. R. 2. ſtat. 2. c. 4. Et ob hanc rationẽ in literis convocatoriis Reges uti ſolent phraſi: Wir befehlen hiemit ernſtlich: ut eo magis voluntati Eorum obediatur: Interim ſi prægnans

gnans & notoria causa Eos detineat, admittitur instructus mandato substitutus.

§. 29.

Utriqve Parlamento certæ sunt classes; superioris primam efficit Regia Majestas; alteram Archi-Episcopi, Episcopi & Prælati; tertiam absentium Clericorum Procuratores & scribæ; qvartam componunt Comites, Seriffi, Barones &c. Caput Inferioris est Orator, qvi primam classem absolvit; alteram adimplent Provinciarum Eqvites à Seriffis missi; ultimam constituunt qvi nomine civitatum voto & sessione gaudentium comparent; qvot vota cuilibet Parlamento competant disci poterit ex præced. §. 21.

§. 30.

Ordinem sedendi in Parlamento superiori ab Anonymo Anglo præsenti anno 1689. ita descriptum reperi:

Der Platz der Versamlung ist sehr reich mit Tapecereyen behangen / und mitten auf dem höchsten Platz wird ein herrlicher Thron aufgerichtet/ wie es Königen ziemet / an dessen rechter Seiten / sitzet der Ertzbischoff von Cantelberg/ der Bischoff von Londen und Wichester; wo aber ein Printz von Wallis und ein Hertzog von Yorck vorhanden/ so sitzet jener dem Könige zur Rechten und dieser zur Lincken; Nach diesem die anderen Bischöffe / geistliche *Priores &c.* Gegen über sitzen der Ertzbischoff von Yorck/ der

der Bischoff von Durham und Carlile und nach solchen die Grafen / Barons ꝛc. lassende allezeit ein wenig Raums zwischen 2. der vorbesagten Staffeln und deren Stelle. Zu des Königs Füssen zur rechten Seite/muß der Cantzler des Reichs und die Häupter der Justitz von Engelland und ihre Angehörige sitzen / und vor ihnen zur lincken Seiten soll der Thesaurier und Cammer-Herr / nebst denen Baronen von der Schatz-Cammer ꝛc. und in der Mitte des Saals die Richter des Reichs/ die Rechtsgelährte und Staats-Secretarien auf Wollsäcke sitzend / ihre Stelle haben / diese letztere aber sind nur darüm gegenwärtig / daß sie in zweiffelhafften Dingen / so die Gesetze angehen/ ihre Meinung sagen / und darin vornehmlich die Wohlfarth des Landes beobachten müssen / (dann dahin zielt eben das Sitzen auf Wollsäcken / weil darinnen die vornehmsten Handlungen des Reichs bestehen) sonst haben die Leute keine Stimme im Parlament: Es sind noch 2. Principal-Klercken im Parlament vorhanden / welche mitten unter die Richter sitzen / und alle Klagen / auch was sonst im Parlament abgehandelt wird / enrolliren müssen / und diese dependiren *immediatè* von dem Könige / sind auch nicht allen Rechten unterwürffig ; Ausser diesen sind

R 5 noch

noch 5. Klercken / welche denen Gliedern / und zwar einer von ihnen/eine Staffel bedienen muß. Hæc Anglus.

§. 31.

Inferioris Parlamenti sessio ita ordinis est ut Orator tanqvam Præses altiori reliqvis utatur sede, habens à dextera Eqvites Provinciarum, à sinistra cives.

§. 32.

Proponendo negotia ita proceditur 1. Belli & Pacis negotia tractari solent 2. Proponuntur qvæ Regiam domum concernunt: 3. Sermo fit de condendis novis Legibus, statutis & efflagitante necessitate abrogandis veteribus. 4. Examinantur Privatorum causæ.

§. 33.

Tractando propofita ita pergunt 1. Movetur à Secretario seu Parlaments-Klerck de qvalibet re qvæstio, ad qvam decidendam vota notantur affirmantium, vota negantium, & cuilibet Assessorum licet sensa animi detegere, ita tamen ut stans sententiam proponat, adhibita summa mansvetudine & humanitate ne murmur oriatur; sedentibus reliqvis. 2. Eadem qvæstio adhuc secunda & tertia vice movetur; ut & illi respondere qveant qvi prima tacuerunt. 3. His peractis, negotii est videre, num Parlamentum concordet, an vero dissentiens existat; priori casu Assessores devotè petunt consensum Regis, qvi per Secretarium suum petentibus aut affirmativè aut negativè aut dubiè responsum dari curat; si in conclusum consentiat, respondet Secretarius:

rius: *Rex idem vult*; si cum Parlamento dissentiat, inqvit: *Rex contrarius est*; si dubitet, ait: *Rex se instruet.* Decisa res a Parlamento accedente Regio consensu, vigorem legis nascitur.

§. 34.

Assessoribus sibi invicem contrariis, acta mittuntur in Parlamentum inferius, (qvod ideo congregatum ut lites, qvæ in superiori dirimi non poterant, finiat) ubi propositio fieri solet sicuti in superiori; existente affirmantium numero longe negantium minori (habito respectu ad utrumqve Parlamentum) aut vice versa; res pro decisa vel pro non decisa reputatur; priori casu iterum Regis consensus implorantur; posteriori non, qvia idem censetur ac si nunqvam ea de controversia fuisset actum.

§. 35

Existente dissidio inter ipsum Regem & Parlamentum; assignantur Parlamento tria, Regi duo vota; res maximi momenti, ab universo decisa parlamento, vigorem nanciscitur, licet Rex consensum dare nolit, alias enim nihil valeret in rebus, qvæ Regno salubres forent, Regi autem non placerent. Eminet hanc in rem decollatio Caroli I. depositio Jacobi II. aliorumqve, qvi nunqvam ratihabituri fuissent, ea qvæ pati deinceps cogebantur: parvi momenti, indecisa manet.

§. 36.

Qvod si pars Parlamenti cum Rege sentiat, parte reliqva existente adversa, dividitur universum Parlamentum in tres partes, qvarum una si Regi assistat; Rex obtinet; qvia tunc tria vota pro Rege stant, sin con-

contra; Parlamenti conclusum favorabilius est, & vigorem legis accipit, etiamsi Rex dissentiat.

§. 37.

Votis affirmantium & negantium æqvilibrio faventibus, ab utraqve parte deputantur nonnulli qvi severius in controversiam inqvirant; & tunc majora vota concludunt. Hocqve modo in præsentiarum lites in Anglia judicantur à Parlamento.

§. 38.

Tempus qvod sessioni Parlamentorum conceditur, est ante meridiem scilicet ab hora nona ad duodecimam usqve, post meridiem non conveniunt nisi exigente summa necessitate: & qvotidie congregantur exceptis diebus dominicis, festo omnium Sanctorum, omnium Animarum; Nativitatis Christi & Johannis Baptistæ.

§. 39.

Potestas Parlamenti satis amplos alit limites

1. Membra Ejus durante sessione immunes sunt ab omni Arresto, qvo beneficio & eorum famuli gaudent.

2. Exercet jus dandi civitatem extraneo.

3. Attribuere potest Jus succedendi qvi eo caret, prohibitus à Lege.

4. Abjudicare debet materiam ad instruendam classem Regi, qvi hac facultate non pollet, arg. Magnæ Chartæ cap. 21. ubi hæc leguntur: *Nos nec ballivi nostri nec alii, capiemus boscum alienum ad Castra vel ad alia agenda nostra, nisi per voluntatem cujus boscus ille fuerit.* Jam autem si ille contradicat, res à Parlamento erit decidenda.

5. Con-

5. Condit novas & veteres abrogat leges, statuta, eo tamen modo ut præcedentibus monitum.

6. Pœnas remittit delinqventibus, qvæ non pecuniariæ & Regi vindicatæ; sed finem vitæ poscunt ob transgressas leges.

7. Spuriis legitimationem concedit.

8. Religionem novis ordinationibus cingit.

9. Jure gaudet ponderis & mensuræ.

10. Dubias limitat Jurisdictiones.

11. Famæ restituit.

12. A banno absolvit.

13. Judicat in causis Parium.

14. Cognoscit de possessionibus Privatorum.

15. Deficiente Rege novum eligit.

16. De futuro successore prospicit. vid. in fine hujus cap.

17. Prætendit jura alia v. g. judicandi & deponendi Reges si contra Leges Regni agant 2. Consilium dandi, qvando res agitur Belli & Pacis 3. Jus aggratiandi &c. qvæ melius disci poterunt è tractatu Brockii, de prærogativis Parlamenti.

§. 40.

Parlamentum non dissolvitur priusqvam omnes controversiæ trina vice propositæ fuerint; interim si qvis Parium durante adhuc sessione dimitti petat; consensum totius Parlamenti implorare debet, nisi pœnam incurrat.

§. 41.

Qvoties Parlamentum jus convocandi sibi vindicet docet anonymus ille Anglus, cujus jam supra mentio fiebat, ab initio scripti sui, inqviens:

Es

Es dienet zu wissen / daß der König nie das Parlament zu beruffen pfleget / als wenn er des Königreichs Hülffe oder Beystand von nöthen hat / nemlich: wann etwa ein Krieg vorhanden / die Religion in Gefahr / der Hof in Unordnung / oder der König seine Söhne zu Ritter machen / oder seine Töchter verheyrathen will und dergleichen; &c. An vero hisce in casibus teneatur Illud convocare, alia qvæstio est; qvæ sæpius litem causavit inter Regem & Parlamentum, uti videre licet ex responso, qvod Jacobus I. Rex an. 1622. Parlamento dedit, volenti præscribere leges qvalem Principi suo jungeret uxorem; item ut arma sumeret adversus Recusantes, illosqve privaret immunitatibus, qvibus hactenus gaudebant &c. In recenti memoria est Exemplum Jacobi II. qvi odio notabatur à populo qvod noluerit convocare Parlamentum, cum aliqvoties ab Eo fuerit petitum; ortis ejusmodi insuper motibus, ut Regno tandem exire cogeretur, petitus non tantùm classe Batavorum, cui præerat Gener Ejus modernus Rex; sed destitutus ab omni ferè milite; licet ante exilium literas convocatorias emiserit anno nim. 1688. 10. Dec. nihilominus indignus corona & scripto judicabatur, Eoqve deposito, Gener Ejus Wilhelmus, Princeps Arausionensis, dignitate Regia condecorabatur.

§. 42.

§. 42.

Formula Jacobi II. R. Angliæ, qva convocabat Parlamentum.

Jacobus König von Engelland 2c.

Wir achten dienlich als das sicherste und bequemste Mittel in diesem Königreiche einen festen und währhafften Frieden zu stabiliren / ein Parlament zu beruffen. Und zu diesem Ende haben wir unserm Cantzler befohlen / die Circular Briefe / zu Convocirung eines Parlaments auszufertigen / welches den 25. Jan. 1689. zu Westmünster soll zusammen kommen / und damit an unserer Seite nichts zu der Freyheit der Erwählung versäumet werde / commendiren und befehlen wir / (gleich wie wir bereits alle Städte/Corporalien und Burgten durch unser Königreich in ihre alte Chartres / Rechte und Privilegien wieder eingesetzt haben) allen Personen / von was Qvalität und Condition sie seyn mögen/die Kühnheit nicht zu nehmen/es sey durch Betrohung oder einige andere ungeziemte Wege / die Erwehlung zu zwingen / oder durch diese Mittel die Stimme von iemands der Erwehler vor sich zu verschaffen. Und wir injungiren auch außdrücklich / und befehlen allen Scheriffs / Majors / Balliven und andern Officiern /

cirern / bey welchen die Execution der Circular-Briefe oder der Certification der Erwehlung / der Sommirung / der Ordre oder des Befehls vor die Deputirte zu dem künfftigen Parlament stehen wird / aufrichtig und in gebührenden Formen / die gemeldten Circular-Briefe / Sommirungen / Ordre und Befehl publiciren und exeqviren / die Certification der Erwehlung / ohn einigen Betrug und nach den wahren Meriten der Erwehlungen renvoyren zu lassen. Zur Securität aller Art der Personen / und in ihrer Erwehlung und Sitzungen im Parlament publiciren und declariren Wir durch dieses Gegenwärtige / daß alle unsere Unterthanen eine vollkommene Freyheit zu erwählen / und alle unsere Pairs samt die jenigen / die zu Gliedern unsers Unterhauses erkohren werden sollen / eine gantze und vollkommene Libertät zu dem dienen und sitzen im Parlament sollen haben / ob sie gleich die Waffen ergriffen / oder Feindseligkeiten gepfleget / oder denen / die solche verübet / geholffen und assistiret haben. Und zu grosser Securität und Versicherung davor / haben wir geordnet einen General-Pardon und Amnestie (welche durch unser grosses Siegel besiegelt worden) vor alle unsere Unterthanen zu verfertigen / und zu Reconciliirung allen offentlichen Rupturen / und alle

alle vorige Fehler in Vergessenheit zu bringen/ erhortiren wir durch dieses unser gegenwärtiges alle unsere Unterthanen und vermahnen sie mit Wohlgewogenheit / daß sie darauf bedacht seyn/ solche Personen zu erwählen/ in dem Parlament zu präsentiren / die nicht verurtheilt oder mit Passionen erfüllet sind/ sondern die Qvalitäten/ Erfahrung und Fürsichtigkeit/die in gegenwärtigen Conjuncturen dienlich / haben / und solche/ welche sie zu dem Zweck und Ende/die man sich durch diese Proclamation vorstellet / besitzen. Gegeben in unserm Hofe zu Withal, den 10. Dec. und unserer Regierung im 4ten Jahr.

§. 43.

Crescentibus in dies motibus intestinis, feliciqve hostium progressu aucto , Parlamentum differendi ratum ducendo exul iterum se obtulit ad constituendum Novum , sicuti patet ex literis Ejus secretiori Senatui ex arce S. Germani in Gallia, de anno 1689. 4. 14. Jan, missis.

§. 44.

Perpetuus Senatus Edinburgi est cujus membra partim Ecclesiasticæ partim seculares personæ; præses Archiepiscopus ut plurimum eligitur: hoc in Senatu res ad Regnum spectantes finiuntur. Præses Senatus Justitiæ seu Criminalium causarum Magnus vocatur Justitiarius; Senatus Marini Judex Admiralius dicitur; Senatus Bellici caput Mareschallus est; Aulici Judex Conneſtabilis; Provinciarum Præsides sub nomine Vicecomitum veniunt, qvorum dignitas hereditaria; his subsunt Ballivi seu præfecti inferiores. Totius Regni summus Minister Procurator vocatur qvi tempore interregni administrat.

§. 12.

Duces duo nominantur Rotſay & Albaniæ; plures tamen

men Comites qvorum vetustiores sunt: Carnes: uterlandt, Rosle, Moravie, Buchquhan, Garniach, Garmoran, Mar, Mernis, Angus, Govvri, Trisse, Marche Atole, Stratherne, Menteith, Levenox, Wagion, Douglasle, Carrike, Cravvford, Annanale, Ourmouth, Hundley &c. Vicecomites sunt Bervvick, Roxburg, Selkirk: Tvvedale, Dunfrise, Wigton, Dunbretten, Clakmanans, Angus, Infernes &c.

§. 13.

CATALOGUS

REGUM SCOTICORUM.

1. fuit Fergusius.
2. Feritharis.
3. Mainus.
4. Dornadilla.
5. Notharus.
6. Rheuderus I.
7. Rheuderus II.
8. Thereus.
9. Josina.
10. Finnanus, qvi circa annum mundi 3860. regnavit.
11. Dructus.
12. Evenus I.
13. Gillus.
14. Evenus II. anno 3908
15. Ederus.
16. Evenus III.

V 17. Me-

17.	Metellanus, qvi circa annum Christi regnavit.	31
18.	Caratacus	51
19.	Dardanus	73
20.	Corbredus	96
21.	Corbretus II.	108
22.	Luctucus	142
23.	Mogaldus	174
24.	Conarus	183
25.	Ethodius I.	194
26.	Sathrael	206
27.	Donaldus I.	219
28.	Ethodius II.	222
29.	Athireo	234
30.	Natalocus	243
31.	Findocus	259
32.	Donaldus II.	276
33.	Donaldus III.	284
34.	Crathilindus	293
35.	Fincormachus	305
36.	Romachus	317
37.	Augusianus	335
38.	Fetelmachus	358
39.	Eugenius I.	371
40.	Ferchusius II.	424
41.	Eugenius II.	451
42.	Dongardus	457
43.	Constantinus I.	479
44.	Congallus I.	501
45.	Goranus	516
46.	Eugenius III.	558

47. Con-

47.	Congallus II.	568
48.	Kinnatellus	569
49.	Aidanus	604
50.	Kennertus	614
51.	Eugenius IV.	626
52.	Ferchardus I.	635
53.	Donaldus IV.	649
54.	Ferchardus II.	678
55.	Malduinus	688
56.	Eugenius V.	697
57.	Eugenius VI.	702
58.	Amberklettus	713
59.	Eugenius VII.	721
60.	Mordaccus	730
61.	Erſinus	749
62.	Eugenius VIII.	764
63.	Ferguſius III.	777
64.	Solmathius	782
65.	Achajus	794
66.	Congalus II.	815
67.	Dongallus	830
68.	Alpinus	842
69.	Kennetus II.	850
70.	Donaldus V.	858
71.	Conſtantinus II.	863
72.	Etius Alipes	875
73.	Gregorius M.	892
74.	Donaldus VI.	901
75.	Conſtantinus III.	912
76.	Milcolumbus	933

77.	Indulphus	954
78.	Duffus	978
79.	Culenus	982
80.	Renethus	989
81.	Conſtantinus IV.	995
82.	Grimus	1003
83.	Milcolumbus II.	1034
84.	Donaldus VII.	1046
85.	Machetus	1053
86.	Milcolumbus III.	1057
87.	Donaldus VIII.	1074
88.	Duncarus	1086
89.	Edgarus	1107
90.	Alexander I.	1129
91.	David	1162
92.	Milcolumbus IV.	1184
93.	Guilhelmus	1214
94.	Alexander II.	1233
95.	Alexander III.	1264
96.	Joh. Billiolus	1289
97.	Robertus Bruſſius	1329
98.	Eduardus Balliolus	1362
99.	David II.	1370
100.	Robertus Stuardus	1390
101.	Joh. II. Stuardus	1406
102.	Jacobus I. Stuardus	1437
103.	Jacobus II.	1460
104.	Jacobus III.	1488
105.	Jacobus IV.	1513
106.	Jacobus V.	1542

107. Hen-

107. Henricus VIII. 1567
108. Jacobus VI. 1625
ſub hoc Anglia & Scotia conjunctæ fuerunt; hinc vide ulteriorem Regum ſeriem lib. III. cap. 55. §. 51.

§. 14.

In Scotia Meridionali Provinciæ ſunt ſeqventes:

1. Marchia ſeu Merchia, inde dicta, qvod limibus proxima; cujus caput eſt Barvicum ſeu Barvick, ad Tvvedam fl. munimento firmatum. Reiqva oppida ſunt Hume caſtellum. 2. Coldingha. Kelſo. 4. Teviotia ad fl. Tevioto.

2. Laudonia ſeu Lothiana, cujus caput & totius Regni metropolis; nim. Edinburgum ſeu Edinburg, Parlamentaria ſedes & Regia olim, undiqve montibus circumdata; portu celebris, & caſtellum vulgo inexpugnabile monti impoſitum habet Maiden caſtle vocatum, qvaſi puellarum caſtellum, qvia filiæ Scotorum ibi antiqvitus educabantur, uſqve ad annos pubertatis. Præter hanc urbem adeſt Dunbar nobilis portus prima victoria Cromvvelli contra Scotos celebris. 2. Dombarum. 3. Hadina. 4. Dalketum. 5. Letha.

3. Glotiana ſeu Clideſdale, ubi caput Glaskovium ſeu Glasko, urbs Academia nota, præcipuè nitore ædium ac platearum ſuperba, ad fl. Glotta; inſuper ſede Archiepiſcopali illuſtrior redditur. Reliqva oppida ſunt 1. Lantyck. 2. Arram. 3. Lanarcus. 4. Glaſcua. Fluvii ſunt Tueda, Annandus Glotta.

4. Strivelinga ſeu Streveling, metropolim habet

Strevelinum seu Sterling, castello firmatam urbem; educatione Jacobi VI. celebrem; ab omni expugnatione liberam per 106 annos, referente capellæ Regiæ inscriptione: *J. R. Nobis hæc invicta miserunt centum S. Proavi* 1617. Captam demum tempore belli Parlamentarii à Monckio Generali, qvi deinde Dux Albermarle factus. Ad hanc provinciam pertinet qvoqve antiqvitatis monumentum ad Carontem fl. qvod est rotundæ figuræ ædificium sine calce, sed saxis ita conformatũ ut superioris lapidis pars in inferiorem se inserat, ita ut totum opus mutuo complexu & saxorum pondere se sustineat, paulatim ab imo ad summum in arctum se colligens.

5. Lexonia præ aliis amat Dunbriton fortalitium monti impositum.

6. Cuninga metropoli idem assignat nomen, oppidis addi possunt Nievvmark & Ayre fortalitia.

7. Renfroana, cujus oppidum Baronia; fluvius Parthus.

8. Perthia amat Johnston seu Villa S. Johannis, & Duncalden.

9. Fifa seu Fyfe caput vult S. Andreæ, sedes est Archiepiscopalis clara redditur Academia, à Jacobo Rege an. 1411. fundata; celebris portu. In vicinia jacet Æstuarium Fyrth, Cuprum, Abrethium Promontorium rubrum.

10. Ernevallis laudat Erne.

11. Mendethia oppida habet Kery, Kambel.

12. Angusia nobili munimento firmatur, Dundee dicto, qvi locus erat custodiendi thesaurum Scotorum, durante bello Parlamentario cum Anglis, qvo ex-

ugnato à Cromvvellio 60 navibus in Angliam
nsvehendus una cum illis à mari abforbebatur in
ıſpectu Cromvvelli. vid. Staats-Kammer von
ıgland p. 69. & 70. Portus loci vulgò notus.
ıc referunt 1. Montros portu gaudens. 2. Bine-
r, caſtellum.

13. Mernia, ubi Barvvi ad Mare.

14. Buchania ſeu Buqhan, ubi Alberdonia ſeu
ıberdone, ad fl. Done. Academia illuſtris redditur
ındata à Rege Alexandro ejusqve ſorore Iſabella,
nno 1240. Inſuper portu & Salmonum captura ce-
ebris, eorumqve 1200. Cados circiter in ſolam Gal-
iam emittit. Adde Slanis ſeu Slanes.

15. Moravia ſeu Muray laudat Elgyn ad mare &
Inveres ad lacum Neſſe.

16. Gourea oſtendit Gary.

17. Badgenoth comprehendit Badenoth, Moy.

18. Cavalia ſeu Coila ſ. Kyle, caput amat Ardun-
ton; Æram &c. Saxum producit regio altum pedes
duodecim, longum ac latum cubitorum triginta
trium, ſurdus incolis dicitur, qvod ſonus etiam ma-
ximus qvantumvis ex una editus parte ab altera non
audiatur, niſi in remotiſſima diſtantia vid. Schott.
Curſ. Math. lib. 12. P. II. S. 2. c. 24. §. 9. p. 353.

19. Gallovidia ſeparatur à Coila fl. Cludano;
promontorium dicitur Gallovvays; Novantum,
Oppida ſunt Coſvvel, Gregargan, &c. Hic lacus
Myrtous conſpicitur, cujus naturam Schottius l. c.
refert qvod dimidia ſolùm pars hyemali concreſcat

frigore, intactâ alterâ. Alter lacus Rianus vocatur Ptolemæo Vidogara. Fluvii sunt Urus, Deva, Kennus, Crea, Lussus.

20. Lidalia, nomen habet à fl. Lidalo.

21. Evia ab Evo fl. dicta.

22. Escia ab Esce nomen trahit.

23. Annandia à fl. Annando nota.

24. Nithia à flumine Nitho nomen habet.

25. Glottia à fl. Glotta vocari cœpit; reliqvi fluvii sunt 1. Avennus 2. Duglassus. 3. Lothiana. 4. Carron, munumenta adjacentia referuntur Atl. Min. P. I. p. 85.

26. Levinia separatâ fl. Glotta à Renfroana; Lacum alit 6. mill. germ. longum, comprehensis 24 eo pertinentibus insulis, qvarum una semper natat; freqventer auditur clamor & strepitus è lacu venientes etiamsi nec tempestas nec ventus se moveat.

27. Cnapdalia lacum sustentat, cui Avus nomen fontibus avi fluvii, qvi se in mare Deucaledonicum conjicit solus, notus.

28. Lornæ Grampius mons varia attribuit nomina; nam ubi altitudo ejus levis est, vocatur ab incolis regio Braid Albin: ubi maxima, Drum Albin audit.

§. 15.

In Scotia Septentrionali occurrunt seqventes Provinciæ:

1. Angusia Anguis ubi Brechinium seu Brechin.

2. Atholia ubi Duncaledonia seu Dunckel.

3. Albania seu Broad Albain.

4. Lo-

4. Loqvabria ubi Kintallum f. Kintail.
5. Mernia.
6. Roſſia Roſſe, ubi Aſſinum ſeu Skiraſſin.
7. Sutherlandia, ubi Doruovicum Dorno, & L..
s Shyrne. Oppida Roſſin, Tarbartnes.
8. Cathaneſia, ubi Cathaneſia ſeu Cathnes, Fre-
k, Weik, Promontorium Dunsbyheat.
9. Narvernia ſeu Stratnavern, ubi Duncani por-
s ſeu Dunesby & Strabubaſtrum ſeu Strabubaſter,
arrohead, Laxford, Handa, Durnes, Coline, Gle-
ick, Far.
10. Ardmaneth Comitatus, ubi Rean Caſtellum
Urguhar, Tarbart, Cromarty.

CAP. LIX.

De

HYBERNIA,

ſeu

IRRLANDIA.

Tertiam Brittannicarum majorum Irrlandia Inſulam conſtituit; qvam incolæ Erin vocant, qvo vocabulo Occaſum ſignificant, qvaſi dicerent Terram Occidentalem; unde Hyberniæ denominatio deſcendat? dubium eſt; credunt qvidam id factum ab Hibero Hiſpaniæ Duce, qvi huic Inſulæ primus bellum intulit; Anglis Irrlandia nominatur.

§. 1.

Termini Hyberniæ sunt *ab Ortu* Mare Hybernicum: *ab Occasu* Oceanus Occidentalis; à *Septentrione* Mare Septentrionale; à *Meridie* Mare Vergivium.

§. 2.

Longitudo ejus extenditur ab insula Malin ad promontorium Missenhead estqve 60. mill. germ.

Latitudo progreditur à promontorio Carne ad promontorium Feriteri h.e. 30. mill. germ.

§. 3.

Incolarum natura partim agrestis partim polita, unde & in Sylvestrem & Politam divisio est, illius cives nullas admittunt leges; hujus Anglicis vivunt.

§. 4.

Continuis subjacet regio pluviis, luxuriosa tamen herbis non modo lætis sed & dulcibus, ut se exigua qvoqve parte diei impleant pecora & nisi prohibeantur pabulo, diutius pasta dissiliant; nobilioribus eqvis Hobies nomen, animalibus caret venenatis; Aqvilia freqvens est, & Anserum genus Bernacles dicti aliis Rotganſen qvi etiam in Scotia invenitur: proveniunt è conchis navibus, sæpe tanta copia adhærentibus ut cursum earum non parum impediant; Alias aves vocant Aurifrisios, qvarum magnitudo Aqvilæ proxima; alias Martinetas dicunt, qvæ post mortem calido impositæ loco nunqvam putrescunt, sed qvotannis novis induuntur pennis. De aliis vid. Atl. Min. P. I. 92. & 94.

§. 5.

Fluvii nobiliores sunt 1. Avenlisius 2, Boandus. 3. Ban-

Banna. 4. Linus. 5. Moadus. 6. Modarus. 7. Furnus. 8. Synnenus.

§. 6.

Montes dicuntur Muskerey in Momonia, Bladin Lagenia.

§. 7.

Lacus ſunt 1. Emo, cujus longitudo abſolvit 30000. paſſus; latitudo 15000. piſcium tanta repletus eſt copia ut rectè ſæpius nuncupatur. 2. Neeugh. 3. Lilulto, de qvibus vid. §. 13. hujus cap. 4. Dyffrin.

§. 8.

Archiepiſcopi numerantur 4. Armachienſis Primas eſt 2. Dublinenſis. 3. Caſſilienſis. 4. Toamenſis. Hiſce ſubſunt 29 Epiſcopi. Porrò 33. Comites Proceres Regni dicuntur, ſuperiorem agnoſcunt Pro-Regem ab Angliæ conſtitutum Rege; anno 1175. ſub Roderico Duce primum Anglis ſubdita fuit inſula, deinde ſub Henrico II. liberè conceſſerunt Anglis titulum Domini Irrlandiæ, qvo retento ad tempora uſqve Henrici VIII. publicè & Reges Irrlandiæ eligebantur Angli, qvo titulo adhuc hodie gaudent. Academia Dublini eſt.

§. 9.

Dividitur Irrlandia in qvatuor partes ſeu Provincias 1. Mommoniam ſeu Maunſter. 2. Lageniam ſeu Leynſter. 3. Connachiam ſeu Connagh. 4. Ultoniam ſeu Ulſter. Nonnulli addunt qvintam adhuc Mediam ſeu Meth. Anteqvam dictorum fiat expoſitio annectendus eſt Catalogus Regum Irrlandiæ.

CA-

CATALOGUS

REGUM IRRLANDIÆ,

1.	Rodericus Dux Irrlandiæ, ob,	1179
2.	Richardus I.	1189
3.	Johannes	1200
4.	Henricus I.	1272
5.	Eduardus I.	1307
6.	Eduardus II.	1327
7.	Eduardus III.	1377
8.	Richardus II.	1399
9.	Henricus II.	1414
10.	Henricus III.	1422
11.	Henricus IV.	1471
12.	Eduardus IV.	1483
13.	Eduardus V.	1483
14.	Richardus III.	1485
15.	Henricus VII. R. Angliæ	1509
	hic primus, Irrlandiæ qvoqve Rex creabatur, qvem secuti sunt seqventes Angliæ Reges.	
16.	Henricus VIII, qvi ob.	1547
17.	Eduardus VI.	1553
18.	Maria	1558
19.	Elisabetha	1605
20.	Jacobus VI.	1625
21.	Carolus I.	1649
22.	Oliverius Cromvvellus, Protector	1658.
23.	Richardus Protector, regnare desiit	1660

24. Ca-

24. Carolus II. R. Angliæ, ob. 1685
25. Jacobus Dux Monumethenſ. decollatur 1685
26. Jacobus II. Deponitur 1689
27. Wilhelmus III. & Maria electi anno 1689
vid. Reges Angliæ.

§. 10.

Momonia ſ. Maunſter, meridionale occupat Regni latus, Comitatus multos comprehendit veluti 1. Clare. 2. Lemmerik. 3. Kery. 4. Corke. 5. Waterford. Caput eſt Kinſalia ſ. Kinſale, reliqva oppida ſunt 1. Lymerick, ſedes Epiſc. 2. Corcagra ſeu Corce, ſed. Epiſc. ad fl. Saverenum. 3. Waterford. 4. Clare. 5. Dingle. 6. Ormond &c. Incolæ feram habent ut plurimum naturam nec Deum noſcere laborant, credentes qvotannis ſe mutari in lupos: hac in Provincia teſtatur Gyraldus fontem reperiri, cujus aqvis lavatus canitie obducatur, ſeqve vidiſſe barbam alicujus, qvæ ex parte lota, cana fuit, ex reliqva prioris coloris.

§. 11.

Lagenia ſeu Leinſter incolis Leighnigh; Comitatus Provinciæ ſunt 1. Wexford. 2. Kildare. 3. Dublyn. 4. Queenes. 5. Kelkenny. 6. Caterlach. 7. Kinges. Præcipuæ civitates ſunt 1. Dublinium ſeu Dublin, Irrlandis Balacleigh, ſedes regia eſt totius Irrlandiæ, & Archiepiſcopalis anno 1220. facta, Academiam fundavit Eliſabetha Regina; Præſes ſemper Vicecomitis dignitate fulget; 2. Kingeſtovvne. 3. Queeneſtovvne. 4. Molingar. 5. Atlone. 6. Banrogh. 7. Kilkenny. 8. Roſſe. 9. Ternes. 10. Wexford. 11. Wicklo. 12. Drogh-

Droghdagh. 13. Tryme. 14. Aboy. 15. Carbre. 16. Laghlyn &c. Fluvii sunt 1. Suiro. 2. Neoro. 3. Birgo.

§. 12.

Connachia seu Connacht, ab Irrlandis Connaughtu dicitur; caput est Galiva seu Galvvay, sedes Episcop. portu celebris redditur. Comitatus sunt 1. Tomonde. 2 Clare. 3. Galvvay. 4. Rosecmen. 5. Mayo. 6. Slego. 7. Letrim. 8. Lonford. Oppida sunt 1. Clare. 2. Kilaloe. 3. Rosecomen. 4. Longfor. 5. Ardrag. 6. Tabber. &c. In Insula Arran huc spectante credunt incolæ, homines immortales.

§. 13.

Ultonia seu Ulster Comitatus notat 1. Dunghall. 2. Upper. 3. Tyrone, 4. Onealand. 5. Antrim. 6. Therqvvte. 7. Kolrane. 8. Dovvne. 9. Monaghan. Caput est Armachum seu Armagh. sedes Archiepisc. Reliqva oppida 1. Carlingford. 2. Knockfergus. 3. Nevvry. 4. Louth. 5. Dungall &c. Qvi fabulis aurem præbent credunt insulas huc spectantes, qvarum altera ab Angelis, altera à Diabolis repleta; in una homines mori in altera immortales esse. Meminerunt & purgatorii S. Patricii, qvem Patronum colunt, argumento desumpto à conversione Irrlandorum, qvi noluerant prius rogante S. Patricio Abbate, Christianorum amplecti fidem, qvam viderint malos subjici pœnis post hanc vitam, factum itaqve fuisse, qvod ingens ignis terram in loco qvodam fiderit

hodie

hodie Ellanu Frugudory vocato, apparentibus magni numeri diabolis & ingenti exaudito clamore impiorum, qvo mota Irrlandorum pars ad Christianorum castra transiisse fertur; de veritate hujus historiæ meritò dubitatur; peculiarem tractatum ea de re edidit Lucas Walsingham Irrlandus; Noti sunt lacus 1. Neeugh, cujus longitudo 15 mill. adimplet. 2. Kilulto, cujus natura ea est, ut immissam fundo hastam per aliqvot mensium spatium, ex parte qva luto mixta, ferream; qva aqvis tantùm madida, lapideam efficiat, reliqva lignea manente 3. Kilvvarney. 4. Diffrin &c.

CAP. LX.

De

INSULIS BRITANNICIS.

MINORIBUS.

SUperiori capite 54. hujus libri Britannia dividebatur in insulas Majores & Minores, prioribus itaqve jam recensitis, paucis & minores percurrendæ sunt; De nobilioribus sermo est, reliqvarum incerto numero: veniunt autem hoc nomine præter jam supra cap. 57. §. 14. recensitas Garnesay, Vight & Jarsay.

1. *Orcades*, nunc *the Iles of Orknay* 40. & amplius nu-

numero ad Septentrionale latus Scotiæ ſunt partim in Deucaledonio,partim Teutonico Oceano; præcipua earum eſt Pomona ſeu Mainland, ubi ſedes Epiſcopi; deinde Hitland,qvæ ultima,captura Halecum Belgis nota.

2. *Hebrides* ſeu Hebudæ, Scotis Weſtren Isles, ad occidentem Scotiæ jacent, numero 43. & ultra ſunt; præcipuæ ſunt *Sodora*, cujus Epiſcopus, Epiſcopum Inſularum ſe vocat. Unde & circumjacentes minores *Sudorenſes* vocari cœperunt; poſt hanc veniunt 1. *Ila*. 2. *Skieles*. 3. *Levves*. 4. *Euſt*. 5. *Hirth*. 6. *Mula*. 7. *Jona*.

3. Mona nunc the Ile of Man, alio nomine & Angleſey dicitur, cujus longitudo 22. mill. Anglic. eſt, latitudo 17. caput agnoſcit Bellum Mariſcum ſeu Beaumariſch. 2. Roſſur. 3. Aberfravv. 4. Sacrum Promontorium, qvod Angli Holy-head vocant, incolæ verò Caer Guby.

4. Sullingæ, ſeu the Sorlinges, olim Caſſiterides, ſitæ ſunt è regione Cornubiæ promontorii Liſæi, numero 145. habentur, gramine amœnæ & avibus aqvaticis abundantes,ſtanni qvoqve feraces; decem earum majorem merentur notam, maxima S. Maria vocatur, caſtro & militari inſtructa præſidio.

5. Scheppey in oſtio Tamiſis ſita ex eo tempore clarior innotuit orbi, qvo anno 1667. cum fortalitio ſuo Shirenaſſe Belgarum impetus ſuſtinuit.

Plures minoris nominis hinc inde in deſcriptione Angliæ, Scotiæ & Hyberniæ ſine dubio recenſitas inveneris, accuratius eas deſcripſit Cambdenus in deſcriptione Inſularum Britannicarum.

LIB. IV. CAP. I.

De

GERMANIA.

NOminis derivationem incertam doctores reddunt, aliis à vocabulo Güerre, h. e. bello, deducentibus, qvod freqventi reqvie subjecta olim fuerit & verè adhuc hodiè; vid. Samuelis Rachelii Otium Noviomagense c. 13. p. m. 93. aliis verbo Germinis adscribentibus, qvia herbarum abundantia omni tempore repleta; Teutschland nominari existimant à Tuiscone Noë Filio vid. Cluver. Intr. Geogr. l. 3. c. 6.

§. I.

Vetustissimi Germaniæ termini fuerunt ab *Occasu* Rhenus amnis; à *Septentrione* Oceanus Septentrionalis; ab *Ortu* Granvicus & Finnicus sinus, Mare Svevicum, seu sinus Codanus; Vistula amnis & à fonte ejus linea ad Sarmaticos montes ducta protensos ad Hungariæ oppidum usqve Vaciam; à *Meridie* ipse Danubius: Successu temporis semper magis magisqve terminos mutavit; donec limites nacta, qvibus hodie cingitur, h. e. ab *Ortu* Borussiam, Poloniam atqve Hungariam; ab *Occasu* Galliam & Oceanum Germanicum; à *Septentrione* Jutiam & Sinum Codanum; à *Meridie* Italiam.

§. 2.

Qvod longitudinem refert antiqvam, extensa erat à promontorio Nortkyn ad Danubium usqve fl. h.e. 400. mill. germ. Hodiernis temporibus ducitur illa à Laubaco superiori (Oberlaubach) ad Chilonium seu Kiel, h.e. 140. mill. germ. Aliis à Geneva ad Regium montem, Königsberg in Preussen, h.e. 200 mill. germ. statuentibus.

Latitudo olim comprehensa inter Rhenum amnem juxta Basileam ad Amodocam paludem, qvæ in confinibus Russiæ; Lithuaniæ ac Podoliæ sita, composuit 200 mill. germ. Hodie progreditur à Basilea ad Vratislaviam (Breßlau) qvæ distantia 110 mill. germ. Aliis placet à Grevelingen ad Tvvardeschin juxta fontes Oderæ & Vistulæ ducta adeoqve 174. mill. germ.

§. 3.

Nobiliores fluvios tanto numero qvo Germania, nulla numerat Regio; omnium maximus est

1. Rhenus; duplicem petit fontem ex Alpibus indeqve nomen nactum anterioris & posterioris, des vor und Hinder-Reins, Lacum Brigantinum, vulgo den Bodensee, transiens recipit Nicrum prope Manhemium destructum, inqve eodem latere dextro Mœnum ad Moguntiam & Luppiam ad Vesaliam; in sinistro latere Mosellam admittit prope Confluentiam seu Coblentz (vid. Becman. hist. orb. terr. p. 64. Cluver. lib. 3. c. 5. Rachelii otium Noviomagense. l.c. p. 88.) mari propinqvior emittit Vahalem die Wahl, Leccum die Lech, & Isalam, qvi se con-

conjicit in sinum Belgicum seu Zuyder-See; ipse tandem mari commutatur.

2. Danubius seu Donau excepto Nilo maximas fluminum omnium Pontó Euxino seu nigro mari affert undas; Sylva Martiana, vulgo der Schwartzwald ad oppidum Doneschingen/fontem illius ostendit, veteribus mons dicebatur *Abnoba* qvem origo clarum reddat, sed fallax opinio, cum proveniat è loco per horæ spatium, á montibus liberato, teste Munstero in Cosmographia; cursu ortum petit non ut plurimum fieri solet Occasum; mirum tamen non est, Tamisi in Anglia idem faciente; Iter facit per Sueviam, Bavariam, Austriam, Hungariam, Serviam Bulgariam, Walachiam & Moldaviam; Septimenis se exonerando; ostia vocantur 1. Hierostomon ad Pangalam urbem. 2. Narcostomon. 3. Calostomon ad Ins. Sarmaticam. 4. Pseudostoma. 5. Boreon Stoma. 6. Stenon Stoma. 7. Psilon Stoma; hæcqve sententia Solini est; Plinio 6. tantum constituente; 60 recipit amnes, Lechum die Lech. Ænum der Jnn. Navam die Nabe/ & Marum die Marck in suum mare deferens; á fonte ad Viennam 21. pontibus jungitur; pluribus vide Sigismundum von Bircken in tr. der Donaustrohm. P. II. &c.

3. Amisia die Ems/ cui ortus est in Westphalia ad civitatem Paderborniensem, iter faciens per Varendorff/ Grefen/ Rhenen/ Linghen/ Meppen & Nebuisum, tandem in Mare Septentrionale se exponerat ad urbem Embden.

4. Visurgis die Weser originem debet Melibo-

co monti Hassiæ, inde rigans Minden/ Werden/ Göttingen/ Bremen / in Oceanum evolvitur.

5. Mœnus der Mayn / fontem habet in monte Fichtelberg seu Vichto aut Pinnifero inde petens Würtzburg/ Wertheim/ Pabeberg/ Aschaffenburg/ Seligenstadt / Steinheim / Hanau / Franckfurt/ Russelsheim, tandem ad Costheim è regione Moguntiæ Rheno communem se reddit.

6. Nicrus der Necker / à fonte Danubii origine milliari distat germanico, inde perfluens Wurtembergiam & Palatinatum, in Rhenum se volvit prope Manhemium.

7. Albis seu Elb / fontem habet in sylva Martiana seu Schwartzwald ad oppidum Rysenberg; vid. Fabricius in der Meißnischen Chronic; dictum credunt ex eo qvod undecim loca ad originem ejus contribuant, qvasi elf. Sueviam dividit à Saxonibus & Misniæ Marggraviatu, in Dania in Oceanum rapit.

8. Odera seu Oder nomen debet loco ubi oritur, qvem Oderberg vocant ad radices Carpatici jugi, ab aliis dicitur Viadrus, antiqvitus Suevus nominabatur; qvatrimembris in Oceanum Germanicum se demergit, ingresso prius infra Stetinum lacu, der grosse Haff; ostia dicuntur 1. Dipena seu Diewenow. 2. Pena. 3. Svvina. Præterfluit Glacoviam, Breslaviam, Francofurtum, Cüstrinum, ubi Wartam recipit, & Stetinum; præter Wartam è Polonia descendentem nigri coloris & Boberum & Neissam assumit.

9. Sprea

9. Sprea die Sprec falso reputabatur pro Viadro; nam exitum petit prope Haſelsberg / ubi ab Albi recipitur.

10. Viſtula die Weichſel deſcendens è montibus Poloniæ Cracoviam petit, inde Dantiſcum, inde Elbingam in Boruſſia, inde Lokſtadium, donec Mare Polonicum ingreditur trimembris.

Minorum non opus eſt ut fiat mentio.

§. 4.

Montium priores ſunt 1. Jugum Hercinium, Schwartzwald. 2. Mons Melibocus der Fichtenberg ſeu Blocksberg. It. Zyrbelberg. 3. Pinnifer ſ. Vichtus der Fichtelberg. 4. Heſſus der Oſterberg. 5. Senus. 6. Suevus. 7. Pfauenberg. 8. Rheticus ſeu Türwaller. 9. Sprül. 10. Vocerius ſeu Botzberg. 11. Rolberg. 12. Iſidis. 13. Taunus der Heyrich.

§. 5.

Sylvarum titulo veniunt 1. Hercinia ſeu Böhmerwald. 2. Bacenis ſeu Semana, Hartz. 3. Gabreta, Thüringerwald. 4. Sylva Ottonis ſeu Ottenwald. 5. Sylva Martiana, Schwartzwald.

§. 6.

Academiæ qvamplurimæ dantur in Germania, de qvibus loca inferius evolvenda, qvæ clara reddunt. ſunt autem nobiliores 1. Baſileenſis. 2. Friburgenſis. 3. Argentoratenſis. 4. Heidelbergenſis. 5. Tubingenſis. 6. Ingolſtadienſis. 7. Altorfina. 8. Pragenſis. 9. Viennenſis. 10. Francofurtenſis ad Oderam. 11. Gripsvvaldenſis. 12. Roſtochienſis. 13. Helmſtadienſis. 14. Witten-

bergensis. 15. Lipsiensis. 16. Jenensis. 17. Erfurdensis. 18. Marpurgensis. 19. Giessensis. 20. Coloniensis. 21. Moguntinensis. 22. Leodinensis Lüttig. 23. Lovaniensis Löwen. 24. Lugdunensis Batavorum Leyden. 25. Gröningensis. 26. Regiomontana Königsberg. 27. Pruxellana Brüssel. 28. Treverana Trier. 29. Franeckerana. 30. Kiloniensis, Kiel.

§. 7.

Si fertilitatem respicias, ubertas agrorum ridet, prata numero subducta saltant, fluvios densitas arborum opacitate donat; fluvii dant rivulos, rivuli hortos rigant, & omnis campus lætus aspicitur; qvadrupedum ferarumqve innumera acies replet sylvas; in nubilum usqve abies caput erigit; cervus nec frigidiorem undam desiderat, nec aper meliores dentibus glandes; caprea ferrea qvasi per nemora vagit; dama montium cristas inhabitat; ursus Hercynium; Lynx undiqve cryptas qværit; lepus omni numero major vites colit; qvis agmina omnis generis piscium numeraret; qvis distingveret tot avium colores, cantusve; Stemmata eandem ligni materiam qvotannis succisa referunt; Saluberrimus aer est; Juga planaqve uvas nobilissimo liqvore onustas producunt; qvo te vehi jubet cupido, amnis ruit: acidi fontes nunc ostendunt differentiam à puriori aqva, mox Te bibisse merum vinum tibi persvadendo; si qværas unde acidularum in Germania ingens copia veniat, qvomodove generentur? nota aqvam rapientem per subterraneos meatus, ubi fodinæ vitrioli, salis, aluminis &c. reperiuntur, admistione spi-

ſpiritus horum mineralium, aliqvid de eorum natura, ſibi vindicare, unde venit, qvod non una eademqve acedo aqvæ, ſed modo lenior, modo ſeverior notetur prout mineralibus aliis magis minusve admixta fuerit; hinc notamus. 1. Ubiqve ferè reperiri vitrioli, ſalis aluminisqve fodinas, ubi acidi fontes prorumpunt. 2. Scimus ſpiritum vitrioli ſalisqve acidum eſſe. 3. Ex hiſce acidulis aqvis nullum corpus acidum, ſed ſpiritus ſeparari, qvi omnino ſimiles ſunt ſpiritibus vitrioli, ſalis aliorumqve mineralium: freqventiores itaqve ſunt hi fontes, qvo fodinæ magis abundant, in ſola Germania ultra 1000. numerantur: Thermas oſtendit Badenſe territorium ad Helvetiam, Inferior Alſatia, ſuperior Germania; eminent Embſebad ſupra Conſtantiam, Wildbad in Ducatu Wirtemberg; Blaßbad ad Tubingam; Marggrafenbad ad Badam urbem; Sultzbad ad Molshemium in inferiori Alſatia; Huop in cit. Marchionatu Badenſi: Geberswei-lerbad in ſuperiori Alſatia, de qvibus Waltherus Rivius in ſpeculo ſanitatis, nec non Gallus Etſchenreuter in tract. qvem de thermis Germaniæ conſcripſit an. 1571. Argent. impreſſo, conſuli poſſunt. Cauſam Phyſici aliam dare non ſolent, qvam qvod aqva ſerpens per ſubterraneos meatus, ubi ſulphur habitat, ſuccinum, vel carbones foſſiles, (qvæ materiæ ſemper calidum fumum emittunt) particulas ſulphureas ſimul admittat & progrediendo paulatim calefiat: Cur plerumqve acidum adhuc ſaporem præbeant? ratio eſſe poterit, qvia ut plurimum thermæ particulas aluminis, ferri, nitri, ſalisve ſecumve-

hunt: Nec ita tantùm Germaniæ natura prospexit; ad Monasterium in Bavaria fons est, cujus superiora non nisi oleum sustinent; idem dicendum de fonte qvem rustici in *Lampersloch* prope Hagenoam monstrant, unde & Oelbrunn audit; In valle Lebersthal vocata; haud procul à Gersbach fodina cernitur, qvæ atrum bitumen porrigit rusticis, aptum ad axes illinendos: De pluribus hic non agendi occasio; salsi fontes uberrimè prostant, v. g. Hallæ Suevorum, Hallæ Saxonum, Hallopoli in Styria, omni ferè angulo in Archiepiscopatu Salisburgensi; Salzæ in Magdeburgensi Ducatu; &c. hujus certè elementi, ingens nascitur Germaniæ proventus, emptione: Haud difficulter originis ratio eruitur; aqva antеqvam fontem arripit per meatûs ruit sub terram, siqve illi gignunt, salia induit simul salinas particulas spiritumqve similem; qvibus conceptis deinde non nisi salsa sqvalere poterit. Num qvid de fodinis dictu opus? Nobilitant omnino qvamplurima Germaniæ loca, nec unius generis metalla suppeditant; qvædam auri opes largiuntur, qvædam argentum egregia naturæ liberalitate; aliæ cuprum, aliæ ferrum, plumbum, vitriolum, antimonium, cretam, lapides aliaqve mineralia; loqvunrur hac de re Misnia, Voitlandia, Tyrolensis comitatus, Silesia, Luneburgicus Ducatus, Wurtembergici Territorium, comitatus Waldecciæ, Alsatia &c. Concluditur itaqve ex Europæ Provinciis Germaniam superare reliqvas copia fodinarum, abundantia rerum, omniqve amœnitate; unde adeundi potius erunt integri

ƒegri tractatus huc ſpectantes, qvam ne qvidem partem hic guſtare,

§. 8.

Barclaji notæ in Germanis ſunt aperti mores, ſumma laborum patientia, in re militari durities; in artibus Mechanicis divina ingenia; in re literaria lætus & diligentiſſimus animus dum famam voluminibus credunt contineri; cætera omnia magni æſtimat potus excepta cupiditate; prona natio ad imitandos exteros imprimis Gallos ac Italos tam moribus qvam lingva atqve tegendi corpus forma; qvi cum illis veſcitur optimus reliqvorum poterit eſſe Judex. In lingva duriorem adnotant exteri ſonum unde notorium illud, cum Deo *Hiſpanicè*, ob Majeſtatem; cum principibus *Italicè* ob gravitatem; cum fœminis *Gallicè* ob temeritatem; cum hoſtibus verò *Germanicè* ob terrorem eſſe loqvendum: vid. Becman. hiſt. orb. terr. p. 385. Dialectus non una eſt lingvæ, ſed adeo varia ut ſæpius alter alterum non intelligat.

§. 9.

Dividunt Doctores Germaniam in Provincias Circulis X. comprehenſas; & non comprehenſas vid. Reichelt Geogr. p. 65. Alii in *Superiorem & Inferiorem* ſicuti Schott. Curſ. Math. lib. 12. P. II. S. 2. cap. 12. & 13. Du Val. P. II. ed. germ. p. 271. &c. qvæ diſtinctio & noſtra erit; Anteqvam ad ſpecialiora progrediamur Catalogum Germanicorum Impp. ſubjiciamus.

§. 10.

CATALOGUS
IMPERATORUM ROMANORUM.

1. Cajus Julius Cæsar natus anno Mundi 3872. 12. Jul. imperavit an. 3. mens. 6. ob. an. 3928. 15 Mart.
2. Cajus Cæsar Octavianus nat. an. M. 3903. 23. Sept. imperavit an. 56. ob. an. 3985. 19. Aug.
3. Claudius Tiber. Nero nat. an. M. 3930. 16. Nov. imp. an. 23. mens. 8. dies 29. ob. an. 4008. 16. Mart.
4. Cajus Caligula nat. an. Christi 13. Cal. Sept. imper. an. 3. mens. 9. dies 28. ob. an. 42. 24. Jan.
5. Claudius Nero nat. an. 9. ante Christ. Cal. Aug. imper. an. 3. mens. 8. dies 20. ob. an. 55. 13. Oct.
6. Nero nat. an. 39. post Christ. 15. Dec. imp. an. 13. mens. 8. ob. an. Chr. 69. 10. Jun.
7. Sergius Galba nat. an. 1. ante Christ. 9. Jan. imper. an. 7. ob. an. 70. 5. Jan.
8. Otto nat. an. 33. post Chr. 4. Maji imper. an. 3. ob. an. 70.
9. Vitellius nat. an. 16. post Chr. 8. Oct. imper. an. 8. ob. an. 70.
10. Flav. Vespasianus nat. an. 10. 17. Nov. imper. an. 9 mens. 11. dies 24. ob. an. C. 80. 24. Jun.
11. Titus Vespasianus nat. an. 40. 10. Dec. imper. an. 10. mens. 2. dies 20. ob. an. 82. 13. Sept.
12. Domitianus nat. an. 52. 24. Oct. imper. an. 15. dies 5. ob. an. 97. 18. Sept.
13. Coccejus Nerva nat. an. 33. imp. an. 1. mens. 4. dies 9. ob. an. 99. 27. Jan.

14. Ul-

14. Ulpius Trajanus nat. an. Chr. 54.
imper. an. 19. menſ. 6. dies 15. ob. an. Chr. 118. 11. Aug.
15. Hadrianus nat. an. 77.
imper. an. 20. menſ. 11. ob. an. 139. 10. Jul.
16. Antoninus Pius nat. an. 87.
imp. an. 23. ob. an. 162. 7. Mart.
17. Marcus Antoninus Philoſ. nat. an. C. 122.
imper. an. 19. - dies 11. ob. an. 181. 17. Mart.
18. L. Antoninus Verus - -
imp. an. 9. - - ob. an. 170.
19. Commodus nat. an. 162.
imp. an. 12. menſ. 9. dies 14. ob. an. 193. 31. Dec.
20. Pertinax nat. an. 126.
imp. an. - menſ. 2. dies 26. ob. an. 194.
21. Didius Julianus nat. an. 144.
imp. an. - menſ. 2. dies 5. ob. an. 194.
22. Septimius Severus nat. an. 157.
imp. an. 17. menſ. 8. dies 3. ob. an. 212. 31. Dec.
23. Anton. Baſſianus Caracalla nat. an. 189.
imp. an. 6. menſ. 2. - ob. an. 218. 6. Apr.
24. Septimius Geta - -
imp. an. 1. - dies 22. ob. an. 213. 25. Febr.
25. Macrinus nat. an. 165.
imp. an. 1. menſ. 1. dies 27. ob. an. 219.
26. Anton. Heliogabalus nat. an 205.
imp. an. 3. menſ. 9. dies 4. ob. an. 223. 6. Mart.
27. Severus Alexander nat. an. 207.
imp. an. 13. - - ob. an. 236.
28. Maximinus nat. an. 173.
imp. an. 2. - - ob. an. 238.

29. Bal-

29. Balbinus & Pupienus
imper. an. 1. ob. an. 239.
30. Gordianus
imp. an. 6. ob. an. Chr. 245. 4. Mart.
31. Philippus Arabs
imp. an. 5.
32. Decius
imp. an. 2. menf. 1. ob. an. 252.
33. Gallus & Volufianus
imp. an. 2. ob. an. 254.
34. Valerianus
imper. an. 7. ob. an. 261.
35. Gallienus
imp. an. 15. ob. an. 269. 12. Apr.
36. Claudius
imp. an. 1. menf. 11. dies 20. ob. an. 271. 10. Mart
37. Valerius Aurelianus
imper. annis 5. ob. an. 276. 5. Jan.
38. Tacitus Florianus.
imper. 6. menf. ob. an. 277.
39. Aurelius Probus
imp. an. 6. menf. 4. ob. an. 282.
40. Carinus & Numerianus.
imp. an. 2. menf. 7. ob. an. 284.
41. Diocletianus nat. an. 245.
imp. an. 20. ob. an. 313.
42. Maximianus Herculeus
imp. an. 18. ob. an. 308.
43. Conftantinus M. nat. an. 273.
imp. an. 31. ob. an. 337.

44. Ma-

44. Maxentius
imp. an. 6. ob. 312.
45. Conſtantinus II. nat. an. 315.
imper. an. 3. ob. 340.
46. Conſtantius nat. an. 316.
imp. an. 24. menſ. 11. dieb. 5. ob. 361.
47. Conſtans nat. an. 320.
imp. an. 13. ob. an. 350.
48. Julianus Apoſtata nat. an. 331.
imp. an. 1. menſ. 8. ob. an. 363. 6. Jul.
49. Jovianus nat. an. 331.
imp. menſ. 7. dieb. 22. ob. an. 364. 17. Febr.
50. Valentinianus nat. an. 320.
imp. an. 11. menſ. 3. dieb. 10. ob. an. 375. 17. Nov.
51. Gratianus nat. an. 259.
imp. an. 16. ob. an. 383. 8. Sept.
52. Theodoſius M. nat. an. 335.
imp. an. 16. ob. 395. 17. Jan.
53. Arcadius nat. an. 377.
imp. an. 25. menſ. 3. dieb. 16. ob. an. 408. 1. Maji.
54. Theodoſius II. nat. an. 400.
imp. an. 48. menſ. 2. dieb. 28. ob. an. 450. 28. Jul.
55. Marcianus
imp. an. 6. menſ. 6. d. 10. ob. an. 457. 7. Febr.
56. Leo Thrax
imp. an. 17. ob. an. 474.
57. Zeno
imp. an. 17. ob. an. 491. 8. Apr.
58. Anaſtaſius nat. an. 430.
imp. an. 27. menſ. 3. d. 3. ob. an. 518.

59. Ju-

59. Justinianus Thrax
imp. an. 9. mens. 1. ob. an. 527. 7. Aug.
60. Justinianus M. nat. an. 481.
imp. an. 38. mens. 7. d. 13. ob. an. 565. 5. Nov
61. Justinus II.
imp. an. 10. mens. 10. d. 20. ob. a. 576. 24. Oct
62. Tiberius Anicianus
imp. an. 6. mens. 10. d. 8. ob. an. 583. 10. Aug.
63. Mauritius Cappadox nat. an. 539.
imp. an. 19. mens. 3. d. 11. ob. an. 602. 24. Nov.
64. Phocas
imp. an. 8. ob. an. 611. 6. Apr.
65. Heraclius
imp. an. 30. mens. 10. ob. an. 641.
66. Constantinus III.
imp. dies 4. ob. an. 641.
67. Heracleonas nat. an. 630.
imp. dieb. 6. ob. an. 641.
68. Constans
imp. an. 27. ob. an. 669. 7. Jul.
69. Constantinus Pogonatus
imp. an. 17. mens. 7. ob. an. 685.
70. Justinianus
imp. an. 10. ob. an. 706.
71. Leontius
imper. an. 3.
72. Tiberius Absimarus.
imp. an. 7. ob. an. 706.
73. Philippus
imp. an. 2. mens. 9.

74. Ar-

74. Artemius Anastasius
imp. an. 1. mens. 3 ob. an. 716.
75. Theodosius III.
imp. an. 1. ob. 717.
76. Leo Isaurus
imp. an. 24. mens. 2. d. 25. ob. 741. 14. Jul.
77. Constantinus Copronymus
imp. an. 34. mens. 2. d. 26. ob. an. 775. 13. Aug.
78. Leo IV. nat. an. 750.
imp. an. 5. ob. an. 780.
79. Constantinus VII. nat. an. 778.
imp. an. 10. ob. an. 798.
80. Carolus M. nat. an. 742.
imp. an. 46. ob. 814. 28. Jan.
81. Ludovicus Pius nat. an. 776.
imper. an. 26. mens. 4. d. 24. ob. 840. 20. Jun.
82. Lotharius
imp. an. 15. mens. 3. d. 10 ob. 853. 29. Sept.
83. Ludovicus II.
imp. an. 19. mens. 10. ob. 874.
84. Carolus Calvus
imp. an. 2. mens. 2. ob. an. 877. 28. Sept.
85. Ludovicus III.
imp. an. 1. mens. 6. d. 5. ob. an. 879. 10. Apr.
86. Carolus Crassus
imp. an. 8. mens. 7. ob. an. 888.
87. Arnolphus
imp. an. 12. mens. 1. d. 19. ob. 899. 29. Nov.
88. Ludovicus IV.
imp. an. 11. ob. an. 912. 21. Jan.

89. Con-

89. Conradus M.		
imp. an. 7.		ob. 919. 19. Jun.
90. Henricus Auceps	nat. an. 676.	
imp. an. 17.		ob. an. 936. 2. Jul.
91. Otto M.		
imp. an. 37.		ob. 973. 7. Maji.
92. Otto II.	nat. an. 955.	
imp. an. 10		ob. 983. 8. Dec.
93. Otto III.		
imp. an. 17.		ob. an. 1001. 28. Jan.
94. Henricus Claudus	nat. 972.	
imp. an. 23. menf. 5.		ob. 1024. 13. Jul.
95. Conradus Saligus		
imp. an. 15.		ob. an. 1039. 28. Jun.
96. Henricus III.	nat. an. 1017.	
imp. an. 17. menf. 7.		ob. 1056. 5. Oct.
97. Henricus IV.	nat. 1051. 3. Nov.	
imp. an. 50.		ob. an. 1106. 7. Aug.
98. Henricus V.	nat. 1082.	
imp. an. 19.		ob. 1125. 21. Maji.
99. Lotharius Saxo		
imp. an. 13.	ob. 1137. 3. Dec.	
100. Conradus III. Suevus.	nat. 1138.	
imp. an. 14.		ob. 1152. 15. Febr.
101. Fridericus I. Barbaroſſa		
imp. an. 39.		ob. 1190. 10. Jul.
102. Henricus VI.	nat. 1165.	
imp. an. 7.		ob. 1198. 22. Apr.
103. Philippus		
imp. an. 10.		ob. an. 1208. 23. Jun.

104. Otto IV.
imp. an. 4. ob. an. 1218.
105. Fridericus II. nat. an. 1193. 26. Dec.
imp. an. 38. ob. an. 1250. 13. Dec.
106. Henricus Hassiæ Landgr.
imp. an. 1. ob. 1245.
107. Wilhelmus Hollandiæ Com.
imp. an. 3 ob. 1250. 5. Jan.
108. Conradus IV.
imp. an. 3. mens. 5. dies 10. ob. 1254. 22 Maji.
109. Richardus R. Cornubiæ
imp. an. 6.
110. Alphonsus Rex Castiliæ electus Imp. an. 1258. noluit imperare.
111. Rudolphus Comes Habsburg. nat. 1218. 27. April.
imp. an. 18. ob. an. 1291. 15. Jul.
112. Adolphus Nassovius &
imp. an. 6. ob. 1298. 2. Jul.
Albertus Austriacus simul regnans.
imp. an. 10. ob. 1308. Cal. Maji.
113. Henricus VII. Luzelburgicus nat. an. 1262.
imp. an. 4 mens. 8. dies 18. ob. an. 1313. 24. Aug.
114. Ludovicus V. Bavarus &
imper. an. 32. m. 11. d. 24 ob. an. 1347. 11. Oct.
Fridericus Pulcher Austriacus Anti-Cæsar.
imp. an. 15. m. 2. d. 27. ob. an. 1330. 13. Jan.
115. Carolus IV. nat. an. 1315.
imp. an. 32. ob. an. 1378. 29. Nov.
116. Wenceslaus nat. an. 1361. 21. Sept.
imp. an. 21 ob. an. 1419. 16. Aug.

117. Rupertus Palatinus
imp. an. 10. ob. an. 1410. 10. Maji.
118. Jodocus Marchio Moraviæ
imp. menſ. 6. ob. an. 1411.
119. Sigiſmundus nat. an. 1367. 28. Jun.
imp. an. 27. ob. 1437. 8. Dec.
120. Albertus II.
imp. an. 2. ob. an. 1439. 27. Oct.
121. Fridericus III. Auſtriacus nat. a. 1415. 21. Sept.
imp. an. 53. menſ. 3. d. 3. ob. an. 1493. 19. Aug.
122. Maximilianus I. nat. an. 1459. 22. Mart.
imp. an. 25 m. 5. ob. an. 1519. 12. Jan.
123. Carolus V. nat. an. 1500. 24. Febr.
imper. an. 39. obit an. 1558. 21. Sept.
124. Ferdinandus I. nat. an. 1503. 10. Mart.
imper. an. 6. menſ. 6. ob. an. 1564. 25. Jul.
125 Maximilianus II. nat. an. 1527. 1. Aug.
imp. an. 12. ob. 1576. 12. Oct.
126. Rudolphus II. nat. an. 1552. 18. Jul.
imp. an. 36. ob. an. 1612. 10. Jan.
127. Matthias nat. an. 1557. 24. Febr.
imp. an. 7. menſ. 7. ob. an. 1619. 8. Apr.
128. Ferdinandus II. nat. an. 1578. 9. Jun.
imp. an. 17. ob. an. 1636.
129. Ferdinandus III. natus an. 1608. 13. Jul.
imp. an. 22. ob. an. 1657. 2. Apr.
130. Leopoldus modernus Imp. nat. an. 1640. 9. Jun. Patre Ferdinando III. & Matre Maria Anna Philippi III. Hiſpan. Reg. filia; an. 1655. 27. Jun. fiebat Rex Hungariæ: an. 1656. 14. Sept. Bohemiæ: an.

an. 1658.-1. Aug. Romanorum: Parens est moderni Regis Hungariæ, de qvo in Catalogo Reg. Hung.

CAP. II.

De

BELGIO.

seu

GERMANIA INFERIORI.

DIvisa in Inferiorem atqve Superiorem Germania, prioris in præsentiarum Provinciæ ad manus sumendæ, qvæ 17. numero, Hispaniarum Regi qvondam patrimoniales; veniunt sub nomine Belgii; Hispanis verò ac Italis Flandriæ deducto ab una earum titulo.

§. 2.

Terminatur Belgium seu Flandria, s. Germania inferior à *Meridie* Lotharingia, Campania, & parte Piccardiæ; ab *Occasu* eadem Piccardiæ parte & Germanico mari; à *Septentrione* Oceano Britannico; ab *Ortu* Archiepiscopatibus Trevirensi & Coloniensi, Ducatu Clivensi & Westphalia.

§. 3.

Dividitur hodiè in *Belgium Regium* seu Hispanicum & *Fœderatum*; ad illud spectat

1. *Geldriæ* pars.
2. Ducatus *Brabantiæ*.

3. Ducatus *Limburgi.*
4. Ducatus *Luzenburgi.*
5. Comitatus *Namurci.*
6. Comitatus *Hannoniæ.*
7. Comitatus *Artesiæ.*
8. Comitatus *Flandriæ.* Hæqve omnes Provinciæ Hispano subesse deberent, qvod verò nonnullæ Gallo pareant notum satis, spectant insuper huc Marchionatus *Antvverpiæ*, & dominium *Mechliniæ*;

Ad confœderatum Belgium reliqvæ referuntur Provinciæ; nimirum

1. Comitatus *Hollandiæ.*
2. Comitatus *Zelandiæ.*
3. Comitatus *Zutphaniæ.*
4. Dominium *Frisiæ.*
5. Dominium *Ultrajecti.*
6. Dominium *Transisalaniæ.*
7. Dominium *Græningæ.*

§. 4.

Administrandæ Justitiæ gratia aliqvot Senatorum Collegia constituta leguntur, qvibus omnibus Gubernator personam Regis repræsentans superior; venit autem sub nomine Senatus

1. *Consilium statuum*, cujus Præses ipse Gubernator, membra sunt Præfecti inferiores atqve Doctores Juris, eorum tanta potestas, ut & nomine Regis bellum pacemqve facere, pangere fœdera, & alia Regalia exercere qveant; sicuti nuperrimè visum fuit edita belli declaratione, ab hoc Concilio adversus Regem Galliæ, an. 1689. mense Majo.

2. *Con-*

2. *Concilium secretum* constat Præside Gubernatore & 12. assessoribus, qvi vel Doctores vel Licentiati, qvi supplicationum Magistri dicrntur; horum cura consistit in negotiis justitiam concernentibus atqve Politiam nec non reliqvorum Conciliorum inspectionem; Privilegia, consensus, Gratiaqve solo ab hoc impetrantur Collegio, Leges, Statuta, Edicta itidem solum fert; condit, publiciqve juris facit; solum de limitibus Provinciarũ Superioritatibus & authoritatibus Principum judicat & qvæ sunt alia.

3. *Concilium Finantiarum* constat tribus Præfectis, Thesaurario, Receptore, & tribus Commissariis, cum duobus Greffiariis; ejus cura versatur circa reditus Regios & expensas tam tempore pacis qvam belli faciendas.

4. *Camera Rationis* Bruxellis est, constans Præside & 7. assessoribus, qvi arithmeticam ad summum intelligunt; Qvittantias præbet omnibus Thesaurariis atqve Receptoribus Brabantiæ, & Luzelburgici Ducatuum aliorumqve locorum: Qvi & huic Cameræ rationes reddere coguntur.

5. Dantur adhuc tres aliæ Cameræ rationum nim. *Flandriæ, Hollandiæ* & *Geldriæ*, qvarum rationes petuntur à supremo Finantiarum Concilio.

6. Præter jam dicta Collegia cuilibet Provinciarum Senatus adhuc Provincialis est, Præside & 12. ut plurimum præditus assessoribus; qvi vel Doctores vel Doctorandi sunto, venit sub alio nomine Parlamenti Regii, qvia & Rex coram illo respondere accusatus tenetur, & negotia criminalia hic tractantur; Forum Aulicorum est; ad hoc Parlamentum

omnes Appellationes diriguntur ab inferioribus judiciis, superiorem non admittit, patitur tamen Revisionem seu Syndicatum; in pluribus adhuc aliis negotiis Jurisdictionem exercet.

§. 5.

Principaliores urbes sunt 1. Löwen. 2. Brüssel. 3. Antorff. 4. Gent. 5. Brugis. 6. Hipra. 7. Mechlinia. 8. Cambray. 9. Hertzogenbusch. 10. Atrebatum s. Arras. 11. Dornick. 12. Bergen. 13. Valençienne. 14. Dordrecht. 15. Harlem. 16. Amsterdam. 17. Leiden. 18. Niemágen. 19. Utrecht. 20. Haag.

§. 6.

Flumina præstantiora sunt 1. Rhenus. 2. Mosa. 3. Amisius seu Ems. 4. Scaldis. 5. Mosella. 6. Lisa. 7. Aa. 8. Sambra. 9. Dela &c. De Rheno, Amisio jam superius actum.

Mosa origo in Vogesi dorso est ea ex parte qva *Langres* sita, haud procul á fontibus Matronæ & Araris in Gallia fluminum; ad *Namurcum* Sabinam admittit, ad *Hervverden* oppidum, Rheno miscetur & Vahali, tandem ad *Bril* cui in vicinia *Roterodami* locus, in mare se conjicit.

Scaldis, fons est in Veromanduis egressus infra Antvverpiam, ubi ad castrum *Saffringen* duo componit brachia; ad *Gaudavum* Lisa miscetur, exitum in Seelandia sibi qværit.

Agnio s. Aa, fontem sibi vindicat in comitatu *Renty* ad oppidum *Teroana*, rigat oppida S. Omar. Grave-

Gravelingen &c. donec in Mare Britannicum volvitur.

Lisa seu Leye oritur in Artesiæ oppido *Lisburg*, præterlabitur Wervvic. Cortracum dividit; ad Gandavum Scaldis vehere incipit undas.

Sambra oritur in Hennegoja ad oppidum *Novion*, præterfluit Landrecy, Saffene, Barlaymont, Maubeuge, Merne & Chaffele, tandem in Mosa finitur.

Dela fontem habet in Brabantia ad oppidum *Tila*, rigat Waveram, Lovanium, Mechliniam, &c. Donec in Scaldim rapit ad Rupelmondam.

Diza oritur in Leodiensi territorio ad oppidum *Per*, in Mosa absolvitur. *Demera* in eodem territorio ad oppidum *Tungris*, prætercurrit Bilseno, Hasselt, Dieſt, Sichenum, Arſcotum; tandem cum Dela mutatur.

Netha ad *Rheti* oppidum oritur, rigat Herrenthal in territorio Grobendonken recipit Aade fl. dividit Littam fl. ad Wale tandem in Dela finem nanciſcitur.

Adrana ſeu Rueux fontem videt in Juliacenſi Ducatu, prope *Bullingen*, ad Ruremundam communicat undas Moſæ.

§. 7.

Qvot montes refert pauci numero ſunt, & tantùm in Ducatu Luzelburgico, Hennegoja & Namurco, nec non Epiſcopatu Leodicenſi aliqvot conſpiciuntur.

§. 8.

Sylvarum nomine venit 1. *Arduenna* ſeu Ardenne, germ. der Lütticher Wald. cujus longitudo

creditur, 125. mill. germ. 2. *Mormavia* seu *Mormau* in Hennewiers 3. *Sylva S. Amandi* seu *Sylva Raymensis.* 4. *Sylva Faignensis* seu *Le bois de Faigne.* 5. *Soniensium sylva.* 6. *Sylva Saventerloo.* 7. *Grotenbout.* 8. *Marlaigne in Namurco.* 9. *Niepa in Flandria.* 10. *Nonnen.* 11. *Poodsberg.* 12. *Sylva Wilhelmi in Artesia.* 13. Echterwald. *in Geldria.*

§. 9.

Academiæ Belgicæ sunt 1. *Lovaniensis* s. Löwen. 2. *Franeckerana* in Westfrisia. 3. *Duacensis* in Flandria. 4. *Lugdunensis:* qvarum prima nobilissima, rogatu Nobilitatis Brabantiensis à Johanne IV. Duce Brabantiæ sub Martino V. Papa an. 1426. fundata 1. Sept. Alii addunt qvintam nim. *Græningensem* & sextam *Mechliniensem.*

§. 10.

Ut plurimum nobili & formosa Belgæ incedunt præditi facie; mansvetudinem pro viribus curant; citissimè ira moventur; priorem ambiunt locum; gratas benefacientibus extra moram exhibent mentes; omnium artium capaces & consilii; & vulgus una plures callet lingvas; avaritiam unanimiter paulo tenacius protegunt; fœmineo maximus honor sexui & authoritas in domesticis; marito majora cogitante relinqvitur: mire rerum formam coloribus oculis subjiciunt; castitatem præ aliis servant; vitio ebrietatis in aliqvibus, virtutes reliqvas polluunt. Nunc ad specialiora Provinciarum transgrediendum; & qvidem Belgii Regii.

CAP.

Cap. III.

De

BELGIO REGIO.

DUcatus Brabantiæ terminatur ab *Ortu* Episcopatu Leodienſi; à *Meridie* Hennegoja & Namurco. ab *Occaſu* Flandria & Scaldi fl. à *Septentrione* Geldria & Hollandia.

Longitudine extenditur à Gemblours ad St. Gertrudenberg, qvæ diſtantia 22. mill. germ. eſt.

Latitudo progreditur ab Helmont ad Bergen op Zom/ h. e. 20. mill. germ.

Fluvii ſunt Moſa ſeu Maas/ & Scaldis ſeu Schelde/ Dommel/ Aa/ Nette/ *Metropolis* eſt *Bruxella* ſeu Brüſſel ad fl. Sifina, ſedes eſt gubernatoris Hiſpanici, & ſummum hic conſtituitur Brabantiæ Tribunal: caverna hic eſt, qvæ immiſſam vocem 32. vice reddit in Palatio: Organa pulſantur motu aqvæ ab artificibus ductæ. Poſt hanc venit

1. *Lovanium* ſeu Löwen / ad fl. Diliam & Vortam; arx à captivitate Friderici Saxoniæ Electoris ſub Carolo V. facta adhuc nota ſuperbit; qvando Academia erecta vid. §. 9. præced. cap.

2. *Antvverpia* ſeu Antorff ad Scaldin fl. portu celebri fruitur pulchritudine ædium & platearum orbi nota civitas, jam munita munimentis circumdata ſuperbit, alteri nomen eſt *S. Philip.* alteri *S. Mariæ*, alteri *Calvo* Schantz. Templum Jeſuitarum mar-

moris candidi materia ad summum exstructum; venit sub nomine Civitatis & Marchionatus S. R. I. vid. Atl. Min. P. I. p.392. Auth. Geogr. Stat. p. 675. & 676. Du Val. p. II. p. 217.

3. *Mechlinia* ad fl. Delia, sedes Archiepiscopalis, Parlamento Regio insuper clara redditur; sani aëris ergo, aliarumqve Provinciarum gravidæ mulieres iter huc suscipiunt; Academiam aliqvando novem Principum Regiæ stirpis & 24. Ducum nec non 29. Comitum præsentia scribit Guicciardinus floruisse: Præterea Philippi Hassiæ Landgravii custodia anno 1548. in recenti adhuc memoria incolarum versatur; sub alio nomine Mechlinia venit Dominii.

4. *Arschot* Ducatus est ad Brabantiam pertinens, cujus metropolis eodem gaudet nomine & ad Demer fl. sede; obedit Principi Arenbergensi.

5. *Breda* Baroniæ titulo insignita Hollandis paret, celebre munimentnm.

6. *Sylva Ducis* seu Hertzogenbusch ad Dommel & Aa fluvios, naturali fruitur fortalitio, paludibus. Qvondam proverbii loco dicebant, qvi nunqvam solvere voluerunt, se soluturos qvamprimum ad obedientiam Hollandi Hertzogenbusch redegerint. Insuper & manufacta conspiciuntur munimenta.

7. *Comitatus Hornensis huc spectat.* 8. *Comitatus Hochstradanus.* 9. *Comitatus Megensis.* 10. *Baronatus Diest & Grimbergen.* 11. *Lira.* 12. *Nivella.* 13. *Tillemont.* 14. *Gembleurs.* 15. *Santvliet.* 16. *Moerdyck.* 17. *St. Geertrudenberg.* 18. Huesden. 19. Bommel. 20. Tiel. 21. Lyndhoven.

hoven. 22. Helmont. 23. Breey. 24. Tongren. 25. Hasselt. 26. Hannuye. 27. Beaufort. 28. Mastrich &c.

§. 2.

Limburgicus Ducatus habet à *Septentrione* (interposito Juliacensi Ducatu & Leodiensi Episcopatu) Geldriam. *Ab Ortu* Coloniensem & Trevirensem Archiepiscopatum; *à Meridie* Luzelburgensem Ducatum; *Ab Occasu* Mosam & dictum Episcopatum Leodiensem.

Caput Ducatus *Limburgum* est ad fl. Wesa: ad hunc Ducatum porro pertinent Comitatus duo *Fauqvemont* seu Falckenburg & *Dalem*; 3. *Herzogenroda seu Rode le Duc.* 4. *Verviers.* 5. *Nerat.* 6. *Upen.* 7. *Hernie.* 8. *Walborn.* 9. *Monten.* 10. *Calmine Castellum.* 11. *Carpen.*

Fluvii sunt Mosa. 2. Bervvin ad Dalem. 3. Geul ad Fauqvemont. 4. Worme ad Rode le Duc.

Sylvæ sunt Bois de fagne & bois de Bolant.

§. 3.

Lutzelburgicus Ducatus terminatur *ab Ortu* Mosella cum Trevirensi Archiepiscopatu. Ab *Occasu* Mosa fl. cum sylva Ardenna. A *Meridie* Lotharingia; à *Septentrione* Limburgensi Ducatu & Namurcensi Comitatu.

Caput est *Luzelburgum* ad fl. Elsam, impositum monti, munimentum inexpugnabile antea putatum à Ludovico XIV. Gallorum R. an. 1685. Augusto mense captum; reliqvæ urbes sunt. 1. *Arlon.* 2. *Rodomarck.* 3. *Chimay ad fl. Sennoye, nunc Principatus dicitur.* 4. *Theonis Villa seu Theonville, seu Diedenhoven,*

boven, castellum. 5. *Mons Madius seu Montmedy, castellum ad Cheza fl.* 6. *Danvillers ad Mosam.* 7. *Yvers.* 8. Grafenmarck. 9. Königsmarck. 10. Dierich. 11. *Virton.* 12. Echternach. 13. *Vianda ad fl. Ura.* 14. Bastonach. 15. *Novum Castrum seu* Neuschlöß. 16. Rochefort *in sylva Ardenna, castrum & comit.* 17. *Marvilla.* 18. *Rocha.* 19. *Durbus Comit.* 20. Zu St. Veit Comit. 21. *Marza.* 22. *Salma Comit.*

Fluvii sunt celebriores 1. Mosella. 2. Chiera. 3. Mosa. 4. Bemoy. 5. Houl. 6. Lech. 7. Aliat. 8. Atard. 9. Sour. 10. Prumeus. 11. Mineus. 12. Ghomeus. 13. Orto. 14. Albis.

§. 4.

Geldria Ducatus dividitur in qvatuor partes, qvarum una tantùm ad Hispanos spectat, reliqvæ ad Hollandos; Terminatur versus *Septentrionem* Frislandia & Suderfee. Versus *Ortum* Ducatu Cliviæ; versus *Meridiem* Ducatu Juliaci, versus *Occasum* Hollandia & Brabantia: Civitates qvæ ad Hispanum pertinent sunt 1. *Horn*, qvæ caput Comitatus ejusd. nominis. 2. *Mærs*, qvæ caput Comit. ejusd. nominis. 3. *Geldria* seu Geldern, Ducatus olim metropolis, munita urbs, nunc caput est. 4. *Ruremunda* seu Rurmund ad fl. Rur; sedes Episcopalis. 5. *Venlo* munimento firmatum emporium comprehenditur fœdere Hanseatico. 6. Wachtendanck, castellum ad fl. Niers. 7. *Castellum Menapiorum* seu Kessel. 8. *Stralen*, castellum. 9. *Montford.* 10. *Erkelns.* 11. *Crevelt.* 12. Rheinbergen, hic est terminus qvousqve Hispani à munimento *Venlo* inci-

incipiens fossam ducere volebant, qvam *Marianam* dixere, ad conjungendos Rhenum & Mosam, sed impediti ab Hollandis.

§. 5.

Geldria, qvatenus ad Hollandos spectat dividitur in tres partes uti dictum, qvarum una vocatur Betavia seu Betuvve, altera Velavia seu Veluvve, ultima Zutphaniæ Comitatus.

§. 6.

1. *Betavia* dividitur rursus in superiorem & inferiorem; Principaliores urbes sunt 1. *Noviomagum* seu Niemwegen / ad Vahalim, celebris redditur pace, anno 1679. 5. Febr. conclusa inter Cæsarem & Gallum, vid. Gabr. Schvved. Introd. in J. B. p. 63. 2. *Bommelia* seu Bömmel/castellum insulæ superstructum à Rheno & Mosa factæ, cui nomen est Bommelwerd: refertur etiam inter civitates Hanseaticas. 3. Löwenstein, castrum in insula Aelst. 4. Battenburg ad Mosam, munimentis S. Andreæ & Mauritii firmatur. 5. Cranenburg. 6. Comitatus Buren ad Lingen fl. 7. Comitatus Culenburg ad fl. Leck. 8. Schenckenschantz & opera & natura munita urbs an. 1672. à Gallis capta an. 1679. iterum restituta vi pacis Neomagiensis. Insuper hic fossa Drusiana notam meretur qvam Drusus à Noviomago ad Arnhemium usqve perduxit.

§. 7.

2. *Velavia* seu Veluvve caput habet Arenacum seu Arnheim / castellum ad Rhenum fl. in præsentiarum pro metropoli totius Geldriæ Hollandicæ habetur; hinc & tribunal hic locatum. Reliqva oppida

tunt

sunt 1. *Elburgum* & 2. *Hardervicum* civitates Hanseaticæ. 3. *Hattom* ad Isalam. 4. Wangening ad Rhenum. 5. Herd. 6. Wiesen. 7. Staworden. 8. Nikeker. 9. Stenencamer. 10. Appeldoorn. 11. Cootwyck. 12. Hövelaken. 13. Loenen. 14. Toorn. 15. Rhede. 16. Isselort. 17. Rosendal. 18. Scherpenseel.

§. 8.

3. Comitatus Zutphaniensis habet à *Septentrione* Transylvaniam; ab *Ortu* Westphaliam; ab *Occasu* Geldriam Hispanicam; à *Meridie* Cliviam; urbs primaria est Zutphania, qvæ & regioni nomen dedit; dividitur in 4. Baronias. 5. Præfecturas & reliqva oppida. *Baroniæ* sunt 1. Bronckhorst. 2. Van den Berg / hodiè Comit. 3. de Wisch. 4. De Baer. *Præfecturæ* dicuntur incolis lingva vernacula. 1. het Land-Drost ampt des Graesschaps Zutphen. 2. het scholt ampt van Zutphen. 3. het Drostampt van Bredewort. 4. het Richterampt van Doesburg. 5. het Scholtampt van Lochem. Reliqva oppida nominantur 1. Anhalt castel. ad Oude fl. 2. Burch. 3. Dodecheim. 4. Herenberg. 5. Barr. 6. Lichtenfort. 7. Grolla/ munimentum ad fl. Schling. 8. Hagen. 9. Aenholt. 10. Emerick. 11. Seventer. 12. S. Heereberg.

Fluvii sunt 1. Rhenus. 2. Mosa. 3. Vahalis. 4. Worm. 5. Roer. 6. Svvalm. 7. Isala. 8. Berckel ad Lochem. 9. Niers. 10. Reggen. 11. Aa. 12. Vidrus.

§. 9.

§. 9.

Comitatus Namurcensis limitatur ab *Ortu* Ducatu Luzelburgico; à *Meridie* Episcopatu Leodiensi; ab *Occasu* Hannonia; à *Septentrione* Brabantia. Caput est *Namurcum* seu Namur ad Mosæ ripam qvi fluvius hic Sambram admittit. Reliqva oppida sunt 1. Bovinum Bovines. 2. *Carolomontium* seu Charlemont an. 1556. à Carolo V. contra Gallos extructa urbs ad Mosam fl. 3. *Valencuria* seu Valencourt. Balliviæ sunt 1. de Namur. 2. *Wassegensis*. 3. *Flerucensis*. 4. *l' ancienne metairie*. 5. *de Samsone*. 6. *Pollinacensis* seu Pont de Vachas. Huc referuntur Abbates d' Audenne, St. Aulbain, Sectin, Walcourt &c. Vicecomites de Dauvre, Upigney, Wauremont.

Fluvii sunt Mosa. 2. Sambra. 3. Pizton. 4. Heur &c.

§. 10.

Comitatus Hannoniæ, Germanis Hennegow/ Gallis Hainault marmore, ferro & plumbo satis dives, terminatur ab *Ortu* Namurcensi Comitatu & Leodiensi Episcopatu; à *Meridie* Gallia; ab *Occasu* Flandria, Artesia & Scaldi, versus *Septentrionem* Brabantia & Flandriæ parte. Metropolis est Mons seu Bergen ad fl. Trulla: sedes Provincialis Senatus seu Parlamenti Regii, à qvo nulla amplius appellatio conceditur, datur tamen revisio actorum; Episcopali insuper præsentia illustris redditur; post hanc venit 1. *Valentiana* seu Valentiennes ad Scaldim fl. ubi Ronellam admittit, munimento firmata urbs. 2. *Condé* Castell. 3. *Bouchain* castell. 4. *S. Guislain.* castell.

funt 1. *Elburgum* & 2. *Hardervicum* civitates Hanſeaticæ. 3. *Hattom* ad Iſalam. 4. Wangening ad Rhenum. 5. Herd. 6. Wieſen. 7. Stawotden. 8. Nikeker. 9. Stenencamer. 10. Appeldoorn. 11. Cootwyck. 12. Hövelaken. 13. Loenen. 14. Toorn. 15. Rhede. 16. Jſelort. 17. Roſendal. 18. Scherpenſeel.

§. 8.

3. Comitatus Zutphanienſis habet à *Septentrione* Tranſylvaniam; ab *Ortu* Weſtphaliam; ab *Occaſu* Geldriam Hiſpanicam; à *Meridie* Cliviam; urbs primaria eſt Zutphania, qvæ & regioni nomen dedit; dividitur in 4. Baronias. 5. Præfecturas & reliqva oppida. *Baroniæ* ſunt 1. Bronckhorſt. 2. Van den Berg / hodiè Comit. 3. de Wiſch. 4. De Baer. *Præfecturæ* dicuntur incolis lingva vernacula. 1. het Land-Droſt ampt des Graefſchaps Zutphen. 2. het ſchelt ampt van Zutphen. 3. het Droſtampt van Bredewort. 4. het Richterampt van Doesburg. 5. het Scholtampt van Lochem. Reliqva oppida nominantur 1. Anhalt caſtel. ad Oude fl. 2. Burch. 3. Dodecheim. 4. Herenberg. 5. Barr. 6. Lichtenfort. 7. Grolla / munimentum ad fl. Schling. 8. Hagen. 9. Aenholt. 10. Emerick. 11. Seventer. 12. S. Heereberg.

Fluvii ſunt 1. Rhenus. 2. Moſa. 3. Vahalis. 4. Worm. 5. Roer. 6. Svvalm. 7. Iſala. 8. Berckel ad Lochem. 9. Niers. 10. Reggen. 11. Aa. 12. Vidrus.

§. 9.

§. 9.

Comitatus Namurcensis limitatur ab *Ortu* Duca- Luzelburgico; à *Meridie* Episcopatu Leodiensi; *Occasu* Hannonia; à *Septentrione* Brabantia. Ca- t est *Namurcum* seu Namur ad Mosæ ripam qvi vius hic Sambram admittit. Reliqva oppida nt 1. Bovinum Bovines. 2. *Carolomontium* seu harlemont an. 1556. à Carolo V. contra Gallos ex- ructa urbs ad Mosam fl. 3. *Valencuria* seu Valen- ourt. Balliviæ sunt 1. de Namur. 2. *Wassegensis.* *Flerucensis.* 4. *l'ancienne metairie.* 5. *de Sam- me.* 6. *Pollinacensis* seu Pont de Vachas. Huc re- eruntur Abbates d' Audenne, St. Aulbain, Sectin, Walcourt &c. Vicecomites de Dauvre, Upigney, Wauremont.

Fluvii sunt Mosa. 2. Sambra. 3. Pizton. 4. Heur &c.

§. 10.

Comitatus Hannoniæ, Germanis Hennegow/ Gallis Hainault marmore, ferro & plumbo satis di- ves, terminatur ab *Ortu* Namurcensi Comitatu & Leodiensi Episcopatu; à *Meridie* Gallia; ab *Occasu* Flandria, Artesia & Scaldi, versus *Septentrionem* Bra- bantia & Flandriæ parte. Metropolis est Mons seu Bergen ad fl. Trulla: sedes Provincialis Senatus seu Parlamenti Regii, à qvo nulla amplius appellatio conceditur, datur tamen revisio actorum; Episcopa- li insuper præsentia illustris redditur; post hanc venit 1. *Valentiana* seu Valentiennes ad Scaldim fl. ubi Ronellam admittit, munimento firmata urbs. 2. *Condé* Castell. 3. *Bouchain* castell. 4. *S. Guislain.* castell.

castell. 5. *Bavais* seu Bavacum notabilis viarum egressus, qvem præbet, memoratu dignam efficit urbem, hodiè vocantur *les chemins de Brunchaut*, qvia Bruneheldi opera stratæ creduntur. vid. Becm. hist. orb. terr. p. 208. 6. *Landresium* seu Landresey ad Sambra fl. 7. *Avesna* seu Avesnes munimentum ad Hepra fl. 8. *Chimacum* seu Chimay ad fl. Blanca, qvæ urbs aliis sub nomine Principatus in Luzelburgico Ducatu sita. 9. *Halla.* 10. *Bouchain*, ad Scaldim. 11. *Qvercetum* seu Qvesnoy munimentum. 12. *Bellus mons* seu Beaumont, germ. Schönberg / munita urbs. 13. *Philippopolis* seu Philippeville castello firmata. 14. *Mariæburgum* à Maria Hungariæ Regina conditum castellum. 15. *Malbodium* seu Maubeuge ad Sambram fl. 16. *Bins* seu Binche ad fl. Haine. 17. *Reux* hodiè comit. 18. *Saigny.* 19. *Braine* le Comtè ad differentiam Brene Aleu in Brabantia prope Bruxellas. 20. *Lenze.* 21. *Lessine.* 22. *Engbien.* 23. *Ath*, qvæ an. 1667. Gallis se dedit.

F*luvii* sunt 1. Scaldis. 2. Sambra ad Landresey. 3. Tenera. 4. Blanca ad Chimay. 5. Hepra ad Avesnes.

§. II.

Status seu Magistratus Comitatus sunt I. 11. Pares, qvi de Longueville. 2. Lens. 3. Filly. 4. Chieure. 5. Avesne. 6. Chimay. 7. Leoreux. 8. Barhanson. 9. Baudour. 10. Rebaux. 11. Walecourt, nominantur.

II. Comes de St. Wauldrut, cum 26 Abbatibus qvos Act. Min. P. I. p. 428. recenset,

III. No-

III. Nobilitas ad qvam Dux de Chimay ſimul refertur.

IV. Decem comitatus, qvorum nomina 1. *Lalain.* 2. *Beaumont.* 3. *Oſtervant*, cujus caput Bouchain. 4. *Barbanſon.* 5. *Aveſne.* 6. *Berlaimont.* 7. *Boſſu.* 8. *Montigni.* 9. *Reux.* 10. *Tarrache.*

V. 22. Barones.

VI. Mareſchallus cum Seneſcallo & Venatore ſupremo atqve Camerario perpetuo. Hodiè partim Hiſpano, partim Gallo paret.

Longitudo extenditur ab Halla ad Chambray 18. mill. germ.

Latitudo progreditur à Leſſines ad Landrechie 11. mill. germ.

§. 12.

1. Comitatus Arteſiæ ſeu Artois termini ſunt ab *Oriente* Hannonia; ab *Occaſu* & *Meridie* Piccardia; à *Septentrione* Flandria à qva ſeparatur nova foſſa & fl. Liſa.

2. *Longitudo* ducitur à S. Omer ad Papame. h. e. 12. mill. germ.

Latitudo ab Hesdin ducta ad Arien 6. mill facit.

3. *Caput* regionis eſt Atrebatium ſeu *Arras* ſedes Epiſcopi ad fl. Scarpe, à qvo & in duas dividitur partes, qvarum altera *la Ville* altera *la Cité* nominatur; munimentis firmata urbs anno 1640. 13. Jun. à Gallis occupata; adhuc Gallici juris eſt, cum Hiſpanis ſubeſſet portæ cuidam emblema erat felis murem majorem proſeqventis cum inſcriptione im-

 poſitum:

positum: *Les françois prendront Arras, lors que ce chat prendra ces rats* : capta deinde urbe inscriptionis prima deleta litterarum legitur in præsentiarum; *Les françois rendront Arras lors que ce chat prendra ces rats.* vid. du Val. P. II. p. 213. Reliqvæ urbes sunt 1. Fanum S. Audomari seu *S. Omer* ad fl. Aa. nomen habet ab Episcopo suo Audomaro, qvi an. 670. Monasterium hic fundavit. 2. *Bethunia* à Gallis capta an. 1645. hodie sub nomine Comitatus venit. 3. *Hesdin* ad fl. Canché & Blangis. 4. *Aria* seu Aire ad fl. Lysam castello munitur. 5. *Papalma* seu Bapaulme munimentum. 6. Fanum St. Pauli sive *St. Paul*, titulo Comitatus superbit. 7. *Porni* munimentum.

Fluvii sunt Lisa ubi Aire. 2. Scarpa ubi Arras. 3. Aa ubi S. Omer. 4. Canchia seu Canché ubi Hesdin. 5. Anthia. 6. Blangis. Ad fanum S. Audomari lacus est in qvo multæ natant insulæ qvas cordis hinc inde trahunt, qvædam non nisi repletæ Cuniculis.

Huc nonnulli referunt Archiepiscopatum Cameracensem, cujus metropolis Cameracum seu *Cambray*.

§. 13.

1. Flandriæ Comitatus habet ad *Occasum* è Regione Angliæ, Oceanum Germanicum; ad *Septentrionem* eundem Oceanum & Hontam seu Ostium Scaldis fl. qvod Flandriam à Zelandia distermina[t] ab *Ortu* Brabantiam & Hannoniam; ad *Meridiem* Hannoniam & Artesiam cum Comitatu Bononiæ.

2. Lon

2. *Longitudo* intercepta ad Antvverpen usqve ad Gravelingen est 33. mill. germ.

Latitudo à Dovay prope Scarpam fl. ad Blanckenburg mari proximam urbem ducta est 24. mill. germ.

3. *Metropolis* est *Gandavum* seu Gent, circuitus 6. milliarium æstimatur adeoqve Parisiensi major: fertur dictum Caroli V. Parisiis degentis; Paris n' est trop grand; je le mettrey dans mon Gant: intellexit autem Gandavum: qvatuor rigatur fluminibus 1. *Scaldi.* 2. *Lisa.* 3. *Livia.* 4. *Moera.* 26 comprehendit insulas; 3500. ædificia; incolarum, qvi arma ferre possunt adversus hostes numerantur 80000. vid. plurib. Atl. Min. P. I. p. 418. Du Val. P. II. p. 207. Auth. Geogr. Stat. p. 664. ubi dicitur qvod Tribunal Provinciale hic habeatur; summum templum seu *Bellford* 500. gradus absorbeat altitudine; inqve illo campana 11000. lib. censeatur: portu insuper & canali nobilissimo gaudeat &c. Reliqva oppida sunt 1. Bruga seu *Brugge* prænobile emporium & munimentum ad fl. Reya; ambitus urbis 36600 pedum Romanorum æstimatur; visum meretur præ aliis nobilibus ædificiis, domus in qva mercatores conveniunt, vulgò Die Börse; qvod nomen originem huic debetur urbi; credunt nonnulli exinde descendisse qvia bursâ illa domus notabatur, qvam Galli bourse vocant, unde Germanis Börse natum. vid. Auth. Geogr. stat. p. 667. 2. Tornacum seu *Tornig* aut *Tournay* ad Scaldim fl. sedes Episcop. & Parlamentaria; Galli éam an. 1667. in potestatem redegerunt, multos sub se habet vicos

 3. Cor-

3. Cortracum seu *Cortryck* seu Cortrecht, munimentum audit ad Lisa fl. sedes Abbatis; eodem anno à Gallis capta. 4. *Ryssel* seu Lille castello firmatur, adjacet fl. Durlle, eodem anno 1667. à Gallis occupata. 5. Ipera seu *Ypern*: tot aqvæductus habet ut proverbio locum fecerit Iperam plumbo impositam. 6. *Dixmyden* munimentum. 7. Aldenarda eu *Oudenarde* ad Scaldim. 8. *Denermond*. 9. Mons ſGerhardi seu *Gradmont* ad fl. Dendre. 10. *Aelst* Comitatui nomen præbens. 11. Nineve seu *Nienoven*. 12. *Comenè* ad fl. Lisa Patria Philippi Cominæi & Augerii Busbeqvii. 13. *Armontiere*. 14. *Castel*. 15. *Dam*. munimentum. 16. *Dovay* Academia clara. 17. *Gravelinga* seu Gravelingen ad mare. 18. *Dunkerken*, an. 966. à Balduino Flandriæ comite exstructa, gaudet portu. 18. Neoportus seu *Nieuport*. 19. Slusa seu *Sluys* ingentem habens portum. 20. Ostenda seu *Ostende*, qvam hoc seculo Albertus Austriæ Archidux per 3. annos corona frustra cinxit. 21. *Marduck*. 22. *Oudenborch* munimentum.

Hollandorum pars venit sub nomine territorii *Waës* dat Land van Waes; & sunt 4. urbes *Hulst*, *Sluyse*, *Iseendyck* & *Axel*. *Alustum* ad S.R.I. pertinet.

1. *Flumina* sunt Scaldis. 2. Ypra ad Ypern. 3. Aa. 4. Scarpa. 5. Dendre ad Gradmont. 6. Reya ad Brugge. 7. Lisa ad Comene. 8. Rupela &c.

5. *Portus* sunt Slusa. 2. Ostenda. 3. Neoportus. 4. Dunkercha. 5. Gravelinga.

6. *Insulæ* adjacentes dicuntur *Cadsant*. 2. *Oostburg*. 3. *Bierfliet* & aliæ Hollandis parent.

7. Ad

7. Ad hunc Comitatum ſpectant ſeptem Epiſcopatus, tres Principatus nim. *Sternhauſen*, *Gaveer* & *Eſpinoy*, 27. Baroniæ, 250. Præfecturæ, 5. Vicecomitatus, v. g. *Gent*, *Ypern*, *Werne*, *Bergen* & *Halebeke*. Comitatus *Aloſtum* ad S. R. I. ſpectat cum 170. oppidis. plurib. vid. Atl. Min. P. I. p. 47. ad 421.

§. 14.

De Civitatibus Belgicis Gallo parentibus.

Catalogus Belgii regii civitatum, qvæ hodiernis temporibus Gallis parent eſt ſeqvens: 1. *Arras in Arteſia.* 2. *Heſdin.* 3. *Bapaume.* 4. *Bethune.* 5. *Lilers.* 6. *Lens.* 7. *St. Paul.* 8. *Terouenne.* 9. *Pas.* 10. *Gravelingen in Flandria.* 11. *Philippeville.* 12. *Sluyſe.* 13. *Havin.* 14. *Bourbourg.* 15. *St. Venant.* 16. *Landrecy.* 17. *Queſnoy.* 18. *Luzelburg.* 19. *Diedenhoven.* 20. *Montmedy.* 21. *Damvillers.* 22. *Marville* &c. vid. Pac. Neomag. art. 35. ad 40. uſqve.

CAP. IV.

De BELGIO FOEDERATO.

§. 1.

Belgium fœderatum ſub nomine Hollandiæ venit, qvia hæc Provincia omnium nobiliſſima,

 qva-

qvarum mentio facta supra cap. 1. hujus libri §. 13. qvælibet singulam constituit Rempubl. & omnes non nisi unam conficiunt sub titulo Statuum Generalium confœderatarum Belgii Provinciarum; qvorum insigne Leo est, 7. tenens ligata tela.

§. 2.

Tanta harum Provinciarum hodiè potestas, ut & integra Regna in ordinem redigere qveant, novissimum Anglia exemplum est, patriis legibus restituta Regnante Jacobo II. Rege, qvi Catholicam introducere religionem laborabat, sed anno 1688. & 1689. à genero Wilhelmo Henrico Principe Arausionensi mirum in modum prohibitus, sceptrum propterea amisit. Potentissimis Regibus arma indicunt, exemplo est Ludovicus XIV. Rex Galliæ, adversus qvem anno 1689. 5. Martii reciprocum emiserunt Edictum bellum indicans, qvia jam antea idem scriptum legerunt à Gallo editum an. 1688. 26. Dec.

§. 3.

In votando Geldria & Zutphania primum occupant locum, deindè seqvitur Hollandia, postea Seelandia; Porrò Ultrajectum, hinc Frislandia, post hanc Transisalania & tandem Grœninga.

§. 4

Consilii Confœderatarum Provinciarum universalis sedes est Hagæ Comitum seu *Gravenhaghe*; tria sunt Collegia: Consilium Generalium Statuum. 2. Consilium Status. 3. Camera rationis. In priori conventu pluralitati votorum locus non datur sed unanimis reqviritur consensus.

§. 5

§. 5.

Cuilibet Provinciæ Legatos tres vel qvatuor, vel mittendi plures jus eſt, qvorum tamen non niſi unum votum.

§. 6.

In collegio ſtatus pluralitas votorum locum invenit. Admiralitas collegia habet 1. Amſtelodamenſe. 2. Roterodamenſe. 3. Hornenſe 4. Middelburgenſe & 5. Harlingenſe; ut initium fiat, paucis ob oculos ponamus Hollandiam: Ecce prius ſeriem Principum laudatæ modo Provinciæ.

CATALOGUS
PRINCIPUM HOLLANDIÆ ET SEELANDIÆ.

1. Theodoricus I.
2. Theodoricus II.
3. Arnoldus.
4. Theodoricus III.
5. Theodoricus IV.
6. Florentius I.
7. Gertrudis, Florentii Vidua.
8. Robertus Friſo.
9. Gothefredus Lotharingicus.
10. Theodoricus V.
11. Florentius II.
12. Theodoricus VII.
13. Florentius III.
14. Theodoricus VIII.

15. Ada.
16. Wilhelmus I.
17. Florentius IV.
18. Wilhelmus II. R. Rom.
19. Florentius V.
20. Johannes I.
21. Johannes II.
22. Wilhelmus III. ſeu Bonus.
23. Wilhelmus IV.
24. Margaritha.
25. Wilhelmus V.
26. Adelbertus Bavarus.
27. Wilhelmus VI.
28. Johannes Bavarus.
29. Jacobus Bavarus.
30. Philippus, Burgundus.
31. Carolus Audax.
32. MariaCharleſia.
33. Maximilianus Auſtriacus.
34. Philippus Auſtriacus.
35. Carolus Auguſtus.
36. Philippus III.
37. Mauritius.
38. Wilhelmus VII.
39. Wilhelmus VIII. modernus Rex Angliæ.

CAP.

CAP. V.

De

HOLLANDIA,

COmitatus Hollandiæ habet à *Meridie* Mosam & Brabantiam terminos; ab *Occasu* Mare Germanicum; à *Septentrione* sinum Maris Germanici, qvo à Frisia separatur Ab *Ortu* Geldriam, Regio palustris est, à Rheno, Mosa variisqve ipsorum fluminum ramis variè dissecta, ut & accedente hominum industria atqve labore omnes ferè urbes tam navibus, qvam pedibus adiri possint. Ambitus Provinciæ 60 miliarium est: Dividitur in Meridionalem & Septentrionalem.

§. 1.

Caput vocatur Dordracum seu Dordrecht / primum dat votum inter civitates, Jure stapulæ gaudet, synodus Dordracena an.1618. & 1619. adversus Armenianos habita in historiis celebratur. Brabantiæ olim adhærebat; rabie maris an. 1421. ut du Val. P.II. p.190. & an. 1521. ut Auth. Geogr. Stat. existimat in insulam conversa, submersis 72. oppidis & 100000 hominibus. Magistratus absolvitur Consule & 35. Senatoribus. Fluminibus rigatur Vahali & Mosa.

§. 2.

Delphi seu Delpht / alia urbs est, rivis omnes rigantur plateæ navium capacibus; Principum Arau-

sionensium monumentis clara & sepultura; nitor platearum splendidè micat; duo templa admiratione causant; alterum ostendit Principum domus Nassoviæ tumulum; alterum tabulam, cui coloribus superinducta historia Comitissæ Mathildis, qvam 365. liberos peperisse & ab uno Episcopo sacro baptismate munitos, dicunt.

§. 3.

Lugdunum Batavorum seu Leyden/ hortus Hollandiæ dicitur, omnium platearum latera tiliarum serie ornantur; Academia redditur celebris; imprimis horto Medico; anno 1572. ab Hispanis obsessa, lata fama premebatur; ad hanc Rhenus exitum sibi vindicat.

§. 4.

Amstelodamum seu Amsterdam/ hodiernis temporibus maximum ferè Europæ emporium est, imò totius mundi, nomen habet à fl. Amstela; mœnibus cingi cœpit demum ann. 1482. portu gaudet nobilissimo; ædes ita erectæ stant & maxumæ ut instrumentis mechanicis in altum moveri qveant; Curiæ 30. millionibus structura constat; De aliis ædibus publicis vid. pecul. tract Philippi Zesii.

§. 5.

Harlemum seu Harlem ad Sparam fl. incolæ sibi persvadent Laurentium Costerum anno 1440. hic artem typographicam primum invenisse vid. Atl. Min. P. I. p. 434. cum tamen alii id adscribant Johanni Gutenbergio Argentinensi, qvi eam Argentinæ inventam Moguntiæ deinde complevisse dicitur. vid. Wimpfelingus cap 65. cujus verba recitat Buchol-

Bucholcer in Indice Chronol. ad an. 1440. Expugnata à Duce Albensi acidum ferre cogebatur jugum, sicuti & inde natum proverbium qvando crudelitas exprimenda; Harlemensis actio. Tyrannum verò nominabant Ducem Albensem; qvia in Hollandia 18000 hominum manu carnificis interfecta jussu hujus Ducis numerabantur: adjacens mare Harlemense audit.

§. 6.

Gouda seu Goude aut Gow. 7. Roterodamum seu Roterdam ad fl. Rote, portu gaudet nobili, Patria Erasmi, cujꝰ imago ænea ponti imposita cernitur; armamentarium Hollandiæ dicitur. 8. Haga Comitum seu Haag s' *Gravenhage*, nobilissimus totius orbis vicus, multisqve præferendus urbibus, Comitum qvondam Hollandiæ, nunc Consilii confœderatarum Provinciarum universalis sedes. 9. *Lausdun* oppidum est monasterio ornatum ut & tumulo Margarethæ commissæ Hollandiæ, cum inscriptione, cujus tenor, qvod anno 1276. annum 42. agens 365 peperit liberos uno die & eodem iterum defunctos accepto baptismate vid. Auth. Geogr. Stat. p. 709. 10. Insula *Vorna* à Rheno Mosaqve facta, cujus territorium Belgis dicitur d' Land van Voorn: cujus caput Briela seu Brüt, huc spectant Geerfliet. 11. Insula *Goera* seu Goeree. 12. Insula *Oberflakke*, ubi Sommerdyk. Bommel & Oude Tonge. 13. *Willemstadt.* 14. *Klundert.* 15. *Gertrudenberg*, ubi Salmo capitur. 16. *Crevecoeur*, munimentum ad Mosam. 17. *Hesdin.* 18. *Worcum*, castellum ad Mosam. 19. *Gorcum.* 20. *S. Andrè* ad Vahalim.

21. *Aspe-*

21. *Asperen.* 22. *Heckelem.* 23. *Buren.* 24. *Culemborch.* 25. *Leerdam.* 26. *Uyanen* ad Rhenum. 27. *Nieuport.* 28. *Papendrecht.* 29. *Beyerland.* 30. *Barendrecht.* 31. *Portegael.* 32. *Yſſelmunde.* 33. *Schiedam* ad Moſam. 34. *Vlaerdingen.* 35. *Graveſand.* 36. *Schœnboven* ad fl. Leck. 37. *Oudevvater.* 38. *Katvvick* ad Rhenum. 39. *Rheinsburg.* 40. *Leymyden.* 41. *Noortvvyck.* 42. *Weeſen.* 43. *Muyden.* 44. *Alcmaria* ſeu Alkmar, munimentum & caput Hollandiæ ſeptentrionalis, à caſeis nota urbs. 45. Edamum ſ. *Edam*, itidem à caſeis nota & à Syrene an 1430. in vicinia capta, vid. du Val. P. II. p. 197. 46. Enchuſa ſeu *Enckhuyſen*, munimentum. 47. *Medenblick.* 48. *Monkendam.* 49. *Munikdam.* 50. *Purmerent.* 51. *Muyden.* 52. *Weſp.* 53. *Naerden.* 54. *Brederode.* 55. *Bevervvyck.* 56. *Egemont.* 57. *Bergen.* 58. *Petten.* 59. *Zype.* 60. *Scagen.* 61. *Abbekerck.* 62. *Schermer.*

Inſulæ præter jam enarratas ſunt *Ens.* 2. *Urck.* 3. *Wieringen.* 4. *Teſſalia* ſeu Texel. 5. *Flevelandia* ſeu Vlieland. 6. *t' Ulie.* 7. *Exerland.* 8. *Schelling.* 9. *Grind.*

Comites ſunt Egmontanus. 2. Ligne. 3. Maesland. 4. Texel. 5. Goyland. 6. Kennemerland. 7. Steenberg.

Barones ſunt 1. Brederodius. 2. Lysfeld. 3. Vianen.

Fluvii notiores ſunt 1. Rhenus. 2. Amſtele. 3. Spara ad Harlem. 4. Rote ad Roterdam. 5. Moſa. 6. Leck ad Schœnhoven &c.

CAP.

CAP. VI.

De

ZEELANDIA.

Comitatus hic in ſeptem abiit inſulas, qvarum inter Moſæ & Scaldis fluminum ſitus oſtia, è regione Flandriæ atqve Brabantiæ; limitibus cingitur Brabantia ab *Ortu*, Flandria à *Meridie*. Mari Germanico ab *Occaſu*. Hollandia à Septentrione.

§. 1.

Tres Inſulæ ultra ſunt Scaldis oſtium Bataviam nim. & Orientem verſus, qvæ ob hanc rationem Orientales dicuntur, qvibus nomina *Scaldiæ*, *Duvelandiæ* & *Tolen*. Qvatuor cis Scaldim occidentem verſus ſunt *Walacria*, *Zuitbevelandia*, *Nortbevelandia* & *Wolterbick*. Illam partem Galli vocant *Eſcaut Oriental*, hanc *Eſcaut Occidental*; Belgis prior dicitur *Beoſter Schelde*, poſterior *Bevveſter Schelde*.

§. 2.

VALACRIA.

Caput totius Provinciæ eſt *Mittelburgum* ut & Valacriæ inſulæ, ei jus ſtapulæ eſt & Tuborum inventione prima de an. 1609. celebris urbs. 2. *Flieſſingen*, tali gaudet portu ut clavis totius nominetur Belgii occupata an. 1571. à Duce Albenſi. 3. *Campoveria* mœnia an. 1358. accepit. 4. *Arnemunda* munimentum. 5. *Dameborch*.

§. 3.

§. 3.

ZUYDBEVELANDIA.

Hujus Insulæ tertia pars anno 1532. undis submersa periit, ex urbibus supersunt 1. *Goes* seu Goesa ad exitum Scaldis. 2. *Romersvvall*, qvæ peculiarem iterum conficit insulam. Salis negotium exercet.

§. 4.

NORTBEVELANDIA.

Hæc insula eodem anno Diluvii damna sentiit, cui urbs *Coortcheene*.

§. 5.

WOLTERBYCK.

Hæc insula & alio nomine Wolffersdyck vocatur, oppida sunt duo 1. *Goere*. 2. *Outdorp*.

§. 6.

SCALDIA s. SCHOUWEN.

Oppida hujus Insulæ sunt 1. *Zirick* See. 2. *Brouvershaven*. 3. *Reigerskerk*. 4. *Cappelle* &c.

§. 7.

DUVELANDIA.

Multitudo columbarum insulæ nomen dedit; oppida sunt *Oosterstein*, & *Cappelle*.

§. 8.

TOLLA s. TOLEN.

Urbs *Toletum*, Toln dicitur ad fl. Sendrach.

CAP.

CAP. VII.

De

ULTRAJECTO.

DOminium Ultrajectenſe metropolim habet Ultrajectum ſ. Utrecht / cui natum nomen à nonnullis creditur à veteri inſcriptione, qvam hic oſtendit locus eo tempore qvo triceſimæ qvintæ Legioni ſtatio erat, factam; ita enim legitur V. TRIC. LEG. STAT. ſenſus eſt: Qvintæ triceſimæ Legionis ſtatio; poſtea ex ignorantia latinæ lingvæ legebatur omiſſa voce LEG. Utricſtad, donec corruptè Utrecht pronunciari cœpit. Adjacet Rheno, ſedes ei talis, ut uno qvis die 26 circumjacentes inviſere poſſit urbes & tamen veſperem domi celebrare; à Gallis Duce de Rochefort Marchione, an. 1672. 23. Jul. occupata; & an. 1673. 13. Nov. iterum relicta expreſſis 550000. florenorum, celebris inſuper redditur Archiepiſcopali ſede, & Schola illuſtri.

Provinciæ termini ſunt ab *Ortu* Geldria; ab *Occaſu, Meridie & Septentrione* Hollandia.

Reliqva oppida ſunt 1. *Amersfordia* ſeu Amersfort ad fl. Eeme munimentum audit. 2. Batavodorum ſeu *Duroſtadt* ſeu Wyk de Duerſtede, ad Lech fl. 3. Rhena ſeu *Rhenen*, à Cornelio Tacito Guiennes vocata; campanarum artificioſo ludo celebris. 4. *Montfort* ad Iſalam fl. ſub nomine Comitatus nunc venit. 5. *Iſelſtein.* 6. *Outevvater.* 7. *Woerden,*

den. 8. *Ham.* 9. *TienOven.* 10. *Bruckelen.* 11. *Loesdrecht.* 12. *Zuylen* &c.

Fluvii nobiliores sunt Rhenus. 2. Vidrus Die Vecht. 3. Bech. 4. Isala. 5. Eeme.

CAP. VIII.

De

TRANSISALANIA.

Dicta Provincia à situ trans Isalam fl. respicit ab *Ortu* Westphaliam; ab *Occasu* Isalam fl. & maris Germanici sinum; à *Meridie* Zutphaniam; à *Septentrione* Frisiam, Germanicè dicitur Ober-Yssel; hodiè dividitur in tres partes, qvarum altera Salandia, altera sub nomine Trenta, vocata, venit; ultimæ titulus est Tvventiæ.

§. 1.

SALANDIA.

Salandiæ oppida sunt 1. Campia seu *Campan*, qvondam Imperialis civitas ad exitum Isolæ fl. munimentis firmatur. 2. Zvvollæ seu *Schvvoll*, itidem olim civitas Imperialis, firmatur aggeribus & fossa, munimentorum nomina sunt *Caterschantz*, *Nievveschantz*, *de Bergschantz*, *de Luyeschantz*. 3. *Deventria* etiam olim Imperialis. 4. *Hasselt* munimentum ad Vidrum. 5. *Geelmuyden* castello firmata. 6. *Sluys* fortalitium 7. *Fort Omen* fortalitium. 8. *Hartenberg* fortalitium.

§. 2.

§. 2.
TWENTIA.

Twentiæ oppida sunt 1. Wierden. 2. Rysen. 3. Almeloo. 4. Ghoer. 5. Harbergen *ad fl. Regge*. 6. Stockum. 7. Diepenheim. 8. Olden-Zeel. 9. Otmarsch. 10. Enschede. 11. Delden. 12. Alborgen. 13. Borne. 14. Kedingen.

§. 3.
TRENTA.

Trentæ oppida sunt. 1. Convordia seu Cöverden/ munitissima civitas pentagona. 2. Meppel. 3. Steenwycum seu Steenwyck, munimento ad fl. Blœsil. firmata urbs. 4. Blockzyl fortalitium.

Huc porro spectat districtus Vollenhovianus; cujus oppida 1. Vollenhoven ad sinum Australem seu Zuydersee, Sedes Senatus Transisulaniæ, 2. Cumer 3. Schwarte Sluys. 4. Assen. 5. Dreveren. 6. North. 7. Röon. 8. Geisen 9. Westerdorp. 10. Spier.

§. 4.

Fluvii hujus Provinciæ sunt 1, Isala. 2. Vidrus seu Vecht. 3, Blœsil.

CAP. IX.

De

FRISIA OCCIDENTALI.

HÆc Provincia Occidentalis seu West-Frislandt

Aa

land habet ab *Ortu* Amisin fl. ab *Occasu* Oceanum Germanicum; a *Meridie* sinum Oceani Germanici quo ab Hollandia separatur & Transisalaniam; à *Septentrione* Oceanum Germanicum. Dicitur hoc nomine ad differentiam Frisiæ Orientalis quæ ad superiorem Germaniam spectat, vid. seq. cap. 43. Dividitur hodie in tres partes qvarum prima venit sub nomine *Ostergow*. secunda *Westergow* & tertia *Sevenwolden*. vid. Atl. Min. p. 1. p. 453. Paludibus cingitur incolis Bourtange nominatis.

§. 1.

OSTERGOW.

Caput Ostergoviæ est Leowardia seu *Liewarden* maxumis munita operibus, unde & metropolis totius Westfrisiæ vocatur, tribunalis Sedes Provincialis, reliqua oppida sunt 1. Docum seu *Dockum* ad fl. La, celebri gaudet portu incolis het Dockumer-Diep. vocato; an. 1569. diluvio subjecta ultra 20000. hominum submerserunt 2. *Ostmerborn* fortalitium. 3. *Collum*. 4. *Clerkamp*.

§. 2.

WESTERGOW.

Westergoviæ caput est Franekera seu *Franeker*, Academia celebris castello firmatur, postea venit 1. *Harlinga* seu Harlingen portu gaudens insigni munimentis circumdata civitas. 2. Bolswardia seu *Bolsward* fœderatis Hanseaticis intricata 3. *Sneck* ad fl. Geu; proximus lacus Hollandis *Scbnecken meer* dicitur. 4. *Ilst*. 5. *Worcum*. 6. *Hindelopen*, 7. *Staverna*. 8. Slota seu *Slooten*.

§. 3.

§. 3.
SEVENWOLDEN.

Septem saltus seu *Sevenwolden* Pars nullis ornatur civitatibus, 77. tamen habens vicos; dividitur in *Schotterlandiam* & *Stellingwerf*, notam merentur 1. *Slykenborg*. 2. *Breberck*. 3. *Vriesche Palen*.

§. 4.

Fluvii notiores totius Provinciæ sunt, 1. Kuynder 2. La. 3. Geu.

CAP. X.

De

GROENINGA.

PRovincia hæc clauditur ab *Ortu* Amisi fl. & Dullarto sinu, ab *Occasu* Lavica fl. à *Meridie* Druentiæ limitibus, a *Septentrione* Mari Germanico.

§. 1.

Caput est *Groninga*, Academia celebris, urbs munimentis satis firmata; Senatus constat 4. Consulibus & 12. Senatoribus; Senatus quem juratum vocant membra 24. sunt è qvibus duo qvotannis eliguntur præfecti, qvi cum 10. assessoribus rei curam gerunt. portu insuper prænobili gaudet. post hanc veniunt 1. Damma seu *Dam* ad Amisin. 2. *Delffziel* ad eund fl. 3. *Reide* fortalitium 4. *Soltcamp* fortalitium. 5. *Winschoten*. 6. *Langakerschantz*. 7. *Bonerschantz*. 8. *Belingwolderfort*. 9. *Bourtange* seu fort van Bourtange 10. *Lopperfbum*. 11. *Berum*. 12. *Farmsum* 13. *Silwert*. 14. *Thesingen*. 15. *Hilligerle* 16. *Schildtwolda*. &c.

§. 2.

Fluvii nobiliores sunt 1. Fisala. 2. Canalis cui nomen Rietdiepe. 3. Amisis.

Cap. XI.

De

GELDRIA.

De tribus Geldriæ partibus quæ ad Hollandos spectant vid. sup. lib. 4. cap. III. §. 4.

Cap. XII.

De

LOCIS HOLLANDIS extra Provincias hasce parentibus.

1. Tres Geldriæ partes de quibus Cap. III. §. 4. hujus libri actum. 2. Marchionatus Bergen op Zoom cum adjacentibus. 3. Dominium Brede. 4. *In Flandria* Sluys. 5. tota *Vasia*. 6. Mastricht in Leodiensi Episcopatu. 7. *Orsoy* in Coloniensi. 8. Emmerich in Clivensi Ducatu. 9. Roovort in Frisia Orientali.

§. 2.

In Africa ad Hollandos spectat 1. Arguin. 2. *Caput*

put Viride. 3. *S. George de Mina*. 4. *Cormantin*. 5. *Tocquerati* &c. In Insula D. Thomæ possident *Pavoasan*. In Regno *Congi* insulam *Loandam*, ad Promontorium Bonæ spei castellum.

§. 3.

In India Orientali tenent *Bataviam* insulæ Javæ caput, necnon omnes fere *Moluccenses*: In insula *Zeylan Columbo* munimentum illis obedit & fortalitium ad *P. de Gallo*. In Aurea Chersoneso habent sibi subjectam insulam *Malaccam* & littorum Malabaricorum atq; Coromandelicorum partem maxumam cum munimentis.

§. 4.

Amiserunt insulam *formosam* an. 1662. expulsi à Chinensibus: *Brassiliam* Portugalli illis ademerunt. *Novum Belgium* in America Septentrionali seu India Occidentali ab Anglis occupatum tenetur.

CAP. XIII.

De

GERMANIA SUPERIORI.

UNiversa in inferiorem & superiorem divisa Germania, Belgioq; sub inferioris titulo veniente jam exposito, de superiori in præsentiarum erit agendum.

§. 1.

Termini Germaniæ superioris sunt ab *Ortu* Prussia, Polonia Hungaria & Sclavonia qvoad partem. ab *Occasu* Belgium. à *Meridie* Alpes & Italia, à *Septentrione* tandem Oceanus Germanicus.

§. 2.

Generalioribus totius Germaniæ jam Capite hujus libri primo explicatis nihil superest dicendum qvam de divisione Germaniæ superioris; cum vero qvamplurimæ ei sint Provinciæ hinc tantum percurrendas duco principaliores, ita tamen ut & minores simul comprehendantur tanqvam subdivisæ, ordinem seqventia ostendent capita.

CAP. XIV.

De HELVETIA.

QVod Romanis olim Helvetia erat hodie Germanis Schwitzerland vocatur in memoriam pagi Sviz qvi initium libertatis dedit an 1308. Terminatur ad *Meridiem* Alpibus & Italia; ad *Ortum* Tirolensi Comitatu ad *Occasum* Sabaudia atq; Burgundia: ad *Septentrionem* Rheno & Alsatia.

§. 1.

Longitudinem faciunt 240000 passuum adeoq; 60 mill. germ.

Lati-

Latitudinem tantum 80000 passuum & consequenter 20 mill. germ. vid Atl. Min. p. 2. p. 318.

Academiæ sunt Tigurensis. Losannensis. Basilensis & Genevensis.

§. 2.

Fluvii nobiliores sunt 1. Rhenus. 2. Araris. 3. Chura. 4. Ticinus. 5. Rusa, 6. Limat. 7. Arola. 8. Addua. 9. Byrsa &c.

§. 3.

Lacus Helvetiæ plures sunt 1. Lucernensis. 2. Tigurensis (Zürch) 3. Waldstadiensis. 4. Rivarius seu Walensee. 5. Neoburgicus seu Neuburgersee; 6. Tugensis (Zug) 7. Richensee 8. Griffensee. 9. Bodensee omnium maximus cujus longitudo 6 mill. germ. latitudo vero trium. 10. Pilatussee ad Lucernam. 11. Sursee 12. Bilersee. 13. Thunersee.

§. 4.

Natura soli ea est ut montana armentis, feris ac volucribus abundent, frugibus plana, unde & à re pecuaria & frumentaria maximum capiunt qvæstum, ipsis sterilibus locis incolarum industria ad fertilitatem redactis; ventorum violentia premuntur cujus causam anfractibus tot adscribunt montium Physici; Peculiare narrant de vento australi qvod ap. *Urienses* omnia siccare & serenare, unaq; nocte arboribus viriditatem aut maturitatem uvis afferre qveat, aliqvando summa soleat tantum cacumina montium perflare

ut qvicqvid in illis crescit vernet, vallib. interea nive oppletis manentibus, aliquando spirare tanto furore, ut ipsa ædibus auferat tecta.

§. 5.

Montium ea multitudo ut merito non nisi nobiliores nominentur qvi sunt 1. S. Gottardi. 2. Mons Silvius. 3. Mons S. Bernhardi. 4. Alpes Grajæ. 5. Vogelberg 6. Jura seu Läberberg. 7. Gletzscher qvi ad oculum crescere dicitur vid. Auth. Geog. stat. p. 610. 8. Furca ad Uriam 9. Kniebiß. 10. Hunsrück. &c.

§. 6.

Dividitur hodiè in tres partes, qvarum prima comprehenduntur XIII. populi seu Cantones. v. g. Tigurum seu Zürch 2. *Berna* 3. *Lucerna* 4. *Uria*. 5. *Svitia*. 6. *Unterwaldia*. 7. *Tugium* seu Zug. 8. *Glarona* seu S. Claris 9. *Basilea* 10. *Friburgum* 11. *Solodurum*. 12. *Scafhusia*. 13. *Abbatiscella* seu Abbezell. Secunda confœderati. Tertia Præfecturæ Helvetiorum Imperio subjectæ.

§. 7.

Enumeratis Cantonibus seu Pagis XIII. primam constituentibus partem ad specialiora nunc progrediendum, dividuntur autem in Romano Catholicos, Reformatos & Mixtos.

Romano-Catholici Cantones sunt 1. *Uria* 2. *Svitia* 3. *Unterwaldia* 4. *Lucerna* 5. *Friburgum* & hi quinqve Pagi sæpius speciali significatione sub nomine V. Cantonum veniunt Die fünff Orth. 6. *Tugium* & 7. *Solodurum*.

Reformatæ religionis Cantones sunt 1. *Tigurum* 2. *Basilea* 3. *Berna* 4. *Scafhusia*.

Utramqve

Utramqve religionem profitentur 1. Glarona 2. Abbatiscella; quilibet etiam Pagus peculiarem constituit Rempubl. & tamen omnes ob æternum fœdus inter se initum non nisi unam formantes videntur: cuilibet Senatus est, cuilibet peculiaris forma regiminis: Comitia Badæ celebrant; testibus præsentibus quâ adhuc duraut.

§. 8.

Vocantur Confœderati Pagi, cujus origo hæc est: Everso Romanorum Imperio Gallis Helvetia cessit, hisqve avulsa ad Germanos pervenit, tempore Rudolphi Habspurgici factum ut è domo Austriaca Helveticis Pagis Præfecti darentur; horum insolentia lacessiti, fœdus inierunt seqve tandem in libertatem vindicarunt; Cum Griesler unus Præfectorum populum jussisset suum pileum ex pertica pro Gubernatore honorare, recusanti Wilhelmo Tello Uriensi, hanc imposuit pœnam ut Sagitta pomum e capite filii decuteret, sumptis duabus Sagittis & altera; illæso gnato, pomum feriens quid cum altera facturus fuisset, interrogatus Pater præfecto respondit; si filium trajecissem, tuo alteram pectori immisissem; sumpturus ob dicta gravius supplicium ira fremens Præfectus navi illum imponi jussit; sed Tellus vadorum peritus arrepta fuga ad populares proveniens effecit ut an. 1308. Urii, Suitii & Unterwaldii primum pro tuenda libertate inter se fœdus componerent, à Ludovico Bavaro postea confirmatum in odium Austriacorum. Postea hisce pagis se associarunt alii v. g. *Lucerna* an. 1332. *Tigurum* anno 1351. *Glaronenses.*

eod. an. *Tugii* an. 1352. *Bernates* an. 1355. *Abbatiscel-la* 1452. & 1503. non autem Semum an. 1513. ut quidam existimant. *Scafbusiani* an. 1454. *Friburgenses* & *Solodurenses* an. 1481. *Basileenses* an. 1501. & ita XIII. Pagi perpetuum fœdus inter se pepigerunt, unde & Eydgenossen sibi dicuntur. Nunc ad ipsos Pagos.

CAP. XV.

De XIII. PAGIS CONFOEDERATIS.

§. 1. DE PAGO TIGURINO.

T*igurum* Sedem habet ad lacus ejusdem nominis exitum, (cujus latitudo inferior unum mill. germ. superior eandem efficit distantiam, longitudo omnis 6. mill. germ. numeratur) Academia floret, & inter confœderatos primum occupat locum; huic pago subsunt Præfecturæ majores & minores, illarum nomine venit 1. *Comitatus Kiburgensis* 2. *Præfectura Græningensis* 3. *Audelfingensis* 4. *Greiffenseensis*. 5. *Eglisoviensis* 6. *Regensperpergensis* 7. *Wadischweilensis*. 8. *Louffensis*. Minores sunt viginti duæ; porro huc spectant 1. *Windertbur*. 2. *Sternaw* 3. *Lauffen* ad Rhenum. 4. *Forsteck* munim. 5. *Bulach*. ad fl. Glat. 6. *Wendthal*. 7. *Geifftensen*. 8. *Hohenkliegen* castellum 9. *Neuwintertbur*.

Ma-

Magistratus consistit 200. membris, qvæ Magnum Senatum constituunt; Minor 50. absolvitur, cujus dimidia pars cum Consule per sex menses gerit fasces.

§. 2.

DE PAGO BERNENSI.

Berna civitas ad Ar fl. exstructa à Berchtoldo IV. Duce Zeringiæ an. 1191 qui cum in animo haberet condendi urbem eamqve nominandi nomine feræ, qvam primam in venatu feriret, capto urso, ipsam urbem Bernam vocari jussit; cumq; ad hanc molem cæderentur ligna, pronuntiasse hoc distichon fertur.

Du Holtz nun laß dich hauen gern
Dann diese Stadt soll heissen Bern.

vid. Du Val. p. 2. p. 239. Bernensium tanta potestas ut 24. horarum spatio 80000 arma ferentium convocare qveant, raro convocata: subsunt huic Pago 31. Præfecturæ Germanicæ & 8. Gallicæ cum 40. civitatibus quarum nobiliores sunt 1. *Arau*. 2. *Arberg*. 3. *Bruck* 4. *Beuren*. 5. *Wangen*. 6. *Erlach* ad Lacum Bielensem 7. *Nidaw*. 8. *Stefis* ad lacum Neuburgicum 9. *Morseé*. 10. *Yverdon*. 11. *Losanna* ad lacum Lehmannum Academia celebris anno 1536. fundata. 12. *Nion*. 13. *Copet*. 14. *Neuenstadt*. 15. Turris seu *la tour*. 16. Vivey seu *Vevay*. 17. *Cuilly*. 18. *Lasserre* ad fl. Venoge 19. *Lesceles* ad fl. Orbe. 20. L' *Orbe* 21. *Mouldon*. seu Milden ad fl. Broye seu Brun. 22. *Grancourt*. 23. *Wifflisburg*. 24. *Aigle* 25. *Brientz*. 26. *Interlacen*. 27. *Unterseven* 28. *Spietz*; porro

porro huc spectant Lensburg ad fl. Aa. 2. Loupen. 3. Hutwyl. 4. Wietlisbach. 5. Zofingen. 6. Penna. 7. Bussegny 8. Aubonne. 9. Bossonens 10. Haste 11. Cossonny 12. Fruttingen. 13. Lnstre. 14. Oron. 15. Rotte. 16. S. Prey. 17. Wimni. 18. Minsingen: Communes cum Friburgensibus habent præfectum 1. Gransee. 2. Orben ad Yverdon. 3 Päjern seu Peterling ad fl. Labroye 4. Murten ad lacum Murtensem. Nomina 31. præfecturarum germanicarum & 8. Gallicarum exhibet Atl. Min. p. 2. p. 126.

§. 3.

DE PAGO LUCERNENSI.

Lucerna ad montem Pilati in cujus dorso lacus ejusdem nominis cui ea natura ut injecta tempestatem causent. vid. Auth. Geogr. stat. p. 607. ad hunc pagum pertinent. 1. Wolfhusen. 2. Rottenburg. 3. Willison ad Vigeram fl. Præfecturæ duæ sunt Wicken & Sempach: fluvius Lucernam rigans Rusa vocatur.

§. 4.

DE PAGO URIENSI.

Uria nomen habet ab Uranis populis, pagi præcipua urbs est Alltorfia ad Rusam fl. ubi tribunal est constitutum.

§. 5.

DE PAGO TUGIENSI seu ZUG.

Tugium seu Zug ad lacum cui suum dedit nomen sita an. 1435. 70. ædes à lacu absorptas amisit; præ-

præfecturæ hujus pagi sunt 1. *Champensis.* 2. *Andre-mssis.* 3. *Hunelbergensis* 4. *Wachenhoffensis.* 5. *Steinhausensis* 6. *Wolfgangensis.* an. 1352. à reliquis pagis ad fœdus perpetuum cogebatur.

§. 6.

DE PAGO SUITIENSI.

Suitia seu Schwitz toti regioni nomen Schwitzerland dedit, primus erat pagus qui ad vindicandam libertatem fœdus iniit. Dividitur in 6. partes quas Viertel seu qvartas vocant; pertinent huc 1. Præfectura Einsiedeln peregrinationibus religiosis nota. (2. *Marchiensis* ubi Lachen 3. Gerison,) nomen accepit à Nicolao Einsiedel Eremita.

§. 7.

DE PAGO UNTERWALDENSI.

Unterwaldia seu Unterwalden undiqve cincta montibus; dividitur sylva Keinwald in superiorem seu Oberwalden & inferiorem seu Niddetwalden/ ambæ communi nomine Unterwalden vocantur; illius præcipuus locus est Sarmen; hujus vero Stantz; huc etiam spectat Monasterium Engelberg patrocinii civitatum Waldstädte dictarum, qvibus nomen *Unterwaldia.* Reinfelden. Lauffenburg. Waldshut.

§. 8.

DE PAGO GLARONENSI seu GLARIS.

Glarona seu S. Claris ad fl. Lint. ad hunc pagum

gum refertur Comitatus Werdenberg; cum Suitia communem habet dominium *Uznach* & oppidum *Wesen.*

§. 9.

DE PAGO BASILEENSI.

Basilea seu *Basel* in duas Rheno dissecta partes nomen creditur habere à Basilia quod vocabulum Regiam Græcis denotare Münsterus in Cosmogr. Cuius author est, quia Rauracorum Regulus hic habitabat, Academiam Pius II. Pontifex Romanus An. 1460. fundavit; Episcopus urbis Bruntrutum inhabitat modernus est Johannes Conradus nob. à Roggenbach electus 1656. 22. Dec. Horologia citius quam alibi una elabuntur hora, qvod providentiæ divinæ adscribunt cum certa noctis hora civitas proditione hostibus tradenda esset destinata. Præfecturæ Basileenses sunt. 1. *Farensberg* 2. *Rheinfeld.* 3. *Wallenburg.* 4. *Homburg.* 5. *Munchenstein.* 6. *Ramstein.* Huc *spectant* Comitatus *Rapperswyl* & *Stratsberg*; nec non Baronia *Kirchberg.*

Fluvii hujus pagi sunt 1. Birsa seu Birß. 2. Wiesa. 3. præ aliis Rhenus.

Senatus Major consistit 244. membris; Minor vero 64. duo adsunt Prætores. 12. Tribuni seu Zunfftmeister. Senatores è tribubus sumuntur. vid. Atl. Min. p. 2. p. 124. Du Val. p. 2. p. 241.

§. 10.

DE PAGO FRIBURGENSI.

Friburgum ad Sanam fl. novendecim Præfecturas habet,

habet, præter eas quæ & Bernenſibus communes.

Senatus vel Major vel Minor; illius membra 200. hujus 24. ſunt, utriqve Præto ſeu Conſul ſeu Scultetus præeſt.

Huc ſpectant Comitatus 1. *Neuenburg.* 2. *Nidow.* 3. *Aurberg.* 4. *Baronia Balm* nec non oppida 1. *Montency* ſeu Montenach. 2. *Rua* ad fl. la broye. 3. *Griers* ad fl. Sana. 4. *Bol.* 5. *la tour de Treſma.* 6. *Worn.* 7. *Berlin.* 8. *Favernach.* &c.

§. 11.

DE PAGO SOLODURENSI.

Solodurum ſeu *Solotburn* ad Arolam fl. ſeu Ar; Gallis Saleure dicta Senatu regitur ac Berna ſimili; ad hunc pagum refertur Comitatus *Thierſtein*; civitas *Alten* ad Aar, &c.

§. 12.

DE PAGO SCAFHUSIANO.

Scafhuſia ſeu *Schafhauſen* ad Rhenum ſita nobili Helvetiæ jungitur ponte; huic ſubſunt pago 1. *Dieſſenhoven.* 2. *Newhauſen.* 3. *Furtalen.* 4. *Rynow.* &c.

§. 13.

DE PAGO ABBACELLENSI.

Abbatiscella ſeu *Appenzell* nomen habet à monachorum S. Benedicti Monaſterio, cui hic ſedes erat ſub titulo Clauxe; adjacet fl. Sitter.

CAP.

CAP. XVI.

De CONFOEDERATIS HELVETIORUM.

PRæcedenti capite §. 6. dictum fuit Helvetiam dividi in tres partes nim: XIII. pagos 2. Confœderatos. 3. Præfecturas Helvetiorum Imperio subjectas; exposita itaq; eodem capite prima parte, progrediendum nunc ad secundam seu Confœderatos qui sub nomine Zugewandte veniunt, & sunt

1. *Abbas Santgallensis*, qui Tigurinos, Lucernates, Suitios & Glaronenses perpetuo libertatis jure defensores & Monasterii sui advocatos anno 1451 instituit.

2. *Santgallum* oppidum; qvod Tigurinis, Bernensibus, Lucernatibus, Suitiis, Tugenis & Glaronensibus se an. 1454. junxit.

3. *Rhæti fœderati* seu Grisones aut Graubünder qui duplici junxerunt se fœdere; superiore nim. seu Cano der Ober s. Graubund an. 1497. septem veterioribus pagis. Et inferiore qvod fœdus domus Dei das GOttes Hauß dicebatur an. 1498. Illud constat 19. communitatibus; hoc totidem; adest & Grisonum tertium fœdus, qvod decem Judiciorum vocatur die zehen Gerichte decem constans communitatibus. Totius Rhætiæ metropolis est *Curia*

[Im]perialis erat, & an. 1558. à Ferdinando I. adhuc [p]rivilegiorum confirmationem impetrabat, nunc [f]œdere Rhætorum continetur, ibiqve in ſuis diætis, das Gottes-Haus / & hodie freqventius fœderum ſenatus convenit. Conſul civitatis Præſes eſt fœderis des Gottes-Hauſes; Cancellarium civitatis ſcriba agit, fœderisqve ibidem ſervatur Archivum.

4. *Valeſiani* cum Epiſcopo ſuo, qvi æterno fœdere juncti fuerunt ſeptem Catholicis pagis & Bernenſibus an. 1475. & 1533.

5. *Mulhuſium*, qvod qvatuor Cantonum Reformatorum fœdere potiſſimum gaudet ab an. 1468.

6. *Biennenſes*, qvi cum Bernenſibus primum fœdere, tandem ipſo civitatis jure mutuo coaluerunt. an. 1303. 1306. 1352. & 1367.

7. *Neocomenſes*, qvi Bernenſibus peculiariter obſtringuntur.

8. *Geneva*, cujus jam lib. 3. cap. 49. §. 5. facta mentio; Academia floret, lacui adjacens Lemanno, Rhodano in duas dividitur partes. Fœdus iniit an. 1536.

9. *Anno* 1663. XIII. Pagi per legatos à Ludovico XIV. Galliarum R. fœderis renovationem impetrarunt.

10. *Anno* 1688. fœdus qvod cum Argentinenſibus Bernates & Tigurini per 100 habuere annos diſſolutum eſt.

11. *Fœdus* inierunt cum Helvetiis 1. Epiſcopus Conſtantienſis. 2. Baſileenſis. 3. Curenſis. 4. Abbas Wilenſis. 5. Civitates reformatæ religio-

nis qvæ sunt Neucastell/Vallangin/Biel/ & Rothwila/ cujus fœdus primum an. 1463. pactum 16. an. duravit, æternum verò incœpit an. 1519.

CAP. XVII.

De

PRÆFECTURIS HELVETIORUM.

SEqvitur nunc tertia Helvetiæ pars, qvæ de Præfecturis agit ad XIII. Pagos pertinentibus, qvæ aut omnium aut plerorumqve imperio reguntur; & tales sunt

I. Tres Comitatus 1. *Baden.* 2. *Turgea.* 3. *Sargans.*

II. Liberæ Provinciæ, die freyen Aempter.

III. Rhegusca s. die Herrschafft *Reineckb.*

IV. Præfecturæ Italicæ: *Logand, Locarno, Mendrisio* & *vallis media.*

V. *Uzenach, Gasteln.*

VI. *Gellinzona.* Brunerthal, Rievier.

VII. Morat, Granson, Eschenthal/ Orben.

VIII. Schwartzenburg. Qvod regimen spectat 1. *Badensis* Comitatus paret 8 veteribus pagis 2. *Turgoviensis* 7 veteribus pagis, additis Bernensibus, Friburgensibus & Solodurensibus. 3. Liberæ Provinciæ reguntur à 7 veteribus pagis. 4. Reineck ab iisdem regitur additis Abbacellanis. 5. Præfecturæ

turæ Italicæ ſubſunt omnibus pagis excepto Abbetellenſi. 6. Uzenacum & Gaſteln ſeu caſtra Rhætica Suitiorum & Glaronenſium agnoſcunt imperium. 7. Bellinzona, Vallis Brunia, & Riviera reguntur ab Urienſibus, Suitiis & Undervvaldenſibus. 8. Muracum ſeu Morat, Grandiſonum ſeu Granſon, Eſchalenium ſeu Eſchenthal / & Urba ſeu Orben, gubernantur à Bernenſibus & Friburgenſibus. 9. Schvvartzenburgum à ſolis Bernenſibus judicatur. vid. Schvved. Introd. ad J. P. p. 135. & Beeman. hiſt. orb. terr. p. 197. Reichelt Elem. Geogr. p. 65. & 66.

CAP. XVIII.

De VALESIA, ſeu WALLIS.

§. 1.

VErſus Meridiem & Ortum Helvetiæ conjuncta eſt Valeſia ſeu Wallis, qvæ dividitur in Superiorem & inferiorem; illa ſubdividitur in ſeptem Diœceſes, qvæ incolis Zähnden dicuntur, qvarum loca præcipua ſunt 1. Sedunum ſeu Sitten, ſedes Epiſcopalis, qvæ an. 1533. æternum cum Helvetiis fœdus pepigit ſub Hadriano Epiſcopo; Gallis dicitur Syon, adjacet fl. Rhodano & fl. Sitten, Epiſcopo

 titu-

titulus comitis conceditur 2. Gomesia seu Goms. 3. Brigia seu Brieg. 4. Vespia seu Visp. 5. Raronium seu Raren. 6. Leucia seu Leuck. 7. Sideria seu Sider.

§. 2.

Valesia inferior dividitur in sex Communitates, qvas Baneria vocant. Harum oppida primaria sunt 1. Contegium seu Gundis. 2. Ardonium seu Ardon. 3. Salonium seu Salien. 4. Intramontium seu Intremont. 5. Martiniacum seu Martinach. 6. Fanum S. Mauritii, S. Maurice.

CAP. XIX.

RHÆTIA GRISONUM.

AD Ortum Helvetiæ Rhætia Grisonum adhæret Graubünden / cujus incolæ & Churwallen dicuntur; dividitur in fœdus canum seu Ober-Bund; in fœdus domus Dei & tandem in fœdus decem Jurisdictionum seu Judiciorum. De qvibus omnibus actum hoc libro cap. 13. §. 3. Metropolis totius Rhætiæ Curia est, ut eod. loc. dictum, sede splendet Episcopali, cujus Episcopus Princeps S. R. I. est, adjacet monasterio Wahlen / unde & Churwallen incolæ vocantur. Reliqva oppida sunt 1. Rhætium Castrum seu Retzun. 2. Iliantum seu Ilantz. 3. Majævilla seu Meyenfeld. 4. Rhætigoja

dgoja. 5. Pfefferbad. 6. Turstenow. 7. Thusis. 8. Furstenberg. 9. Chûrberg.

§. 1.

Grisonum subditi sunt 1. Comitatus Clavennensis seu Cleven, ubi Clavenna seu Chiavenna. 2. Vallis Telina seu Veltlin, ubi Sundrium, Tiranum, Bormium & Morbemium seu Morbegno, seu Bormio, à nonnullis ad Italiam refertur. vid. Auth. Geogr. ſtat. p. 593. 3. Vallis Palensis. 4. Galacensis. 5. Monsaxensis. 6. Val Bella.

§. 2.

Montes sunt 1. Vogelberge. 2. Splugenerberg. 3. Adula. 4. Monte del Oro. 5. Malcia. 6. Rhætium.

Fluvii sunt Rhenus uterqve. 2. Plessure. 3. Ænus seu Inn, cujus fons in monte Malcia.

Cap. XX.

De Alsatia, Suntgovia, Brisgovia & Mompelgardensi Ducatu actum fuit in Gallia.

CAP. XXI.

De

PALATINATU RHENI.

TErmini hujus Palatinatus ad *Meridiem* sunt Alsatia; ad *Occasum* Lotharingia, ad *Septentrionem* Rhenus & Mœnus cum Diœcesi Moguntina; ad *Ortum* Franconia & Würtembergicus Ducatus.

Hanc terram nomen habere à Comitibus Palatinis, qvi Augusti aulæ erant Judices, aula qvondam Pfaltz seu Pallatium dicta: Originem horum Comitum Palatinorum reliqvit peculiari tractatu Marqvardus Freherus.

Longitudo ducitur à Beckspach, ad Erpach.
Latitudo à Landau ad Oppenheim.
Academiæ Titulo superbit Heidelberga.

§. 1.

Metropolis & Electoris sedes est *Heidelberga* ad Nicrum, Academiam ejus fundavit Rupertus II. Com. Pal. Rheni an. 1346. vid. Atl. Min. P. II. p. 283. Aliis originem ad an. 1387. 18. Oct. primo 17. Nov. creato Rectore Magnifico, Marsilio de Ingenheim, nobili viro; referentibus, vid. Bucholcer. Ind. Chronol. ad dict. an. qvi existimat hoc anno restauratam tantum fuisse: Bibliothecam Vaticanus Romæ

Romæ ſuæ adjecit, capta ab Imperatoris Chiliarcha Tilli an. 1622; credibile qvoqve videretur Archivum ſimul eo translatum, ſed majorum gentium Doctor haud ita pridem, in tractatu ſuperiorum juſſu conſcripto Heidelbergæ, contrarium tanqvam ocularis teſtis probat. Anno 1688. menſe Octobri, Galli hanc urbem non tantum ſub jugum miſerunt ſed & arcem ſolo æqvarunt anno 1689, multisqve hinc inde dirutis iterum abierunt. Dolium qvondam hic miræ ſtructuræ conſpiciebatur, altitudinis 43. graduum, in dorſo tabulam cum Area 30. aſcendentibus, vinumqve guſtantibus peregrinis, exhibens; artificem laudant incolæ Joh. Georgium Joſt, qvi anno 1664. illud fabricaſſe dicitur. Reliqva oppida ſunt:

1. *Bretta* ad Salzam fl. Philippi Melanchthonis Patria. 2. *Ladenburg* 3. *Franckenſtein.* 4. *Keiſersluter.* 5. *Franckendal.* 6. *Oppenheim.* 7. *Eberſtatt.* 8. *Lindenfels.* 9. *Edingen.* 10. *Neuſtatt.* 11. *Mosbach.* 12. *Manheim* nunc crematum à Gallis anno 1689. menſe Majo. 13. *Spira* ſed. Epiſc. itidem à fumo ablata dicto anno; ſedes ſummi dicaſterii S. R. I. ab. an. 1495. 31. Oct. à Maximiliano I. Imperatore inſtituti, audiebat ad annum uſqve 1688. menſe Sept. qvo capta à Ludovico XIV. R. G. urbe, acta Argentoratum translata ſunt: Modernus Epiſcopus eſt Johannes Hugo Elector Trevirenſis. 14. *Wormatia* ſed. Epiſc. & Civitas Imperii, capta ab eodem Rege anno 1688. præſenti in fumo abiit, Epiſcopo moderno Johanne Carolo, Barone in & de Franckenſtein elect. an. 1683. 17. Aug.

 Argen-

Argentoratum abducto: hunc Episcopatum pauperrimum, Spirensem nobilissimum vocabat Lehman, in Chronic. Spirens. Lib. I. c. 18. uterqve pauper nunc est. 15. *Philippopolis* s. Philipsburg ad Rhenum, antea Udenheim vocata, erat qvondam sedes Episcopi Spirensis; civitatis jura accepit à Gerhardo Episc. Spir. anno 913. defuncto, indultu Ludovici IV. Imperat. Philippiburgum vocari cœpit an. 1618. sub Philippo Christophoro von Söttern / Episcopo, qvi ob. 1652. munimentis circumdata urbe relicta, qvæ exstrui curavit, annoqve jam 1623. die Philippi & Jacobi Apostolorum, Patrono solenni processione, urbi S. Philippo exorato; primam passa obsidionem anno 1633. 4. Aug. à Smidbergio Suecorum Chiliarcha, fame nimia pressam sese tradidit, an. 1634. 3. Jan regimen tenentibus Casparo Bambergero & Don Pietro Suarez de Ædo: Eodem vero anno 27. Sept. Sueci Gallis eam relinqvebant, qvibus segniter vigilantibus anno 1635. 23. Jan. Cæsarei Duce Casparo Bambergero iterum ademerunt. Verum anno 1644. sub fin. Augusti Galli Principe de Conde & Mareschallo Tureno, ducibus, rursus corona circumdabant, cinctamqve per 15 dies ad suas trahebant partes; diutius autem eam non tenuerunt, quam ad annum 1675. 31. Aug. st. v. usqve, qvo Starenbergio Campi Mareschallo Duce Germani eam Domino de Fay, Gubernatore abstulerant, composito Disticho:

Die Rheinstatt Philipsburg ist von Frantzosen rein/
Forthin sIe LeopoLDs / nIcht LVDWIgs Denckt
zV seIn;

for-

rtuna vero mirum in modum cum mortalibus ludente, Præfecto urbis qvoqve Starenbergio Comite anno 1688. 29. Sept. st. n. nova cingebatur corona à Gallis, Duce Ludovico XV. Delphino, cui ad obseqvia erant Dux de Duras; Baro de Monclar; Dux de Beauvillers; Dominus de Vauban &c. 26. Octob. st. n. tandem Gallis cessit. vid. Journal du Siege de Philipsbourg de an. 1688. 30. Octob.

§. 2.

CATALOGUS
Electorum Palatinatus.
Cum incerta sit Eorum origo, seriem ab Ottone V. incipiemus.

1.	Otto V. seu Magnus Comes Wittelspachius, ob. an. - -	1184
2.	Ludovicus	1209
3.	Otto Illustris	1252
4.	Ludovicus Severus	1294
5.	Rudolphus, author lineæ Rudolphinæ. ob.	1319
6.	Adolphus Simplex	1321
7.	Rudolphus II.	1327
8.	Rupertus I.	1385
9.	Rupertus II.	1398
10.	Rupertus III. Imp. -	1410
11.	Ludovicus II. seu Barbatus. ob.	1409
12.	Ludovicus III.	1451
13.	Philippus ingenuus	1508

14. Ludovicus Pacificus, ob. - 1544
15. Fridericus Pius 1556
16. Otto Henricus 1559
17. Fridericus Simmerensis 1576
18. Ludovicus V. 1583
19. Fridericus IV. 1611
20. Fridericus V. exauctoratur - 1623
21. Maximilianus Bavarus, electus an. 1623. ob. 1651
22. Carolus Ludovicus, per Inst. Pac. art. 4. Octovir factus, 1648. ob. 1685. 16. 26. Maji.
23. Philippus Wilhelmus modernus, Elect. Dux Neoburgicus, n. 1615. 25. Oct.

Johannes Wilhelmus, Princeps Electoralis, nat. an. 1658. 19. Apr. Matre Elisabetha Amalia, Georgii Hassiæ Darmstadiensis, Landgravii filia, inhabitat Düsseldorpium, è Maria Anna Josepha, Ferdinandi III. Augusti fil. bis pater factus est, prim. 1683. 27. Jan. masculi heredis, sed rursus extincti; & an. 1686. immaturi fœtus defuncti masculi.

§. 3.

Huc spectat Palatinatus *Birckofeldensis* ubi 1. *Bircofeld.* 2. *Trarbach.* 3. *Spanheim*, modernus Dux est Christianus n. 1637. 22. Jun. Patre Christiano in Bischweiler / & matre Magdalena Catharina Palatina: E Catharina Agatha, Johannis Jacobi, ultimi Com. in Rappolstein, fil. qvæ ob. 1683. 6. Jul. suscepit heredem masculum Christianum n. 1674. 7. Nov.

§. 4.

§. 4.

Palatinatus *Bipontinus*, ubi 1. Zweybrücken. 2. *Sarbruk.* 3. *Limbach.* Regis Sueciæ esse debet, sed jussu Ludovici XIV. R. G. eum administrat idem Dux Birckenfeldensis Christianus.

§. 5.

Palatinatus *Veldentinus* oppida continet 1. *Veldentz.* 2. *Witlich.* 3. *Broich.* 4. *Lautereck.* 5. *Lüzelstein.* Modernus Dux est Leopoldus Ludovicus n. 1625. Patre Georgio Gustavo, & Matre, Maria Elisabetha Palatina; ex Agatha C. ab Hanau, præter aliam sobolem sustinuit Christianum Ludovicum n. 1656. 5. Oct. viventium primogenitum. Pater hactenus degit Argentorati.

§. 6.

Palatinatus *Solisbacensis*, ubi Sultzbach; cui præest Christianus Augustus, nat. 1622. 16. Jul. Patre Augusto & Hedvvigi Holsata Matre. E conjuge Amalia C. Nassoviæ heredem masculum genuit Theodorum n. 1659. 14. Febr.

§. 7.

Palatinatus *Simmerensis* oppida amat 1. *Simmeren.* 2. *Bacherach.* 3. *Creutzenach.* 4. *Montzingen.* Subest Electori Palatino, qvem defuncto Carolo Elect. & ultimo hujus lineæ Comite an. 1685. 1. Jun. una cum Electoratu accepit.

§. 8.

Abbatiæ *Murbacensis & Luderensis*; his præest hodie Franciscus Ego Pr. de Furstenberg, el. 1686. adversarium habuit Joh. Ludovicum ab Andlau, qvi adhuc in vivis est, re vero amicabiliter composita,

Für-

Fürſtenbergius dignitate cum poteſtate fruitur; Audlavienſi certa redituum parte contento. *Murbachium* Cœnobium in ſuperiori Alſatia ad Vogeſi radices ſitum eſt.

§. 9.

Abbatia Prumienſis, ubi Prumia ſeu *Prim*, Subeſt Electori Trevirenſi jam ab anno 1576. ultimo Abbate Chriſtophoro Manderſcheidio, mundanis valedicente: Dictus Elector propterea ſingulari in Comitiis voto gaudet.

§. 10.

Comitatus *Leiningenſis* oppida ſunt 1. Leiningen. 2. Dachsburg. 3. Türckheim. 4. Weſterburg. 5. Hartenburg. 6. Falckenburg. 7. Bockenheim. 8. Heidesheim. 9. Grunſtatt. 10. Forbach. 11. Oberbrunn.

Dividitur familia in ramum *Dagsburgicum & Weſtburgicum*: Illum Emico IX. iterum diviſit in *Hartenburgicum* & *Falckenburgicum*: *Hartenburgicum* hodie ſuſtentat Fridericus Emico n.1621. 9. Febr. filius Johannis Philippi, ſedem habet Hartenburgi ad Wormatiam; è Sibilla C. Waldeccii ſuperſtites habet duos filios, Emicum XIII. & Johannem Fridericum n. 1661. Ille auram vitalem hauſit 1649. 6. Febr. ſedemqve Bockenhemii fixit, ex Eliſabetha Chriſtina de Zweybrücken / non niſi duas genuit filias. Ramum *Falckenburgicum* nunc ornat Johannes Caſimirus fil. Philippi Georgii & Annæ Erpacenſis n. 1619. 11. Maji. Cameræ Spirenſis Præſes audit; Hic ramus ſubdividitur in *Falckenburgicum* & *Heidesheimenſem*; Illi præeſt dictus Joh. Caſimirus;

rus; *huic* vero tres 1. *Johannes Carolus Augustus*, fil. Georgii Wilhelmi & Annæ Elisabethæ C. de Falckenstein: 2. *Emico Christianus* nat. 1642. 29 Mart. Patre Emicone XII. & Dorothea Waldeccia Matre; è Ludovica Christina C. de Falckenstein, septem tantùm filias superstites habet. 3. *Johannes Ludovicus*, Emici Christiani frater n. 1643. 26. Febr. cui Sophia Sibylla C. de Leiningen & Westerburg, peperit Carolum Ludovicum.

Lineæ *VVesterburgicæ* itidem duo rami sunt *VVesterburgicus* & *Leiningensis*, *illum* propagat Georgius Wilhelmus, nat. 1619. 13. Febr. Patre Christophoro & Walburgi C. de Wied. è Sophia Elisabetha C. Lippiæ gignens XIX. liberos superstitum natu majorem videt Fridericum Wilhelmum n. 1648. 8. Sept. qvi itidem è Sophia Theresia C. de Ronov, jam Pater factus est Wilhelmi Friderici. *Leiningensem* adhuc propagat Ludovicus Eberhardus, filius Philippi & Agathæ Catharinæ de Limburg; è Carola Nassovia præter aliam sobolem genuit Philippum Ludovicum an. 1652. qvi an 1671. Parisiis Catholicorum sacra amplectebatur, ductus patri exemplo; ex Aloisia Gabrielide Marchionissa de Ruze sustinuit Joh. Carolum, Ludovicum & Carolam liberos.

§. 11.

Comitatus *Hanoviensis* oppida sunt: 1. Hannovia seu *Hanau* 2. Buxovilla seu Bußweiler. 3. Liechtenberg. 4. Bischheim zum Hohenſteg. 5. Widſtätt. 6. Brumbt. 7. Müntzenberg. 8. Lichtenau.

Fa-

Familiam ornant duo Johannis Reinhardi & Annæ Magdalenæ Palatinæ filii nim Philippus Reinhardus n. 1664. 2. Aug. & Joh. Reinhardus n. 1665. 15. Aug.

§. 12.

Comitatus *Rheni* seu *Rhingraviorum* & *Sylvarum* ostendunt 1. *Kirburg.* 2. *Dauhn.* 3. *Neufville.* 4. *Grumbach.* 5. *Pittlingen.* 6. *Vinstingen.* 7. *Anholt.* 8. *Pahr.* 9. *Latun.* 10. *Moerchingen.*

Familia dividitur in ramum *Salmensem*, *Mœrchingensem* & *Daunium*. *Illi* præest hodiè Carolus Theodorus Otto S. R. I. Princeps in Salm, filius Leopoldi Philippi Caroli & Mariæ Annæ C. Bronchorstii; è Maria Palatina uxore aliqvot liberorum Pater existit.

Mœrchingensem ramum ducit Johannes X. n. 1635. 17. Apr. Ottonis Ludovici & Annæ Magdalenæ Hanoicæ filius: Ex Elisabetha Johanna; Leopoldi Ludovici Duc. Veldentii filia non tantum prolem non suscepit, sed & ejus contubernio uti neqvit.

Daubnius ramus subdividitur in *Neufvillensem*, *Grumbacensem* & *Daubnium* in specie sic dictum.

Neufvillensis caput est hodiè Fridericus Carolus, fil. Caroli Florentini & Mariæ Gabrielis Lalanæ C. ab *Hochstraten.*

Grumbacensem regit Leopoldus Philippus Wilhelmus n. 1642. 16. Dec. filius Adolphi & Annæ Julianæ C. in Dauhn; è Friderica Juliana C. Kirburgensi heredem masculum habet Carolum Ludovicum Philippum n. 1678. 27. Maji.

Daubnium ramum hodie ornat Johannes Philippus

pus, fil. Johannis Ludovici & Elisabethæ C. Neufvillensis nat. 1645. ex Anna Catharina C. Nassoviæ in Ottvveiler, heredes masculos sustinuit superstites Ludovicum Philippum nat. 1672. 23. Nov. Carolum, nat. 1675. 21. Sept. Philippum Magnum, nat. 1679. 14. Febr. & Christianum Ottonem n. 1680. 14 Apr.

§. 13.

Raugrafiorum loca, illorum stirpe emortua redierunt ad Electorem Palatinum; nec hodierni Raugravii, qvos Carolus Ludovicus Elector, divortio inter Ipsum & Carolam Hassiæ Landgraviam facto, è Luisa Degenfeldia, qvam de novo Raugraviam voluit nominari, genuit, non nisi certis gaudent reditibus: Nomina Raugraviorum qvos Degenfeldia genuit, sunt 1. Carolus Ludovicus n. 1658. 5. Oct. 2. Carolus Eduardus n. 1668. 9. Maji. Carolus Mauritius n. 1670. 30. Dec. Carolus Augustus n. 1672. 9. Oct. & Carolus Casimirus n. 1675. 22. Apr. Reliqva soboles fœminea est: Cæterum Raugrafiorum nomen antiqvitati satis notum, & originem debet locis illis asperis atqve montosis, inter Mosellam & Mosam, in Trevirensi Archiepiscopatu & Leodiensi Episcopatu, qvos colebant.

§. 14.

Comitatus *Saræpontanus* spectat ad familiam Nassovicam, oppida habet 1. *Sarbrück*. 2. *Sarvverden*. 3. *Beaurains* &c. Hujus lineæ tres rami sunt 1. *Sarspontanus*, cujus Modernus Comes est Ludovicus Crato n. 1663. qvi cum fratre Carolo Ludovico nat. 1665. Parentes agnoscit Gustavum Adolphum & Eleo-

& Eleonoram Claram C. ab Hohenloe in Neuenstein, 2. *Ottvvileranus* de qvo seq. §. 25. & *Usingensis*, de qvo seq. §. 26.

§. 15.

Comitatus *Nassoviæ* in specie dictus nomen habet ab irriguis campis qvasi Naßgau/terminatus à *Meridie* Comitatibus Wisbadensi & Idtsteinensi, ab *Ortu* Comitatibus Isenburgensi & Solmensi, nec non Hassiæ; à *Septentrione* Westphalia & Witgensteinensi Comitatu; ab *Occasu* Bergensi Ducatu, Widensi & Sainensi Comitatibus.

Hodiè verò familia ita Horizontem auxit ut eo comprehensos videat Comitatus *Weilburgensem, Idtsteinensem; Wisbadensem, Dietzensem, Sarapontanum*, de qvo §. præc. actum; *Sainensem, Berlenburgensem, Witgensteinensem, Dillenburgicum*. *Præfecturæ* sunt 1. Freudenberg. 2. Sigen. 3. Niep. 4. Frendorff. 5. Hilcherbach. 6. Hager. 7. Ebersbach. 8. Dillenburg. 9. Dringenstein. 10. Deydorff. 11. Libenschidern. 12. Beyelstein. 13. Longersheim. 14. Kurichheim. 15. Burbach. 16. Marenburg. 17. Rotsenheim. 18. Rennerooden. 19. Heenen. 20. Dernerzitheim. 21. Hohnstädten. 22. Flachten. 23. Dietz. 24. Frieckovien. 25. Zeutzheim. 26. Berlenburg.

Caput Comitatus in specie dicti Nassoviæ, est *Nassovia* seu Nassau / ad fl. Laen. Reliqva oppida sunt 1. Westerburg. 2. Hachenburg. 3. Elsoff. 4. Freudenberg. 5. Dillenburg. 6. Häger. 7. Burbach, ubi Metallifodinæ. 8. Ebersbach. ubi

si vitrum conficitur. 9. Lohnstein. 10. Herborn. 11. Kodingen.

Sylvarum nomine venit pars Herciniæ dicta Westerwald. 2. Kalterch. 3. Heygerstruth. 4. Scheldevvald. 5. Horre 6. Hamberg.

Fluvii sunt 1. Laen. 2. Sigen. 3. Dille ad Hüger.

Academiæ titulo superbit Herbornensis civitas. Atl. Min. P. I. p. 268. In præsentiarum Comitum Nassoviæ in specie sic dicta familia tribus constat ramis: *Berleburgensi, Sainensi & Witgensteinensi.*

§. 16.

Comitatus *Berleburgensis*, primarium oppidum est *Berlenburg*, sedes Georgii Wilhelmi, filii Ludovici Casimiri, & Elisabethæ Julianæ C. Nassoviæ in Sarbrück; Pater factus ex Amalia Margaretha C. de Machaut, Ludovici Francisci nat. 1660. 17. Apr. præter aliam sobolem.

§. 17.

Comitatus *Sainensis* oppida sunt 1. *Sain.* 2. *Urtelingen.* 3. *Altenkirch.* 4. *Dierdorff.*

Comitatui præsunt duo consangvinei, *Carolus & Carolus Ludovicus*; *Ille* Patrem habuit Ludovicum Albertum, & Matrem Johannettam Mariam C. de Wied. ex uxore Concordia Widgensteinensi nullum vidit heredem. *Hic* filius est Christiani & Philippinæ Isenburgicæ.

§. 18.

Comitatus *Witgensteinensis* oppida sunt 1. *VVitgenstein.* 2. *Armontenbruck.* 3. *Dringenstein.* 4. *VVallenfels.*

Cc Comi-

Comitatum regunt hodiè duo filii Johannis & Annæ Augustæ Waldecciæ, nim. *Gustavus* n. 1633. 15. Oct. qvi ex Anna Helena de la Place, C. de Machaut, aliqvoties Pater factus heredes masculos videt Henricum Albertum, Ottonem & Augustum. Et *Fridericus Wilhelmus*, n. 1647. 10. Nov. cujus uxor Carola Sibylla, C. Leiningensis in Hartenburg, præter aliam sobolem, Ei peperit Johannem Fridericum.

§. 19.

Comitatus *Weilburgensis* oppida complectitur 1. *Weilburg.* 2. *Neuvveilna.* 3. *Altvveilna.* 4. *Rudelbach.* 5. *Emmersbausen.* 6. *Svveikerbausen.*

Modernus Comes est *Johannes Ernestus*, Com. Nassov. filius Friderici & Elisabethæ Christianæ, C. in Sain, n. 1664. 21. Jul. thoro sibi associavit Polyxenam, filiam Friderici Enniconis, C. Leiningensis in Hartenburg, Frater ejus vocatur *Fridericus Wilhelmus* n. 1665. 21. Aug.

§. 20.

Comitatus *Idsteinensis* oppida tenet 1. *Idstein.* 2. *Honstein.* 3. *Langenschvvalbach.* 4. *Dirsdorff.*

Modernus Possessor est *Georgius Augustus Samuel*, Com. Nassov. n. 1665. filius Johannis & Annæ Leiningensis. Superstites duas habet sorores.

§. 21.

Comitatus *VVisbadensis* oppida refert 1. *VVisbaden.* 2. *VValdschmitt.* 3. *Berg.* 4. *Enfingen.* 5. *Kieburg.* 6. *Honstetten.* 7. *Gnadental.* 8. *Camberg.* 9. *Svveikerhausen.*

Paret hic comitatus Eidem Domino cui Weilburgen-

gensis subest, venit ad hanc familiam anno 1605. mortuo Johanne Ludovico II. sine descendentibus.

§. 22.

Comitatus *Dietzensis* oppida amat 1. *Dietz* ad Laen fl. 2. *Hadamar.* 3. *Ullach.* 4. *Larheim.* 5. *Ober-Neisse.* 6. *Nieder-Neisse.* 7. *Dern.* 8. *Ober-Neutzheim.* 9. *Dalheim.*

Modernus Dominus est Henricus Casimir Com. Nass. nat. 1657. Patre Ernesto Casimiro & Sophia Hedvvigi Brunsvvicensi Matre; anno 1684. in uxorem duxit Henricam Amaliam Princ. Anhaltinam in Dessau.

§. 23.

Comitatus *Catimeliboci* oppida continet 1. Cazenellenbogen. 2. Geilenau. 3. Langenstein. 4. Nieder-Dieffenbach. 5. Ober-Dieffenbach. 6. Grunau. Insignis huic Comitatui servat memoriam acidularum fons ad oppidum Schwalbach/qvi acida sua aqva gratissimum vini saporem refert. Pervenit hic Comitatus ad Landgravios Hassiæ emortua anno 1479. in Philippo Com. Catimelibocensium stirpe.

§. 24.

Beilsteinensis Comitatus oppida numerantur 1. *Beilstein.* 2. *Merckenbach.* 3. *Schenbach.* 4. *Lonburg.*

Regens dominus est Theodorus Adolphus, L. B. de Metternich, filius Lotharii & Ursulæ Cordulæ ab Heiden. Uxorem Penatibus induxit Luciam è familia Wolffiorum Metternich zur Gracht.

§. 25.

Comitatus *Ottvvileranus* in Westrasia oppidum primarium amat Ottvveiler, sedem Johannis Ludo-

 vici

vici Com. Naff. n. 1625. 23. Maji. Patre Wilhelmo Ludovico & Anna Amalia Badenfi, Matre; inter fuperftites liberos, qvos è Dorothea Catharina ... Bifchweiler fufcepit, primogenitum videt Fridericum Ludovicum n. 1651. 3. Nov. vid. præced. §. 14.

§. 26.

Comitatus *Ufingenfis* primario oppido gaudet Ufinga feu Ufingen/fede Volradi Com. Naff. n. 1635. 24. Febr. Patre Wilhelmo Ludovico, & Anna Amalia Badenfi. In Matrimonio vivit cum Catharina Francifca Ifabella de Crouy, filia Euftachii C. de Roeux, vid. præced. §. 14.

§. 27.

Comitatus *Dillenburgici* oppida funt 1. *Dillenburg.* 2. *Selbach.* 3. *Offenbach.* 4. *Fronhaufe.* 5. *Manderbach.* 6. *Bieken.* 7. *Odingen.* 8. *Sexbelden.*

Modernus Comes eft Henricus de Naffau, n. 1641. 28. Aug. Patre Georgio Ludovico, & Anna Augufta Brunfvicenfi fil. è Dorothêa Elifabetha Lignicenfi Duc. Pater factus eft Georgii Ludovici an. 1667. 21. Jun.

§. 28.

Comitatus *Solmenfis* oppida proftant 1. Solmium feu Solms. 2. Ballerfpach. 3. Herborn. 4. Hermanftein. 5. Finfterloch. 6. Braunfels.

Totius familiæ fex hodiè funt Rami fuperftites qvorum nomina feqvuntur ordine.

1. *Braunfelfenfis*, qvem nunc ornat Henricus Trajectinus n. 1636. Maritus Carolæ Heinricæ agnatæ in Laubach.

2. *Greiffenfteinenfis*, ubi *Greiffenftein*, fedes Wilhelm

lmi Mauritii, fil. Wilhelmi & Amaliæ Nassoviæ; è Magdalena Sophia Hassiaca in Bingenheim/ jam factus Pater est.

3. *Lichensis*, ubi *Lich*, sedes Hermanni Adolphi Mauritii n. 1646. 12. Sept. cujus uxor est Anna Maria C. in Rœdelheim; fratrem agnoscit Carolum Ludovicum n. 1648. 23. Apr.

4. *Hohensolmensis*, ubi *Hohensolms*, sedes Ludovici, qvi è Ludovica C. de Dehna, superstitum 8. liberorum Pater est.

5. *Sonnenwaldensis*, ubi *Sonnenwald*, sedes Georgii Friderici, fil. Joh. Georgii, n. 1625. ex Anna Sophia Anhaltina in Bernburg/ genuit Henricum Wilhelmum an. 1668.

6. *Barrutinam* stirpem florere jubet Joh. Fridericus n. 1625. 21. Febr. Patre Johanne Georgio; præest simul *Laubaco* in Silesia, è Benigna C. de Promnitz/ genuit Fridericum Ernestum, an. 1671. 20. Mart.

§. 29.

Comitatus *Bentheimensis* oppida laudantur 1. *Benthem.* 2. *Schuldorpe.* 3. *Northorn.* 4. *Wittmarum.* 5. *Laerwolde.* 6. *Ingden.* 7. *Steinfurt.*

Familia in duos abit ramos seqventes:

Bentheimensem in specie sic dictum propagat Ernestus Wilhelmus n. 1623. Patre Arnoldo Jodoco & Anna Amalia C. ab Isenburg; è Gertrudi à Zelst qvatuor progenuit filios, qvorum maximus natu vocatur Ernestus.

Steinfurtensem ducit Arnoldus Mauritius n. 1663. Patre Philippo Conrado & Anna Elisabetha Wilhelmina C. de Tecklenburg, Matre.

Cap. XXII.

De MARCHIONATU BADENSI.

§. 1.

Alsatiam inter & Palatinatum est Marchionatus Badensis, cujus oppida sunt 1. Baden. 2. Durlach. 3. Oberkirch. 4. Neuenburg. 5. Pfaffenhoven 6. Renchen. 7. Rastatt. 8. Pfortzheim. 9. Wilbaden. 10. Ettlingen. 11. Frauen. 12. Lohr. 13. Hirschau. 14. Stollhofen. 15. Hochberg. 16. Sausenberg. 17. Mahlberg.

§. 2.

Familia dividitur in ramum Badensem & Durlacensem (in Baden Baden/ ubi thermæ, & Baden Durlach.

Illum sustinet hodie Ludovicus Wilhelmus n. 1655. 8. Apr. Patre Ferdinando Maximiliano & Matre Luisa Christina Sabauda; pontificius est.

Hunc propagat Fridericus Magnus n. 1647. 24. Sept. Patre Friderico VI. & Matre Christina Magdalena Palatina; ex Augusta Maria Holsata in Gottorff/ multæ prolis Pater factus est, natu majorem habet filium, Carolum Wilhelmum, n. 1679. 17. Jan. Frater Friderici Magni est *Carolus Gustavus* n. 1648. 27. Sept.

Sept. ex Anna Sophia Brunſvicenſi genuit Carolum Antonium heredem an. 1683. 29. Jan. Hæcqve linea Evangelica audit.

§. 3.

Licet Gallus anno 1688. totum ferè Marchionatum ſub ſe habuerit, nihilominus nihil mali intulit.

CAP. XXIII.

De

DUCATU WURTEMBERGICO.

§. 1.

TErmini hujus Ducatus ab *Ortu & Meridie* ſunt Suevia; ab *Occaſu* Palatinatus Rheni, à *Septentrione* Franconia. Nomen accepit ab arce *WUrtemberga.* Hodiernis temporibus anno nim. 1688. & 1689. tota à Gallis occupata iterumqve relicta regio: ingenti nummo plenam impedivit deſolationem fertiliſſima, nobiliſſimũ producit vinum. Ante annum 1495. qvo Eberhardus in Comitiis Wormatienſibus à Maximiliano Imp. loco Comitis dignitate primum ducali condecoratus fuit, non niſi Comitatus erat; modernus Dux eſt Eberhardus Ludovicus n. 1676. 18 Sept. Patre Wilhelmo Ludovico an. 1677 23. Jun. defuncto, & Maria Eliſabetha Holſata Matre; ſub tutela eſt Patrui ſui Friderici Caroli, qvi Ducatus Adminiſtrator, degit nunc

Basileæ, qvo fugit, cum Galli territorium suum invaderent.

§. 2.

Caput Ducatus est *Stutgardia* ad Nicrum seu Necker / ubi sedes Ducalis. Reliqvæ civitates sunt 1. *Tubinga*, ad eund fl. Academia celebris redditur an. 1477. ab Eberhardo, Duce Wurtembergico fundata; Johanne Nauclero primo Rectore. 2. *Reutlinga* ad eundem Nicrum, qvæ civitatis Jura anno 1240. à Friderico II. Imp. adepta. 3. *Uracum* ad Ameram fl. 4. *Nürtingen.* 5. *Kirchheim.* 6. *Heilbronna.* 7. *Lauffen.* 8. *Pinigsheim.* 9. *Asperg*, castellum. 10. *Grüningen.* 11. *Marbach.* 12. *Canstatt.* 13. *VVaiblingen.* 14. *Schondorff.* 15. *Geppingen.* 16. *Fiessen.* 17. *Heidenheim.* 18. *VVildberg*; ad fl. Nagoltam. 19. *Herrenberg* 20. *Kalvv.* 21. *Rotenburg* ad Tuberam seu Tauber. 22. *Rechingen.* 23. *Balingen.* 24. *Eßlingen.* 25. *Gemundt.* 26. *Neostadium* seu Neustatt am Kocher.

§. 3.

Academiæ titulo superbit sola Tubinga.

§. 4.

Fluvii sunt Nicrus. 2. Tauber. 3. Amer ad Uracum. 4. Nagolta &c.

§. 5.

Montosa tota regio est.

CAP.

Cap. XXIV.

De

LANDGRAVIATU HASSIÆ.

TErminatur ab *Ortu* Thuringia; ab *Occasu* Westphalia; à *Septentrione* Diœcesi Paderbornensi; à *Meridie* Franconia & Moguntia. Nomen Provinciæ natum existimant ab *Heso* Cattorũ (qvi populi hanc terræ partem incoluerunt) Regis filio. §. 1.

Hodiè dividitur Hassia in duas partes, qvarum altera venit sub titulo Hessen Cassel / altera Hessen Darmstadt. *Illa* Reformatorum, hæc Lutheranorum castra seqvitur.

Illius Princeps modernus est Carolus n. 1654. 3. Aug. Patre Wilhelmo; qvi ob. 1663. 16. Jul. & Matre Hedvviga Sophia Brandenburgica. E Maria Amalia Jacobi Curlandiæ Ducis filia an. 1673. 21. Maji ducta, genuit præter fœmininum sexum, Fridericum n. 1676. 28. Apr. Carolum, n. 1680. 12. Jun. & Leopoldum n. 1684.

Landgraviatum lineæ Darmstadinæ Lutheranum, hodie regit Ernestus Ludovicus n. 1667. 15. Dec. Patre Ludovico II. an. 1678. 24. Apr. mortuo & Matre Elisabetha Dorothea, Ernesti Pii Ducis Saxo-Gothani filia. Illius Residentia est *Cassella*; Hujus *Darmstadium* sive Darmstadt ad Mœnum.

§. 2.

Civitates Hassiæ sunt præter *Cassellam & Darmstadium* 1. *Marpurgum* ubi anno 1526. Philippus Landgravius Academiam fundavit 2. *Giessa*, itidem Academia celebris an. 1607. 6. Oct. á Ludovico Landgravio erecta. 3. Comitatus *Ziegenheim* & *Nidda*. Hic Comitatus ad Hassiacos pervenit an. 1453. sine herede defuncto ultimo Comite Johanne. 4. Melsingen. 5. Lauterbach. 6. Schwartzenborn. 7. Treis. 8. Neustadt. 9. Allfelt. 10. Milbach. 11. Friedenland. 12. Elsingen. 13. Schonburg. 14. Adelhusen. 15. Volckmarsum. 16. Nunberck. 17. Kauffingen. 18. Bischhausen. 19. Franckenberg. 20. Eschwegen. 21. Fritzlar.

§. 3.

Academiæ sunt Marpurgensis & Giessensis.

§. 4.

Nobiliores fluvii sunt 1. Rhenus 2. Visurgis, die Weser. 3. Luppa. 4. Adrana. 5. Aderna. 6. Ædera. 7. Rhoer seu Eder.

§. 5.

Montium notiores sunt 1. Meliboci. 2. Abnobii. 3. Kesselberg. 4. Geyneberg.

§. 6.

Huc referri meretur Abbatia *Fuldensis*, ubi 1. Fulda. 2. Stockhausen. 3. Geismer. 4. Ramers. 5. Geirsfeld. 6. Steinam. Modernus Abbas vocatur *Placidus*, S. R. I. Princeps & Archicancellarius Imperatricis; ortus è familia nobili Westphalica von Drost; elect. 1678. 4. Jan. no-

tam

tam hic Abbas prætendit per Germaniam Galliamq; Primatis, pollet jurisdictione & Ecclesiastica & Politica tam in civitate *Fuldensi*, qvam locis eo pertinentibus. Nulli subest Cardinali, sed immediate Pontifici Maximo vi privilegii à Zacharia Papa concessis, rogantibus Carolomanno & Pipino Franciæ Regibus, qvi anno 744. *S. Bonifacio* sumptuum satis concesserant ad ædificandum monasterium Ordinis Benedictini, in beneficii hujus memoriam qvilibet Abbatum 400 florenos solvere tenetur. Insuper hic Abbas in publicis solennitatibus Augustæ lateri adstat, Eiqve coronam vel imponit vel deponit, qvo officio fungebatur Baro von Graveneck/ Abbas, tempore inaugurationis *Eleonoræ* Ferdinandi III. Imper. uxoris.

CAP. XXV.

De

MOGUNTINO
ARCHIEPISCOPATU.

HIc Archiepiscopatus adhæret Palatinatui ad Septentrionem & Occasum, caput ejus est Moguntia seu Maintz/ urbs inter præclaras Germaniæ computata, sedes Archiepiscopalis & Electoralis simul ad Rhenum, Academia celebris, fundata à Dithero Isenburg. Elect. Moguntino ann. 1482. huc pertinent Ascipurgium seu Aschaffenburg. 2. Bingen. 3. Ingelheim/ Caroli M. Patria. 4. Erbach. 5. Ern-

Erufeld. 6. Bacherach / vino nobili celebre oppidum. 7. Strumburg. 8. Creutzenach. Galli hunc Electoratum an. 1688. fere totum occuparunt, & ex parte solo æqvarunt.

CATALOGUS

ELECTORUM MOGUNTINORUM.

Qui sub Ottone III. Electorum nativitatem credunt Electores sic referunt.

1.	Willigisus, filius Carpentarii ob.	- 1001
2.	Erckenboldus, Abbas Fuldensis	1020
3.	Aribo	1031
4.	Bardo de Oppershoven.	1050
5.	Luitpoldus	1059
6.	Sigfridus I. Baro ab Eppenstein	1084
7.	Wezilo	1088
8.	Ruthardus, Abbas Erffurdensis	1109
9.	Adelbertus I. Dux Lotharingiæ	1137
10.	Adelbertus II.	1141
11.	Marcolphus	1142
12.	Henricus Felix	1153
13.	Arnoldus à Sehenhofen	1160
14.	Conradus Comes Wittelspachius	1164
15.	Fridericus	1180
16.	Conradus II.	1205
17.	Sigfridus II. Baro Eppensteinius	1225
18.	Sigfridus III. Baro ab Eppenstein.	1248
19.	Christianus	1251

20, Ger-

20.	Gerhardus ob. - -	1260
21.	Wernerus Com. de Falckenſtein	1282
22.	Gerardus de Eppenſtein	1304
23.	Petrus de Achzpalt	1320
24.	Matthias Comes de Buchegg	1328
25.	Henricus III. de Vernberg.	1353
26.	Gerlacus Comes de Naſſau	1371
27.	Johannes, Comes de Luxenburg	1373
28.	Adolphus, Comes Naſſovius	1388
29.	Conradus II. Com. de Weinſperg	1395
30.	Johannes Com. Naſſovius	1419
31.	Conradus III. Comes Palat. Rheni	1434
32.	Theodoricus, Com. ab Erpach	1454
33.	Dietherus, Com. ab Iſenburg, dejectus	1461
34.	Alphonſus Com. Naſſovius	1475
35.	Dietherus revocatus	1482
36.	Albertus I. Dux Sax.	1484
37.	Bertholdus Com. de Henneberg	1505
38.	Jacobus de Lichtenſtein	1508
39.	Uriel à Gemmingen	1508
40.	Albertus, Marchio Brandenb.	1545
41.	Sebaſtianus ab Heſſenſtein	1555
42.	Daniel Brendel ab Homberg	1582
43.	Wolffgangus Cammerer de Dalburg	1601
44.	Joh. Adamus de Bicken	1604
45.	Joh. Suitgardus de Cronberg	1626
46.	Georgius Fridericus Greiffenclau	1629
47.	Anſelmus Caſimirus Wambolt ab Umſtat	1647
48.	Joh. Philippus à Schonborn	1647

49. Da-

49. Damianus Hartardus à Leyen 1680
50. Fridericus Anſelmus Franciſcus, Baro de Ingelheim, modernus Elector & Archiepiſcopus, electus an. 1680. exul nunc vivit Erfurdii occupato Electoratu à Gallis.

Cap. XXVI.

De

ARCHIEPISCOPATU COLONIENSI.

Terminatur ab *Occaſu* Juliacenſi Ducatu; ab *Ortu* Bergenſi; à *Meridie* Clivenſi & Monaſterienſi Epiſcopatu; à *Septentrione* Archiepiſcopatu Trevirenſi. Caput eſt *Colonia Agrippina* ſeu Cölln / urbs ad Rhenum ampliſſima, nomen habet ab Agrippina Germanici Imp. filia. Academiam fundabat Urbanus VI. P. M. an. 1388. ſub Archiepiſcopo Chunone à Falckenſtein.

§. 1.

Præfecturæ Colonienſes ſunt 1. *Arnsberg.* 2. *Fredeburg.* 3. *Bylſtein.* 4. *Fredenskirchen.* 5. *Hoveſtatt.* 6. *Werle.* 7. *Nehem.* 8. *Balye.*

§. 2.

Baroniæ huc pertinentes ſunt 1. *Wildenberg.* 2. *Homberg.* 3. *Hachenberg.* 4. *Hardenberg.*

§. 3.

§. 3.

Reliqva oppida sunt 1. *Bonna*, Electorum qvondam nunc Gallorum sedes; Druso originem debet, teste Floro lib. 4. hic Rhenus ponte jungitur. 2. Novesium seu Neuß/ ad Erp. fl. nuptiis Maximiliani Imp. cum Maria filia Caroli Burgundiæ Ducis clara urbs. 3. *Antenacum* seu Antenach. 4. *Broel.* 5 *Kerpen.* 6. *Kœnigsfeld.* 7. *Arvviler.* 8. *Simsich.* 9. *Brisich.* 10. *Jutz.* 11. *Willich.*

Fluminum celebriora sunt 1. Rhenus. 2. Erpa seu Erp.

§. 5.

CATALOGUS

Electorum et Archiepiscoporum Coloniensium.

1.	Heribertus ob. - -	1021
2.	Peregrinus	1036
3.	Hermannus, Ottonis II. Nepos	1040
4.	S. Anno	1064
5.	Hildulphus	1084
6.	Sigevinus	1093
7.	Hermannus electus	1089
8.	Fridericus electus	1112
9.	Bruno Com. Altenæ electus	1132
10.	Arnoldus claruit	1152
11.	Hugo claruit	1158
12.	Arnoldus Com. Geldriæ cl.	1160
13.	Fridericus Com. Altenæ cl.	1164

14. Rei-

14. Reinoldus Com. à Daſſel. cl. 1172
15. Philippus ab Heinsberg cl. 1187
16. Bruno, Com. Altenæ cl. 1199
17. Adolphus Com. Altenæ ob. 1204
18. Bruno de Segelbach. ob. 1208
19. Theodoricus, Com. de Monte ob. 1210
20. Engelbertus, Com. de Monte ob. 1225
21. Henricus ob. 1232
22. Conradus ob. 1261
23. Engelbertus à Falckenburg ob. 1273
24. Sigfridus de Weſterburg 1280
25. Vichtboldus, Baro Weſtphalus 1299
26. Henricus de Varenburg ob. 1328
27. Walramus, Com. Juliaci cl. 1349
28. Wilhelmus Genap. cl. 1350
29. Joh. à Warenbourg cl. 1358
30. Adolphus, Com. de Marca cl. 1367
31. Engelbertus, Com. de Marca cl. 1368
32. Chuno de Falckenſtein. cl. 1391
33. Fridericus, Com. Sonverdenſis ob. 1414
34. Theodoricus, Com. de Moers ob. 1462
35. Rupertus, Dux Bavariæ ob. 1479
36. Hermannus, Landgr. Haſſiæ ob. 1508
37. Philippus, Com. de Dhuin 1523
38. Hermannus, Com. de Wieda, dejectus 1552
39. Adolphus, Com. de Schaumburg ob. 1556
40. Antonius, ejus frater ob. 1559
41. Johannes Gebhardus cl. 1560
42. Fridericus Com. de Wiedt. cl. 1562
43. Salentin, Com. de Iſenburg, reſignat 1576
44. Gebhardus, Com. de Walpurg, exaucto-
ratur.

45. Er-

45. Ernestus Dux Bavar. ob. - 1612
46. Ferdinandux Dux Bavar. 1650
47. Maximilianus Henricus, Dux Bav. 1688
48. Clemens, Dux Bav. modernus Elector factus 1688. æt. 17. anno contra Guilielmum Egonem de Fürstenberg: natus ille est 1671. 5. Dec. Patre Ferdinando Maria an. 1679. mortuo, & Matre Henrietta Adelheida, Sabauda, qvæ ob. 1676. 18. Martii.

CAP. XXVII.

De

ARCHIEPISCOPATU TREVIRENSI.

TErminatur ab *Ortu* Hassia & Ringavia; ab *Occasu* Luzelburgico Ducatu; à *Meridie* Westrasia & Bipontino Ducatu, versus *Septentrionem* Comitatu Nassoviæ & Ducatu Bergensi nec non Coloniensi Archiepiscopatu. Non minus qvam vicina Territoria militem Gallicum vidit anno 1688. & 1689.

§. 1.

Caput Archiepiscopatus est *Augusta Trevirorum* seu Trier/ cujus antiqvitatem nummus à Vespasiano cusus indicat, literis: COL. AUG. TREVIROR. & si Æneæ Sylvio credamus 1300 an. Roma antiqvior

qvior: Sedes Archiepiscopalis hodie; olim thesaurarii Romanorum, adjacet Rheno. Reliqva oppida sunt 1. Confluentes seu Coblentz / nomen habet urbs, qvod Rhenus & Mosella hic confluant, è regione arcem habet Ehrenbreitstein nomine. 2. *VVitlich* Electoris sedes. 3. *Poppart.* 4. *Oberwesel.* 5. *Echternach.* 6. *Brempt.* 7. *Olckenbach* &c.

§. 2.

Hoc in tractu jacet Palatinatus Veldentiæ, de qvo vid. lib. 4. c. 21. §. 5.

§. 3.

Huc spectat & Palatinatus Simmerensis, de qvo vid. lib. 4. c. 21. §. 7.

§. 4.

Academia est Trevirensis.

§. 5.

Fluvii sunt Rhenus. 2. Mosella. Cujus fons in Vogeso Lotharingiæ monte est ad oppidum Bussan, rigans Lestraye, Remiremont, Espinal, Charmes, Baton, Tullum, Metenses, Trevirorum Augustam, tandem ad Confluentes cum Rheno confunditur. 3. Gelbis seu Kil. 4. Pruin. 5. Ura. 6. Sara. 7. Ahra. 8. Sura. 9. Saravus.

§. 6.

Lacuum nomine venit Ulmensis, der Ulmersee / & Laichensis, der Laichersee.

§. 7.

Comitatus Diœcesis hujus sunt 1. *Manderscheitius.* 2. *Keybel.* 3. *Wirnenburg.* 4. *Gerrestein.* 5. *Veldentz.*

Baro-

Baroniæ sunt *Winnenbergensis* & *Brylsteinensis*, *Passenheimensis*, *Saffich*, zur Leyen/*Eltz*, *Purmont*, *VVildenburg*, *Ehrenburg*, *VValdeck*, *Hertelstein*, *Kerpen*.

Præfecturæ sunt 1. *Schœnberg*. 2. *Schœneck*. 3. *Hildesheim*. 4. *Manterscheid*. 5. *Kylburg*. 6. *Ulmen*. 7. *Coheim*. 8. *Kempenach*. 9. *Meyen*. 10. *Monreal*. 11. *KeyserEch*. 12. *Munster*. 13. *Meyfeld*. 14. *Ober-Hammerstein*. 15. *VVelsch Billig* 16. *Broich*. 17. *Pfaltz*. 18. *VVitlich*. 19. *Sarburg*. 20. *Grimburg*. 21. *S. VVendel*. 22. *Bleis Cassel*. 23. *Himmelstein*. 24. *Baldenau*. 25. *Bern*. 26. *Castell*. 27. *Cell*. 28. *Baldeneck*. 29. *Coblentz*. 30. *Boppart*. 31. *Ober-VVesel*. 32. *Montabour*. 33. *Vilmar*. 34. *Brechen*. 35. *Caemburg*.

§. 8.

CATALOGUS
ARCHIEPISCOPORUM TREVIRENSIUM.

1.	Ludolphus Dux Saxoniæ	998
2.	Adalbero	1004
3.	Megingotus claruit	1008
4.	S. Poppo Austriacus obiit	1037
5.	Eberhardus Com. Palat.	1065
6.	Chuno seu Conradus Cæsus	1066
7.	Udo Comes Nellenburgius	1077
8.	Ado	1079
9.	Engelbertus	1102
10.	Bruno	1123
11.	Godfrid	1130

 12. Me-

12.	Megintherus	1130
13.	Adelbertus electus	1132
14.	Hilius	1154
15.	Arnoldus	1188
16.	Johannes	1213
17.	Theodoricus, Com. de Wiedt	1242
18.	Arnoldus II.	1259
19.	Henricus II. de Vinſtingen	1286
20.	Boemundus à Voſperg	1299
21.	Dicterus Naſſovius	1307
22.	Balduinus, Com. de Luzelburg	135[illegible]
23.	Boemundus, Com. de Sarbruck	13[illegible]
24.	Conradus, Com. de Falckenſtein	138[illegible]
25.	Wernerus, Com. de Königſtein	14[illegible]
26.	Otto Com. de Ziegenheim	143[illegible]
27.	Rhabanus ab Helmſtatt	1433
28.	Jacobus Baro à Sirck	143[illegible]
29.	Joh. Marchio Badenſis	150[illegible]
30.	Jacobus II. Marchio Badenſis	152[illegible]
31.	Richardus de Kreiffenclau	1532
32.	Johannes à Meznhauſeu	154[illegible]
33.	Johannes Ludovicus, ab Hagn	154[illegible]
34.	Johannes Com. ab Iſenburg	15[illegible]
35.	Johannes de Stein	15[illegible]
36.	Jacobus ab Eltz	159[illegible]
37.	Lotharius à Metterich	16[illegible]
38.	Philippus Chriſtophorus à Sotern	1652
39.	Carolus Caſparus à Leyen ob.	167[illegible]
40.	Johannes Hugo, modernus Elector cœpit 1676. 1. Jun. natus Patre Guilhelmo [illegible] Orsbeck, Dynaſta de Vernich, & Matre	

—— Maria Catharina von der Leyen. vid. Im. Hoff. Not. Imper. §. 3. p. 26.

CAP. XXVIII.

De

LEODIENSI PROVINCIA.

Leodiensis Provincia licet undiqve cincta Belgicis ad superiorem pertinet Germaniam Coloniensi Episcopo subjecta, ejus limites ab *Ortu* Ducatus Limburgicus & Mosa sunt; *ab Occasu* & *Septentrione* Brabantia; à *Meridie* Namurcensis Comitatus. Nomen deducunt à metropoli Leodio Gallis Liege, metropolim verò dictam existimant à fl. Legia, cujus fons urbi proximus.

§. 1.

Caput est Leodium s. Lüttich/qvam Mosam interfluit, ob amœnitatem & Clericorum freqventiam, Paradisus Sacerdotum vocatur, anno 713. ab Episcopo Huberto sedes Episcopalis electa, qvi Episcopus simul & Princeps S. R. I. & Dux Bullioneus, nec non Francimontii Marchio scribitur; modernus est Johannes Ludovicus Baro von Elteren / electus anno 1688. mense Aug. Academiam uno tempore novem Regii Principes viginti & qvatuor Principes & 29 Comites, illustrem reddiderunt. vid. Atl. Min. P. I. p. 260.

§. 2.

Reliqvæ civitates ſunt 1. Bolionium ſeu *Bouillon*, monti impoſitam arcem munitiſſimam habens Duci nomen dat hodie & circa annum Chriſti 1096. Gotfredus Lotharingiæ Dux primum Ducem Bolionenſem ſe vocabat: in præſentiarum hic Ducatus à Leodienſi Epiſcopo prætenditur; de lite orta inter hunc Epiſcopum & Duces hujus nominis. vid. Pacific. Neomag. Cæſareo-Gallic. art. 28. Familiam Bullioneam exhibet Im. Hoff. in Notit. S. R. I. Procerum lib. 9. c. 5. n. 10. 2. Francimontium ſeu *Francmont*, olim ſub titulo oppidi nunc Marchionatus venit, qvo idem Epiſcopus ſuperbit. 3. *Tuin*, adjacentibus montibus plumbum optimum & marmora profert. 4. *Tungris* ad fl. Jecher Herculi templo antiqvitatem referens, ſedes Epiſcopalis erat à temporibus S. Materni (qvem Seculo II. poſt natum Salvatorem primum Tungrenſes univerſæ Galliæ & Germaniæ primos ad Chriſtianorum caſtra traduxiſſe laudant) Tungrenſium primi Epiſcopi uſqve ad annum 498. qvo St. Servatius urbe hac ab Hunnis depopulata Trajectum ad Moſam Epiſcopatum tranſtulit, ubi & manſit ad annum uſqve 713. qvo Leodium transferebatur, adde Atl. Min. l. c. 5. Hojum ſeu *Huy* arce prædita oppidum. 6. *Bilſenum*. 7. *S. Trudon*. 8. *Eburę*. 9. *Loots*. 10. *Borcvvorm*. 11. *Haſſelt*. 12. *Dinantum*. 13. *Maſacum*. 14. *Stocbum*. 15. *Viſetum*. 16. *Vatem*. 17. *Beringum*. 18. *Herck*. 19. *Bree*. 20. *Pera*. 21. *Hamontium*. 22. *Sincjum*. 23. *Foſſa ſeu Covinum* &c.

§. 3.

§. 3.

Academia est Leodii.

§. 4.

Fluvii sunt 1. Mosa seu Maas. 2. Liega. 3. Utes. 4. Vefes. 5. Ambluarus. 6. Jeckel seu Jecher. 7. Hoy. 8. Vesera. 9. Ul. 10. Voer. 11. Urt. 12. Ratbeck. 13. Stimmer. 14. Herck. 15. Hesp.

§. 5.

Montes metalli-fodinis repleti magnum efficiunt numerum.

CAP. XXIX.

De

JULIACENSI DUCATU,

TErmini hujus Ducatus à *Meridie* est Trevirensis Archiepiscopatus; ab *Ortu* Coloniensis; ab *Occasu* Limburgenses, à *Septentrione* Cliviæ Ducatus. Nomen habet à Metropoli Juliaco seu Jülich s. Gülich / Gallis *Juliers* ad Ruram fl. vulgo die Ruhr; arce munita; Anno 1329. Imperator Ludovicus hunc Ducatum, qvi tunc temporis non nisi Comitatus erat titulo Marchionatus donabat; postea vero à Carolo IV. Imp. in Comitiis Metensibus Ducatus superbire jussus.

§. 2.

Possidetur in præsentiarum ab Electore Palatino,

Duce veluti Neoburgico, licet lis octogenaria finem nacta adhuc sit minime, controversiæ originem annus 1609. ostendit: *VVilhelmus* nimirum Dux Juliaci, Cliviæ & Montium, Comes Marcæ, Dynasta in Ravenstein &c. habuerat magnam sobolem, imprimis fœmineam, natu majorem filiarum Ejus, *Mariam Eleonoram*, in uxorem duxerat *Albertus Fridericus* Marchio Brandenburgicus & Dux Prussiæ: Secundo genitam, *Annam*, sibi *Philippus Ludovicus* Dux Neoburgicus vindicaverat; Reliqvas alii, qvi suum jus pro derelicto qvasi habent, sibi associaverant; erecto dotalitii pacto tempore nuptiarum *Mariæ Eleonoræ* cum Brandenburgico, assignabantur dicti Ducatus tres cum annexis terris, laudatæ *Mariæ Eleonoræ* tanqvam natu majori, in casum si duo ejus fratres, qvi tunc temporis adhuc erant in vivis, nulla prole mascula beati mundum relinqverent, ita tamen, ut si & illa Principe filio destitueretur, terræ pervenirent ad ejus primogenitam filiam: Hæc dum agebantur *Maria Eleonora* uterum gestavit, cui natam filiam viripotentem sibi petiit in matrimonium *Johannes Sigismundus*, Elector Brandenburgicus; Obiit interim alter fratrum *Mariæ Eleonoræ*, obiit & alter anno 1609. 25. Mart. Qvo terræ mandato, lis oriebatur inter Sororios, qvisnam in hereditate succederet? *Johannes Sigismundus* sibi persvadebat se fore heredem, vi pacti dotalitii *Mariæ Eleonoræ*, cujus primogenitam in thoro habuerat, nullo existente Principe filio, & Patre Alberto Friderico sana mente privato; (cui etiam propterea mortuo anno 1618. in Ducatu Prussiæ successit

tan-

tanqvam proximus heres feudalis h. e agnatus) *Philippo Ludovico* Neoburgico re iniqvè visa ex asse Brandeburgicum in relictis Ducatibus, surrogari, opposuit pactum dotalitium in favorem suæ qvoq; Uxoris *Annæ* erectum, qvod eadem continere dicebat, qvæ promittebantur sororum natu majori *Mariæ Eleonoræ*: scil. futuram successionem in Ducatu Juliaci, Cliviæ & Montium reliqvisqve terris, nullis amplius Ducum harum terrarum superstitibus; *Saxo, Joh. Fridericus Elect.* eandem hereditatem duplici ratione sibi assignandam petiit; 1. qvia domum duxerat *Sibyllam Johannis* Ducis Juliacensis &c. filiam, adeoqve sororem laudati *VVilhelmi*; inter pacta dotalitia obtenta conditione, ut si frater *Sibyllæ, VVilhelmus*, his rebus valediceret absqve herede, ipsemet in hereditate succederet. 2. Qvia *Fridericus* III. Imperator jam *Alberto Duci*, & Electori Saxoniæ, ob insignia merita, expectativam harum Provinciarum concesserat jusqve succedendi, si nulli masculi amplius adessent, (illorum qvoqve Ducatuum investituram ipsemet obtinuit anno 1610. à *Rudolpho II. Imperatore.*) Acerrimè jus propugnabant *Brandenburgicus* & *Neoburgicus*, nec una alterave vice perventum ad arma, interpositis utrinqve agnatis, anno 1614. controversia tandem amicabiliter decidi posse credebatur, si arctiori vinculo se conjungerent, Filiusqve Ducis Neoburgici *VVolffgangus VVilhelmus*, nuptias celebraret cum filia *Johannis Sigismundi* Elect. Brandenburgici; utrinqve aderat consensus, Elector futurum *Generum* invitabat ad Epulas; *Dux Neoburgicus* epulas futuri *Soceri* invisere ratum du-

 cebat;

cebat; en illis durantibus disputationi novæ locus cedebatur, occasione cujus, *Johannes Sigismundus* Elector Brandenb. *VVolffgangum VVilhelmum* Neoburg Duc.alapa petiit, qvæ res ita torsit Neoburgicum ut relicta sponsa, soceroqve futuro, injuriam sibi illatam vindicaturus, thorum obtulerit *Magdalenæ, Maximiliani* Bavariæ Ducis, sorori, & ut tanto felicius proposita ad finem perduceret, Hispanosqve sibi amicos redderet, Pontificiorum deserens Lutheri doctrinam, religionem amplectebatur, mortuoq; Patre *Philippo Ludovico* præ merore suæ apostasiæ, eam in Provinciis Paternis introduxit: Elector Brandenburgicus, viso, se minus potentem, contra tot hostes, omnem movit lapidem; ut *Belgas* sibi socios compararet, qvorum in favorem Calvinianorum sacris sese addixit, qvæ subditis postea similiter obtrudit; Propterea tamen res nondum decisa erat, sed aliqvoties alter alterius arma sentire cogebatur; Anno deinde 1648. Osnabrugis, litigantibus injuncto, ut amicabili compositione liti finem imponerent, aut ad ordinarium Processum irent, salvo tamen Jure tertii; electo priori anno 1666. *Fridericus VVilhelmus* Elector Brandenburgicus, & *Philippus VVilhelmus* Dux Neoburgicus (nunc Elector Palatinus) inscio Saxone, transactione plenaria, retento Jure tertii salvo, Provinciarum divisionem instituerant, ita ut *Neoburgico* obveniret Ducatus *Juliacensis & Montium*, qvibus latâ ab Arbitris sententiâ, accessit *Dinastia Ravensteinensis*; *Brandenburgicus* vero possideret Ducatum *Cliviæ*, cum Comitatibus *Marcæ & Ravensbergæ*, Hac conventione approbata anno 1678. 16, Nov.

16. Nov. & à Sacratiori Confilio Cæfareo confirmata, Elector Saxoniæ *Joh. Georgius II.* nomine omnium Saxoniæ Ducum, per Legatum in Comitiis gravamen offerri juffit, petens ut Moguntinus & Commiffarius Cæfareus apud Auguftum eo laborarent, ut confirmatio transactionis in fui, fuorumqve agnatorum, præjudicium vergentis, revocaretur, resqve legitimo Judici relinqveretur; *Brandenburgicus* & *Neoburgicus* refponfum dabant, fe partitos qvidem effe Provincias hafce, falvo tamen Jure tertii; hactenus qvoqve nihil novi contigit, fed *Philippus VVilhelmus* Elector Palatinus, & Dux Neoburg. fibi affignatas terras adhuc poffidet; *Brandenburgicus* fuas, *Saxone* folum titulum gerente, qvæ Receffus futurus concludet, docebit dies: De hac lite legi poterunt Limn. l. 5. I. P. c. 10. Sprenger in prætenf. Illuftr. p. 195. Burguldenf. ad Inftrum. Pac. p. 1. d. 32. Im. Hoff. Not. S. R. I. Procerum; lib. 4. c. 1. p. 209. & lib. 4. c. 2. p. 225. Author der Beschreibung des H. R. Reichs de anno 1687. P. II. c. 8. p. 149. Du May Etat de l' Empire part. 2. dial. 9. pag. 41.

§. 3.

Oppida reliqva funt 1. *Marcodurum* f. Düren. 2. *Euskirchen.* 3. *Bercheim.* 4. Caftrum f. *Cafter.* 5. *Grevenbruch.* 6. *Sladbach.* 7. *Dalen.* 8. *VVaffenberg.* 9. *Palant* caftellum. 10. *Merodium* caftell. 11. *Reufffchenberg* caftell. 12. *Neffelroden.* m. 13. *VVachtendonck* itidem caftell. 14. Aqvisgranum feu Aach/ f. *Aix*, à Belgis Aken dicta: coronatione Imperatorum qvondam celebris tefte A. B. c. 28. §. 5. Sicuti adhuc clinodia Imperii affervat Co-

Coronationis solemnibus, nim. Capsulam gemmis pretiosis ornatam, in qva sangvis S. Stephani reservari dicitur; Gladium Caroli M. ad formam Hungarici factum cum pendiculo, & Evangelio literis aureis scripto. vid du May Etat de L'Empire P. II. dial. 11. p. 202. Schvveder Introd. I. P. p. 246. Caroli Magni & aula & sepultura legitur vid. Schott. Curs. Math. lib. 12. P. II. S. 2. c. 13. p. 344. Ad. Min. P. I. p. 248. In Comitiis Imperii considet in scamno Rhenano: Hic Ducatus anno præsenti, & præcedenti Gallorum arma satis gustare tenebatur.

§. 4.

Fluvii sunt Rura seu Rhur. 2. Erpe. 3. Niersse. 4. Lupia. 5. Angra. 6. Duselus. 7. Erffat. 8. Vormius.

CAP. XXX.

De

DUCATU BERGENSI.

BErgensis Ducatus à Berga oppido nomen habens ad *Ortum* Coloniensi conterminus Dioecesi, ab initio Comitatus erat in Marchionatum mutatus anno 1336. à Carolo IV. Imper. tandem à Wenceslao Imper. Ducalem accepit dignitatem; vid. Ad. Min. P. I. p. 251. Possidetur hodie ab Electore Pala-

Palatino, vid. cap. præced. §. 2. Qvæ damna præsenti anno Galli intulerint, testantur subditi.

Caput Ducatus est Dusseldorpium seu *Dusseldorf*, sedes Principis Electoralis, *Johannis VVilhelmi Josephi*, n. anno 1658. 19. April. Patre *Philippo VVilhelmo*, Electore Palatino moderno; Et *Elisabetha Amalia*, Georgii Hassiæ Landgravii in Darmstadt filia, Matre. Anno 1678. 25. Oct. nuptiarum solennia celebravit *Neostadii* Austriæ oppido cum *Maria Anna Josepha*, Ferdinandi III. Imperatoris, & *Eleonoræ Gonzagæ* filia, qvæ duplicem prolem masculam ei jam peperit, anno 1683. 27. Jan. & 1686. 26. Jan. utramqve mortuam, ad fl. Rhenum & Dusselam; Cancellaria & Sepultura Ducum celebris, arce munita. Reliqva oppida sunt 1. *Sollingen.* 2. *Erverfeld.* 3. *Angermond.* 4. *Dynxlaken.* 5. *Essen.* 6. *Blanckenburg.* 7. *Levvenberg.* 8. *Huicksvvage.* 9. *Bornfeld.* 10. *Salingen.* 11. *Landsberg.* 12. *Stienbach.* 13. *Bienbach.* 14. *Meysenlohe.* 15. *Medman.* 16. *Windeck.* 17. *Syberg.* 18. *Nevvenburg.* 19. *Portz.* 20. *Lulstorff.* 21. *Monheim.* 22. *Angermont.* 23. *Borck.*

§. 2.

Fluvii sunt Rhenus. 2. Dussela seu Dussel.

CAP.

CAP. XXXI.

De DUCATU CLIVIENSI.

Hic Ducatus nomen habet à Clivia metropoli monti ad Rhenum imposita germ. Cleve. Gall. Cleves. Terminatur ab *Ortu* Bergensi Ducatu, Comitatu Marcæ & Westphaliæ; ab *Occasu* Geldria & Leodiensi Diœcesi à *Meridie* Ducatu Juliaci & Coloniensi Archiepiscopatu; à *Septentrione* Zutphaniæ Comitatu & Betavia. Comitatus ab initio in Ducatum evectus à Sigismundo Imp.

§. 1.

Reliqva oppida sunt 1. Calcaria seu *Calcar.* 2. *Goch* ad Nirsam fl. civitas Hanseatica. 3. *Zanten.* 4. *Burich.* 5. *Griet.* 6. *Griethausen.* 7. Vesalia seu *VVesel* ad Rhenum. 8. Embrica seu *Embrich.* 9. Teutoburgum seu *Duysburg* intra Ruram & Angrum s. Enger fl. Academiam erexit anno 1655. Fridericus Wilhelmus Elect. Brandenburg. 10. *Rees.*

§. 2.

Fluvii sunt 1. Rhenus. 2. Niers. 3. Rura seu Ruhr. 4. Lippa s. Lipp.

§. 3.

Huc pertinet Comitatus *Murs*, cujus caput idem gerit nomen, reliqva oppida sunt *Cracou.* 2. *Spellen.*

len. 3. *Uverd.* 4. *Orsoy.* 5. *Lyn.* 6. *Orsingen*&c. hic Comitatus & Clivensis Ducatus occupantur hodiè ab Electore Brandenburgico. vid. cap. 29. lib. 4. §. 2. Ingens damnum hic Ducatus accepit à Gallis, arma anno 1688. & præsenti inferentibus.

CAP. XXXII.

De

COMITATU MARCÆ ET RAVENSBERGÆ BARONIA.

Hic Comitatus propriè ad Ducatum Bergensem spectat; ejus oppida sunt 1. *Trotannia* seu Dortmund. 2. *Soest.* 3. *VVerden* ad Ruram fl. 4. *Iserenlohe.* 5. *Hilerde.* 6. *Altena.* 7. *Bœckhum.* 8. *Schvvartzenberg.* 9. *VVetter.* 10. *Ham.* 11. *Schvverten.* 12. *Lunen.* 13. *Unna.* 14. *Neustatt.* 15. *Blanckenstein.* 16. *Rade.* 17. *Camen.*

Fluvii sunt Rhenus 2. Rura. 3. Luppa. 4 Angrus. 5. Woppern &c.

§. 2.

Baronia *Ravenspergæ*, nomen habet à metropoli Ravenspcrg. Reliqva oppida sunt 1. *Hylter.* 2. *Ostervve.* 3. *Engheren.* 4. *Melle.* 5. *Rheide.* 6. *Rydberg* &c.

Fluvii sunt Rura. 2. Luppa die Lippe.

§. 3.

Comitatus & Baronia pertinent ad Electorem Brandenburgicum licet partem tituli constituant Ducibus Saxoniæ, vid. præc. cap. 29. §. 2.

CAP.

CAP. XXXIII.

De

WESTPHALIA.

AMplissima hæc Provincia ab *Ortu* Visurgi fl. seu Weser terminatur; ab *Occasu & Meridie* Cliviæ Montiumqve Ducatibus & Marcæ Comitatu cum Landgraviatu Hassiæ; à *Septentrione*, Orientali Frisia & Bremensi Episcopatu. Nomen ei natum existimant à Vesta, Dea Ethnicorum, cujus fanum hic erat. Sylvis horrida regio, paludibus fœda crebris, gregibus qvam hominibus benignior alendis. Freqventibus Episcopatibus distingvitur & Comitatibus; v. g. Episcopatu *Monasteriensi*, *Paderbornensi*, *Mindensi & Osnabrugensi*; Comitatibus *Marcæ*, *Oldenburg*, *Delmenhorst*, Benthem, *Arensberg*, *Lingen*, *Teckelenburg*, *VValdeck* &c. Nec non Ducatibus *VVestphaliæ & Angariæ*, de qvibus infra c. 42.

CAP.

CAP. XXXIV.

De

EPISCOPATU MONASTERIENSI.

§. 1.

TErmini hujus Epiſcopatus ſunt ab *Ortu* Epiſcopatus Oſnabrugenſis; ab *Occaſu* Clivia, Zutphania & Tvventa; à *Meridie* Marcæ Comitatus; à *Septentrione* Bentheimenſis Comitatus & Steinfurtenſis.

§. 2.

Nomen gerit capitis totius Weſtphaliæ, nim. Monaſterii ſeu Münſter / nobilis & magnifica civitas eſt in amœniſſimis ſita agris, ſuperioribus anabaptiſtarum lymphatico regno annis celebris; anno 1533. Duce Anabaptiſtarum *Bernhardo Rotman & Bernhardo Knipperdolingio*, conſule hujus Urbis; Sartorem Regem eligebant nominis Johannis von Leyden aus Holland/qvi tamen dempto ſpiritu anabaptiſtico tandem candentibus forcipibus una cum ſociis ſuis an. 1536. dilaceratus fuit. vid. plurib. Atl. Min. P.I. p. 243. inſuper celebris urbs eſt Pace inter Imperatorem ac ſtatus Imperii inter ſe & Regem Galliæ, Sueciæqve eorumqve confœderatos de pace habenda, deponendis armis, tollendis gravaminibus, controverſiis circa religionem, bona Eccleſiaſti-

ca, adminiſtrationem Juſtitiæ, aliaqve negotia Imp. ſubortis ſopiendis anno 1648. unanimi conſenſu inita, Hiſtoriam deſcripſit peculiari libro *Ambroſius Kolb*, Canon. Herbipol. an. 1653. Coloniæ impreſſo.

§. 3.

Reliqva oppida ſunt 1. *Hulshof.* 2. *Maſer.* 3. *Hemberg.* 4. *Haviexberg.* 5. *Hertzhus.* 6. *Korde.*

§. 4.

Fluviis rigatur Embs & Lippe.

§. 5.

Modernus Epiſcopus Monaſterienſis eſt *Chriſtianus à Plettenberg*, electus 1688. menſ. Aug. cum Duce Juliacenſi, director eſt Circuli Weſtphalici. Nemo in Capitulum, qvod 40 Canonicis conſtat, admittitur, qvi nobilem proſapiam octo Majorum, tam paterno qvam materno latere, probare neqvit.

CAP. XXXV.

De

EPISCOPATU PADERBORNENSI.

TErminatur ab *Ortu* Brunſvicenſibus & Haſſiacis, à *Meridie* Waldecciæ Comitatu; ab *Occaſu* Weſtphaliæ Ducatu & Rechenberga, à *Septentrione* Comitatu Lippenſi, nomen habet Provincia à ſede Epiſcopali Paderborna, (modernus Epiſcopus anno 1683. 26. Jun. electus eſt Hermannus

nus Werner L. B. Wolf. Metternich in Gracht) qvæ a nominatur à fontibus Paderæ amnis, qvi ad similitudinem Padi maxumi in Italia fluminis, in pede montis è tribus scaturiens fontibus inter unius alvei ripas intra civitatis mœnia excipitur, postea Lippæ junctus Rheno tandem commiscetur.

§. 2.

Reliqva oppida sunt 1. *Peckelsheim.* 2. *Brackel.* 3. *Lippsbrinck.* 4. *Vorden.* 5. *Holthusen.* 6. *Dringenborg.* 7. *Borcholt.* 8. *Soltkott.* 9. *Nienhus.* 10. *Aldenbecken.* 11. *Lipsprung.* 12. *Warburg.* 13. *Borrentryck.* 14. *Beverungen* &c.

§. 3.

Fluvii sunt 1. Amisis seu Embs. 2. Padus. 3. Alma. 4. Emmera. 5. Neet. 6. Dymel.

Cap. XXXVI.

De

EPISCOPATU MINDENSI ET OSNABRUGENSI.

§. 1.

Paderbornensi Episcopatui versus Septentrionem *Mindensis* succedit, cujus metropolis Minda est ad Visurgim seu Weser, sedes Episcopalis; reliqva oppida sunt *Vroetner.* 2. *Himmelryck.* 3.

 Lubbe-

Lubbeke. 4. *Renneberg.* 5. *Petershagen.* 6. *Waringen.* Seculo redditus, in præsentiarum subest, Electori Brandenburgico, ob cessam Pomeraniam Sueco. vid. infra lib.4.c.51. §.4.

§. 2.

Osnabrugensis Episcopatus versus *Septentrionem & Occasum* Monasteriensi conterminus ab *Ortu* Mindensi clauditur. Metropolis est *Osnabrugum* seu Osnabrück / sedes Episcopalis, pace Osnabrugo-Monasteriensi nota (de qva sub Monasterio) rigatur fluvio incolis Hase vocato. Reliqva oppida sunt 1. *Karnevvinckel.* 2. *Rustenheim.* 3. *Angern.* 4. *Osningsnethe.* 5. *Dershosset.* 6. *Egesterfelt.* 7. *Furstenau.* 8. *Borde.* 9. *Witlage.* 10. *Melle.* 11. *Iburg.* 12. *Hundeburg* &c.

§. 3.

Modernus Episcopus est Ernestus Augustus, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis electus an. 1662. Lutheranæ religioni addictus; vi pacis Monasteriensis, qva conclusum qvod Episcopus Osnabrugensis alternatim modo Lutheranus, modo Pontificius sit. Originem hujus Episcopatus vid. ap. Bert. in reb. germ. lib. 3. p. 224. Atl. Min. P. I. p. 239. &c.

§. 4.

Fluvii nomine Hase venit, & Lacus, qvem & Dammer & Dummer vocant.

CAP. XXXVII.

De

ARCHIEPISCOPATU BREMENSI.

§. 1.

HIc Archiepiſcopatus, vulgo das Stifft Bremen / jacet ad *Occaſum* inter Viſurgim ſeu Weſer / & Albim; *ad Ortum* Ducatum Luneburgenſem; Verdenſem Epiſcopatum ad *Meridiem*; Mare Germanicum ad *Septentrionem* limites ulterius agnoſcit.

§. 2.

Hunc Archiepiſcopatum Rex Sueciæ Ducatus titulo poſſidet; excepta metropoli *Brema*, qvæ anno 1654. 10. Jun. publico decreto inter civitates Imperiales recipiebatur; qvid hactenus inter Suecos & *Bremam* anno 1666. actum. vid. ap. Burgold. p. 3. d. 13. num. 3. Gaſtel de Stat Publ. Europ. noviſſ. p. 6. c. 32. num. 52; adjacet autem *Brema* Viſurgi fl. ſeu Weſer. vid. Inf. lib. 6. c. 5. §. 6.

§. 3.

Reliqva oppida ſunt 1. *Staden.* ad Zvingam fl. 2. *Buxtebuda.* 3. *Ackſtede.* 4. *Nyenbrug.* 5. *Emen.* 6. *Tedinckbuſen.* 7. *Wbye.* 8. *Ochium.* 9. *Blommendal.* 10. *Aichvvarden.* 11. *Aeſten.*

 12. *Barm-*

12. *Barmstede.* 13. *Vorde.* Olim Archiepiscoporum sedes. vid. Cluver. Introd. Geogr. l. 3. c. 15.

Fluvii sunt 1. Visurgis seu Weser. 2. Zvinga, 3. Albis seu Elb. 4. Esta.

§. 5.

Huic Archiepiscopatui adjacet ad Meridiem *Verdensis* Episcopatus, cujus caput est *Verda* seu Ferden ad Alleram fluvium; subest Sueco vid. infr. lib. 6. cap. 5. §. 6.

CAP. XXXVIII.

De

OLDENBURGICO COMITATU.

TErminatur hic Comitatus Westphaliæ ab *Ortu* Bremensi Archiepiscopatu & Visurgi; à *Meridie* Monasteriensi Episcopatu, ab *Occasu* Embdensi Comitatu; & versus *Septentrionem* paludibus Jadæ & Visurgi.

§. 1.

Huic Comitatui Provinciæ aliæ subjacent v. g. 1. *Stedingia*, 2. *Stadlandia*, 3. *Butjadia* cum parte Frisiæ *Jeverh* dictâ, 4. *Moerrime* se extendens a Visurgi ad exitum fluvii Hund. Stedingenses ii possident oppida Butjadenses tantum tria & arcem Ovelgunnam; *Stanlandiorum* præcipua sunt *Berna* & *Elsfiedt*.

§. 2.

Metropolis Comitatus est *Oldenburgum* seu Oldenburg. Reliqva oppida sunt 1. *Westerstede*. 2. *Nieu-*

Nieuborg. 3. *Beckeren.* 4. *Wivelstede.* 5. *Wartenborg.* 6. *Delmenhorst.* cum Comitatu *Ovelgunne.* 7. *Darsdorp.*

§. 3.

Fluvii sunt Visurgis die Weser. 2. Hund. 3. Læta. 4. Horna ad Oldenburg. 5. Jada. 6. Mada. 7. die Delm. 8. Ovva.

§. 4.

De successione in Comitatibus *Oldenburg* & *Delmenhorst*, ingens contentio erat inter Regem Daniæ, Ducesqve Halsatiæ, *Christianum Albertum* sc. lineæ Gottorpiensis, & *Joachimum Ernestum* lineæ Plœnensis; Rex & Gottorpiensis jus suum probabant 1. Qvod simultaneam investituram acceperint à Maximiliano II. & Friderico II. Augustis. 2. Qvod in testamento Antonii Güntheri, ultimi Comitis, heredes instituti legantur. 3. Qvod succedant vi pacti cum dicto Comite anno 1649. initi. *Plœnensis* viro allegabat 1. Proximitatem sangvinis, qvippe qvi defuncto Comiti uno gradu proximior duobus reliqvis. 2. Recentissimam expectativam à Ferdinando III. & Leopoldo Imperatoribus impetratam: re ad Augustum delata, Legati anno 1665. mittebantur. *Hamburgum*, electis Ducibus Lüneburgicis, Hassaqve Cassellensis lineæ, Commissariis, ut litigiosa componerent; nihilo certi concluso, anno 1671. (mortuo Patre), *Christianus* V. Daniæ Rex cum *Plœnensi* octogenario ita transegit, ut dimidia pars horum Comitatuum ad se pertineret, ad illum reliqva spectante; *Gottorpiensis* vi faini iniqvè facta divisione, ulterius litem proseqvebatur, sed an. 1676. à Judicio Aulico

adversam habuit sententiam, qvæ materiam concessit novæ transactionis, Regi Daniæ & Plœnensi Duci, vi cujus uterqve Comitatus Regi obveniebat, Plœnensi in æqvivalens locis qvibusdam Holsatiæ & Slesvvici relictis. vid. Diar. Europ. p. 43.

CAP. XXXIX.

De

COMITATU EMBDENSI ET DELMENHORSTENSI ET ARNSPERGENSI.

DElmenhorstensis terminatur Monasteriensi Episcopatu, Bremensi Archiepiscopatu, & Visurgi cum Comitatu Oldenburgico. Caput ejus est *Delmenhorst* ad Delme fl. Reliqva oppida sunt 1. *Hasbergen*. 2. *Horsten*. 3. *Sunovv*. 4. *Harpstede*. 5. *Lemverder*. 6. *Hackebrugge*, pertinet ad Regem Daniæ, vid. præced. cap. §. 4.

§. 2

Embdensis caput est Embden. Reliqva oppida sunt *Kleverens*. 2. *Reepholt*. 3. *Fredeborg*. 4. *Marcus*. 5. *Horsten*. 6. *Zetel*. 7. *Drivel*. 8. *Stenbusen*. 9. *Varel*. 10. *Etzel*. vid. seqvens caput 43.

§. 3.

Arnspergensis Coloniensi Episcopo paret; cujus caput est *Arnspergum* seu Arnsperg ad Ruram fl.

CAP.

CAP. XL.

De

COMITATU WALDECCIÆ.

§. 1.

TErminatur ab *Ortu* Hassia; ab *Occasu* Diœcesi Coloniensi; à *Septentrione* Episcopatu Padeqbornensi.

Caput est Waldeccia seu *Waldeck* ad fl. Ederam, arce munita. Reliqva oppida sunt 1. *Astinghausen.* 2. *Dudinchhausen.* 3. *Landavv.* 4. *Menigershausen*, sedes Comitum. 5. *Rodenum.* 6. *Wetterburg* inter Aram & Tvvistam fl. 7. *Wildungen*, ubi aurifodinæ. 8. *Frienhagen*, ubi Carolinum Judicium. 9. *Eisenburg*, ubi campi aurum ferunt glebis involutum. 10. *Eilhausen*, ad Urbam fl. 11. *Corbach*, aurifodina clara urbs. 12. *Neuburg.* 13. *Ither.*

§. 2.

Fluvii sunt 1. *Edera* aurum vehens, cujus fons in montibus Nassovicis ostenditur, percurrens Comitatum Witgensteinii, petit Waldecciam, hinc Fritzlariam in Hassia rigans Svvalmam admittit, donec ad Cassellam Fuldæ commiscetur, & tandem in Visurgim rapit. 2. *Dimila.* 3. *Tvvista* ad Wetterburg. 4. *Urba.* 5. *Ara.* 6. *Ither.*

§. 3.

Juga principaliora sunt 1. Grunebeckerberg. 2. Winterberg. 3. Astenberg &c.

§. 4.

Sylvarum nomine occurrunt Aldevvald, 2. Weterholtz. 3. Geppenhage.

§. 5.

Modernus Comes est *Christianus Ludovicus* n. 1635. filius Philippi & Annæ Catharinæ Witgensteiniæ, ejus primogenitus ex Anna Elisabetha Rappolsteinia, quam anno 1658 in primam uxorem duxerat, est Fridericus n. 1663, cujus frater Fridericus Ludovicus nascebatur 1672. mortua priori uxore 1676, nunc vivit cum Johanna, Comitissa Nassoviæ in Idtstein.

CAP. XLI.

De

ALIIS COMITATIBUS.

§. 1.

Comitatus *Stolbergensis* oppida sunt 1. *Stollberg.* 2. *Eiligeroda.* 3. *Rosla.* 4. *Nortbausen.*

Quatuor hujus Comitatus supersunt Domini; 1. *Ernestus*, Henrici Ernesti & Annæ Elisabethæ agnatæ fil. n. 1650. 25. Mart. sedem habens *Ilsenburgi.* E conjuge Sophia Dorothea, C. de Schvvarzen-

zenburg in Arnstadt, nonnisi unicam superstitem filiam habet.

2. *Ludovicus Christianus*, ejus germanus frater, nat. 1652. 8. Sept. cui sedes est in castro *Gendern*; è præsenti conjuge Christina Mecklenburgica, in Gustrau nullam vidit prolem.

3. *Christophorus Ludovicus*, eorum patruelis, fil. Johannis Martini & Agnetis Elisabethæ C. de Barby, n. 1634. 18. Jun. inhabitat *Ortenbergam*: E Ludovica Christina Darmstadiensi, octies pater factus, primogenitum habet Georgium, n. 1666. 4. Nov.

4. *Fridericus Wilhelmus*, hujus frater, n. 1639. 7. Febr. *Stolbergæ* sedem fixit; in matrimonio vivit cum Christina Eleonora L. B. de Friesen.

Comitatus *Schœnburgius* oppida habet 1. *Schœnburg*. 2. *Glaucha*. 3. *Waldenburg*.

Familia in duplicem abit ramum *Hartensteinensem*, & *Penicensem*.

Hartensteinensis senior est *Otto Ludovicus* n. 1643. 16. Sept. Patre Ottone Alberto & Ernestina C. à Plavven, Matre è Sophia Magdalena, C. Leiningensi in Westerburg, novem liberorum Pater factus, natu majorem filium videt *Georgium Albertum* n. 1673. 25. Maji.

Penicensi præsunt 1. *Godofredus Ernestus*, fil. Wolffgangi Ernesti & Æmiliæ Veronicæ Pappenheimiæ; sedem habet in *Remmissau*; ex Agnete Beata, patrui sui filia genuit 7. liberos, primogenito, Wolffgango Ernesto. 2. Ejus Patrueles nim. *Samuel Henricus* & *Wolffgangus Henricus*, filii Wolffgangi

gangi Henrici & Judithæ Evæ C. in Plavven: qvorum *Ille* anno 1642. 26. Sept. lucem aſpexit, factus maritus Magdalenæ Sophiæ patrui ſui filiæ, & Pater Sophiæ Mariæ, an. 1676. 15. Mart. *Hic* verò anno 1648. 14. Jul. ſuſcepit è Juliana Catharina agnata 5. liberos, qvorum primogenitus maſculus eſt *Johannes Caſparus* n. 1671. 26. Dec.

§. 3.

Comitatus *Ruthenenſis* oppida amat 1. *Plavven.* 2. *Greitz.* 3. *Cranichfeld.* 4. *Gera.* 5. *Schleitz.* 6. *Lobenſtein.* 7. *Bürck.* 8. *Salburg.*

Familia dividitur in lineam *Seniorem* & *Juniorem.*

Senior linea abit iterum in ramum *Graitzenſem* & *Burckenſem.*

Graizenſem ornat totius ſtemmatis *Senior*, *Henricus* I. nat. 1627. Patre Henrico IV. & Juliana Eliſabetha Rheingravia, è priori uxore Magdalena Sibylla, Burggravia de Kirchberg genuit ii liberos qvorum primogenitus Henricus VI. n. 1649. 7. Aug. Colonellus Reip. Batav. rurſus jam ex Amalia Juliana agnata, Pater factus fuit filiæ an. 1675. E poſteriori Sibylla Juliana C. Schvvartzenburgica in Arnſtatt ſuſcepit 8. liberos, qvorum natu major filiùs ſuperſtitum vocatur *Henricus XV.* n. 1676. 2. Jan.

Burckenſem colunt duo Henrici V. & Annæ Mariæ Rheingraviæ filii nim. *Henricus* II. n. 1634. 8. Jan. & *Henricus* V. n. 1645. 19 Apr. *Ille* ex Eliſabetha Sibylla, agnata duarum filiarum Pater eſt factus. *Hic*

Hic in matrimonio habet Angelicam Desmier Dn. ab Olbreuze.

Lineæ *Junioris* itidem tres rami superſunt 1. *Schleizensis.* 2. *Lobensteinensis.* 3. *Gerensis.*

Schleizensi præeſt hodie *Henricus* I. lin. Jun. nat. 1639. 26. Mart. Patre Henrico III. *Salburgensi* & Julianæ Eliſabethæ Rheingraviæ: Domicilium habet *Schleizæ* cum antea *Salburgum* inhabitaret: è priori uxore Eſthere C. ab Hardeck primogenitum filium habet *Henricum* XI. n. 1669. 12. Apr.

Lobensteinensem propagat *Henricus* III. filius Henrici X. in *Lobenstein* & Mariæ Sibyllæ agnatæ, nat. 1648. 16. Sept. E Chriſtina Maria C. Leiningenſi in Weſterburg / qvinqvies Pater factus, natu majorem filium habet *Henricum* XV. n. 1674. 24. Sept. Fratres agnoſcit *Henricum* VIII. & *Henricum X.*

Geranum ſuſtentat *Henricus* IV. nat. 1650. 13. Martii, Patre Henrico II. in Gera; è liberis qvos Anna Dorothea, C. Schvvarzenburgica, ei peperit, primogenitum videt *Henricum* XVIII. n. 1677. 21. Mart.

§. 4.

Comitatus *Ortenburgici* in Bavaria oppida leguntur 1. *Ortenburg.* 2. *Seldenau.* 3. *Neydeck.* 4. *Eggelheim.*

Modernus Comes vocatur *Chriſtianus* n. 1616. 20. Nov. Patre Georgio & Anna Maria Leiningia, omni prole deſtitutus, heredem alium non habet, qvam è fratre Nepotem, *Georgium Philippum* n. 1655. 10. Sept. filium Georgii Reinhardi & Eſteris Dorotheæ C. Criechingenſis; qvi mortuo Parente Lutheranus factus in aula Wirtembergica.

§. 5.

§. 5.

Comitatus *Mansfeldici* oppida sunt 1. *Mansfeld*, 2. *Eisleben* &c. De reliqvis vid. infra lib. 4. c. 50.

§. 4.

Familia dispescitur hodiè in ramum *Bornstedensem*, qvi pontificius & *Eislebiensem*, qvi Lutheranus.

Bornstedensem ducunt Brunonis II. & Mariæ Magdalenæ C. Tberringensis filii, qvorum primogenitus *Franciscus Maximilianus*, n. 1639. 22. Nov. è Mariana Elisabethâ C. ab Harrach, sex liberorum Pater factus, omnes reliqvit. *Henricus Franciscus* verò ejus frater, è Maria Ludovica C. ab Aspermont prolem superstitem procreavit. Patrueles in Bohemia habent *Ferdinandum Hojerum*; *Carolum*, & *Georgium Albertum*, filios Philippi II. & Margarethæ Catharinæ Poppeliæ de Lobkovvitz.

Eislebiensem solus adhuc continuat *Johannes Georgius* III. n. 1640. 22. Jul. Patre Johanne Georgio II. & Barbara Magdalena agnata; sterile matrimonium agit cum Sophia Eleonora Schœnburgica.

§. 6.

Isenburgico Comitatui insunt oppida 1. *Isenburg*. 2. *Budingen*. 3. *Offenbach*.

Duo rami adsunt familiæ *Offenbacensis* & *Budingensis*.

Illius caput est *Johannes Ludovicus* n. 1622. 14. Febr. Patre Wolfgango Henrico, & Matre Maria Magdalena Nassovia, è posteriori uxore Ludovica Nassovica undecim liberorum Pater factus, natu majorem habet herede *Johannem Ludovicum* n. 1655. 4. Dec. maritum Carolæ Amaliæ Bipontinæ.

In

In *Budingensi* linea familiam nunc ducit *Johannes Casimirus*, fil. Johannis Ernesti & Mariæ Carolæ Erpacensis, nat. 1660. 10. Jul. superstites 3. habet fratres & duas sorores.

§. 7.

Baronia *Fleckensteinia* in Alsatia oppida amat 1. *Fleckenstein.* 2. *Hobenburg.* 3. *VVegelburg.* 4. *Hirstal.* 5. *Frensberg* &c.

Duo aderant Rami, *Dachstulensis* & *Fleckensteinensis*, in specie sic dictus. Dynastia Dachstul ab ultimo Barone, *Georgio*, qvi ob. 1644. 31. Jan. vendita fuit *PhilippoChristophoro* à Soetern, Elect. Trevir.

Alteram lineam propagat adhuc *Henricus Jacobus* filius Jacobi & Mariæ Cleophes Bœckiæ, è Susanna Maria a Landsberg, præter aliam sobolem genuit Fridericum Jacobum heredem.

§. 8.

Comitatus *Griechingensis* in Austrasia, continet oppida 1. *Griechingen.* 2. *Puttingen.* 4. *Dorstvviler.*

Familiam ducit *Franciscus Ernestus*, filius Francisci Ernesti & Mariæ Elisabethæ C. de Montfort: è Maria Adelheidi Theresia C. de Preysing, nullam hactenus suscepit prolem.

§. 9.

Comitatus *Salmensis* in Alsatia oppida sunt 1. Salm. 2. Zell. 3. Vorbruck. 4. Wackbach. 5. Pramon. 6. Michelbrun.

Dividitur Familia in ramum *Salmensem* strictè sic dictum & *Ardennatensem*. *Illi* nunc præest *Franciscus Leopoldus*, fil. Caroli & Elisabethæ Bernhardinæ

bardinæ Conradi Wilhelmi, ultimi è familia Comitum Tubingensium filiæ: In conjugio vivit cum Hertzenlaut B. de Freyling.

Ardennatensem familiam sustinet 1. *Ernestus Salentinus*, fil. Ernesti Friderici & Mariæ Ursulæ Leiningensis, Clara Magdalena C. in Manderscheid decies septies Patrem Eum reddidit, primogenito Francisco Ernesto Canonico Coloniensi: 2. *Franciscus*, Ernesti Salentini ex fratre nepos, & filius Erici Adolphi, atqve Ernestinæ Barbaræ Dorotheæ C. in Lövvenstein.

§. 10.

Comitatus *Ritbergensis* in Westphalia oppida amat 1. *Ridberg.* 2. *Holte.* 3. *Jenbuse.*

Spectat hic Comitatus ad *Franciscum Adolphum VVilhelmum*, C. Frisiæ Orientalis, & Rietbergæ, ejusq; fratrem Ferdinandum Maximilianum, utrum Canon. Argentinæ & Coloniæ; filii sunt Johannis & Annæ Catharinæ C. Salmensis.

§. 11.

Comitatus *Lippensis* in Westphalia oppida habet 1. *Lipp.* 2. *Horn.* 3. *Boke.* 4. *Delburg.* 5 *VViedebrug.*

Dividitur familia in lineam *Detmoldicam*, *Brakensem* & *Buckenburgicam*.

Priorem ramum nunc sustentat *Simon Henricus* n. 1648. filius Hermanni Adolphi & Ernestinæ Isenburgicæ; præter reliqvam sobolem qvam Amalia C. de Dohn, ei peperit, filium primogenitum habet *Fridericum Adolphum* n. 1667. 2. Sept.

Ramum

Ramum *Brakensem* ducit *Casimirus*, n. 1662. 28. Maji, Patre Otbone & Margaritha Nassovia Matre, ex Anna Amalia C. de Sain, suscepit sex liberos, qvibꝰ natu major Rudolphus audit 1664. 10 Maji. nat. Fratres Casimiri sunt *VVilbelmus*, *Fridericus*, *Georgius*, *Augustus*.

Ramum deniqve *Buckenburgicum* extendit *Fridericus Christianus* n. 1653. mense Sept. & frater ejus *Philippus Ernestus*, ambo cœlibes, filii Philippi & Sophiæ Hassiacæ.

§. 12.

Comitatus *Manderscheidii* in Elect. Coloniensi oppida sunt 1. *Manderscheidt*. 2. *Keil*. 3. *Ulmen*. 4. *Prum*. 5. *Gerrestein* &c.

Familiæ tres palmites sunt 1. *Geroldsteinensis*. 2. *Blanckenbeimicus*. 3. *Kaylensis*.

Geroldsteinensem lineam ducit *Ferdinandus Ludovicus* n. 1613. Patre Carolo & Anna Salome agnata Matre: E Dorothea Catharina C. Lœvvensteinia præter aliam sobolem genuit primogenitum, *Carolum Ferdinandum*, Mariæ Catharinæ, C. à Königseck, maritum.

Blanckenbeimicæ præest *Salentinus Ernestus*, n. 1630. 16. Aug. Patre Johanne Arnoldo & Antonia Elisabetha agnata in *Geroldstein*, è duplici matrimonio nullam masculam videt prolem.

Kaylensem lineam propagat *Hermannus Franciscus*, fil. Philippi Theodorici & Elisabethæ Amaliæ C. de Rasburg; Hic possidet Comitatum *Falckensteinensem* qvoqve una cum Comite Levvenhauptio, immissus à Rege Galliæ an. 1681. præstito

Illi homagio. E Maria Agatha Wildgravia in Kirchburg superstites habet duos filios, *Ernestum Dominicum*, sc. & *Maximilianum Philippum*, Canonicos Colonienses.

§. 13.

Comitatus *Ranzovius* in Holsatia oppida amat 1. *Ranzavv.* 2. *Salsovv,* 3. *Pretznc.* 4. *Selena.* 5. *Breidenburg.* 6. *Lindevvit.*

Familiam ab interitu liberat *Detlevus*, fil. Christiani, qvi anno 1650. in ordinem Comitum Immediatorum S.R.I. assumptus fuit; & Dorotheæ agnatæ. Hic non tantum Daniæ R. Consiliarius intimus sed & Vicarius in Slesvvico & Holsatia, Præfectusqve Rensburgensis: possidet præter Comitatum, qvem à Penatibus acceperat, *Levenbolmensem* in Jutlandia, ab hodierno Rege donatum; è Catharina Hedvvigi Brocktorffia amitina sua 10. procreavit heredes, superstitum filiorum natu major est *Christianus Detlevus* n. 1670. 28. Jun. qvi in thalamum assumpsit Sophiam Christinam, Regis Daniæ, è Sophia Amalia Mothia (cui axioma Comitissæ, licet non nisi Medici gnata esset, Rex attribuit) filiam naturalem.

§. 14.

Comitatus *Reifferscheidii* in Limpurgico Duc. oppida primaria laudantur 1. *Reifferscheid.* 2. *Roderedorp.*

Spectat ad Comites de Salm. vid. præc. §. 9.

§. 15.

§. 15.

Comitatus *Wiedensis* in Archi Episcopatu Coloniensi oppida ostendit 1. *VVied.* 2. *Runckel.* 3. *Nevvenvvied.*

Familia, duos sustinet Ramos, *VViedensem* in specie sic dictum & *Dirdorfensem.* *Illius* caput est *Fridericus* fil. Hermanni & Elisabethæ Julianæ Solmensis, n. 1618. Circa Comitatum Isenburgicum in Archiepiscopatu Trevirensi litigat cum Electore Trevirensi; è Maria Juliana C. Leiningensi in Westerburg progenuit 13. liberos, qvorum primogenitus *Georgius Hermannus Reinhardus* nat. 1640. è Johanna Elisabetha, C. Leiningensi in Westerburg, jam qvater factus Pater, superstitum vivente primogenito *Joh. Friderico VVilhelmo* n. 1680. 28. Mart.

Dirdorffensem ramum ducit *Ludovicus Fridericus*, Johannis Ernesti & Hedvvigis Eleonoræ Ebersteiniæ fil. E duplici conjugio nullam hactenus sustinuit prolem.

CAP. XLII.

De

DUCATU WESTPHALIÆ ET ANGARIÆ.

DUcatus Westphaliæ & Angariæ, qvoad majorem partem ad Coloniensem Archiepisco-

 pum,

pum, qvoad minorem Ducem Saxo-Lauenburgicum spectat, in Comitiis præsentibus uterqve per libellum Cæsari oblatum petiit, ut peculiare sibi votum ratione Ducatus Westphaliæ & Angariæ in senatu Principum, alternis vicibus, exercendum concederetur; Quibus decreto suo Cæsar favit. vid. Kulpis ad Monzamb. P. I. p. 508. Oppida ad hunc spectantia Ducatum sunt 1. *VVarpurg* ad Dimulam fl. 2. *Dortmund*, qvæ sunt capita Comitatuum. 3. *VVittekindi*, 4. *Landskron*. 5. *Engeren*. 6. *Rydberg* &c. Natura Westphaliæ rithmis exprimitur, de qvib. Acl. Min. P.I. p.227.

Hospitium vile
Kranck Brot/dünn Bier/lang Mile/
Sunt in Westphalia,
Qvi non vult credere loop da.

Cap. XLIII.

De

FRISIA ORIENTALI.

FRisiam dividi in Orientalem & Occidentalem præcedens caput 9. docet, ubi de Occidentali actum, in præsentiarum de Orientali agendum; venit sub alio adhuc nomine nim. Comitatus *Embdensis*, de qvo mentio jam præcedenti capite 39. §. 2. facta. Terminatur à *Meridie* Westphalia; ab *Occasu* Fri-

sia

ſia Occidentali & Mari Germanico ; à *Septentrione* eodem mari ad *Ortum* Viſurgi.

§. 2.

Dividitur in 14. Provincias , qvarum nomina ſunt

1. *VVangria* , ubi Jever.
2. *Oſtringia* , ubi Seck.
3. *Brockmeria* , ubi Auricum ſeu Aurick.
4. *Reideria* , ubi Temmerdum.
5. *Averledingia* , ubi Averledingen.
6. *Reyderia* , ubi Rheyde , prope Emden.
7. *Moermeria* , ubi Haſſel.
8. *Lengeneria.*
9. *Amiſia* ſeu Emsland / ubi Embda , metropolis totius regionis ad Amiſin fl.
10. *Rimia* , ubi Ryſum ad Viſurgim.
11. *Butiada* , ubi Blezem.
12. *VVæſtlandia*, ubi Delmenhorſt.
13. *Stedingia* , ubi Herpſtede.
14. *Harlingia*, ubi Eſen.

§. 3.

Reliqva oppida ſunt 1. *VVener.* 2. *Lemgum.* 3. *Lera.* 4. *Olderſum.* 5. *Marienhoven.* 6. *Norden.* 7. *Knipen.*

§. 4.

Fluvii ſunt 1. Viſurgis die Weſer / & Amiſis, die Ems.

§. 5.

Modernus Princeps eſt Chriſtianus Eberhardus nat. 1665. 11. Octob. Patre Georgio Chri-

 ſtiano

ſtiano & Chriſtina Carola Ducis Würtembergici, Eberhardi filia; anno 1685. 3. Maji. nuptias iniit cum Eberhardina Sophia, Alberti Erneſti Principis Oetingiæ filia.

CAP. XLIV.

De

FRANCONIA.

§. 1.

FRanconia ſeu Francia Orientalis, nomen ſortitur à Francis, veteri populo, qvi ſedem ibi fixerunt, ita dictis; qvod à cenſu liberi fuerint, compoſito vocabulo à *Frey on cy*, h. e. *Franc* ſive liber à cenſu. vid. Atl. Min. P. I. p. 276. Terminatur Provincia à *Meridie* Suevia & Bavaria; à *Septenntrione* Thuringia Haſſiæqve Landgraviatu.

§. 2.

Hodiè venit ſub nomine Ducatus, qvo titulo utitur Epiſcopus *Herbipolitanus*, qvi à Metropoli Würtzburg/ qvam latine *Herbipolim* nominant, vocatur; ab anno 748, qvo Epiſcopatus initia ſtrata ſunt, ad annum 752. Præſules tantùm audiebant Epiſcopi Franconiæ, inveſtito à Zacharia P. R. Burckardo omnium primo; poſtea vero, cum Pipinus, Franciæ Regis Childerici, Comeſtabilis ab eodem Papa ſolium Regis aſcendendi facultatem nanciſceretur, in animi gratitudinem, anno 752. Ducatum

tum Franconiæ, qvanti possedit huic Episcopo dono dedit, à qvo tempore postmodum omnes ejus successores Ducum Franconiæ caractere cœperunt notari: Memoratu dignum legitur apud Authorem des Europäischē Herolds / hunc Episcopū anteqvam baculum accipit virgis peti à Canonicis, qvorum 24 noti sunt eqvestris ordinis: Modernus Præsul est *Johannes Gotbofredus à Guttenberg* electus anno 1684.

§. 3.

Integer Ducatus non subest Herbipolitano, sed Kitzingen & Britstatt / Electori Brandenburgico parent.

Gralingen spectat ad Bambergensem.

Königsberg / Ochsenfurt / Karlstatt / Haßfurt / Bischoffsheim / Adelburg / Miltenburg &c. recognoscunt Electorem Moguntinum.

Coburgum inhabitatur à Duce Saxoniæ, de qvo lib. 4. c. 50 §. 11.

Caput Ducatus Herbipolis est seu Würtzburg ad Mœnum, Episcopi & Ducis sedes; post eam veniunt 1. Arnstein. 2. Volckach &c.

§. 4.

Ad Franconiam porrò spectat Episcopatus *Bambergensis*, ubi 1. *Bamberga* seu Bamberg ad fl. Regenitz / sed. Episc. 2. Stoffelstein. 3. Schleßnitz. 4. Forchheim. 5. Hertzogen. 6. Aurach. 7. Cronach &c.

Modernus Præsul vocatur *Marqvardus Sebastianus*, Johannis Sigismundi Schenkii de Stauffenberg,

& Margarithæ, Ursulæ Schenkiæ à Gayren filius, Elect. an. 1683. 10. Jun.

Hic Episcopus non tantùm, accepto ab Henrico II. seu Sancto Imp. privilegio, exemptus est ab omni jugo Archiepiscopali, teste *Casp. Brusch. de Episcop. German. f.* 1096, sed adhuc potentiores Imperii proceres Vasallos habet, nim. Electores, qvibus feuda confert, qvorum intuitu illi tenentur ad officia præstanda; qvæ Ober-Aempter dicuntur, ad differentiam der Ertz-Aempter/ qvibus funguntur in aula Cæsarea; sic Elector Bohemiæ est Ejus Ober-Schenck/cum in Aula Augusti Ertz-Schenck nominetur, Bavarus Ober-Truchses/ qvi apud Cæsarem Ertz-Truchses/audit; Saxo Ober-Marschall/ap. Imperatorem v. Ertz-Marschall appellatur; Brandenburgici caracter est Ober-Cammerer; ap. Augustum v. Ertz-Cammerer; an post introductum Octoviratum, Palatinus qvoqve feuda ab Eo accipiat, me latet: Hæcqve officia præstant per subofficiarios suos, Bohemus Vicarium habet ap. Bambergensem Nob. ab Auffsatz. Bavarus Nob. à Pommersfelden: Saxo Nob. à Löser: Brandenburgicus tandem Nob. à Rotenhan: In aula Cæsarea planè alii Electorum sunt subofficiales. Notandum insuper Electores nec officia suà *in propria persona*, ut Augusto faciunt, *sed tantum per officiales* præstare Bambergensi, nec feudorum investituram aliter qvam per subofficiarios ab Eo petere, & qvidem data saltem fide stipulata manu, cùm Cæsari juramento obligentur. *vid. Limn ad Capitul. Caroli V. p. 123. Gevvold. de Septemviratu c. 10.* Huic

porro

porro Episcopo Directorium competit Circuli Franconici & jus convocandi ordines una cum Marchione Brandenburgico.

§. 5.

Episcopatus *Aichstadensis* itidem ad Franconiam refertur, cum oppidis 1. Aichstatt. 2. Kupfferberg. 3. Treges. 4. Liechtenberg &c. Modernus Episcopus vocatur *Joh. Eucharius Schenck*, Comes à Castel, electus anno 1685. 13. Mart. Collegas habet in capitulo XV. Canonicos, omnes eqvestris ordinis.

§. 6.

Huc porro facit *Mergentbemium* ad Tubarim, qvod illustris Teutonici ordinis est, Ejusqve Summi Magistri sedes, à Comitibus Hohenloicis dono data: Modernus Magister nominatur Ludovicus Antonius, Princeps Neoburgicus, filius Moderni Electoris Palatini *Philippi Wilhelmi* nat. 1660. 9. Jun. Coadjutor erat electus anno 1679. 16. Dec. Magister vero anno 1685. Ordini, ut dictum, Teutonico præest, qvi qvondam sub titulo *Hospitalis S. Mariæ Hierosolymitanæ* veniebat, circa seculum XI. Hierosolymis, ab incolarum qvodam nat. germano, propriis facultatibus, pro læsis in bello sacro aliisqve illuc migrantibus peregrinis, exstructo Xenodochio, originem hauriens; Idem namqve civis adjuncto Hospitali Oratorio B. Mariæ sacro, effecit, ut multi mundana spernendo se suaqve B. Mariæ obtulerint, ægrotantibus servitia animo præstandi: aucta servientium cohorte, sangvinis no-

bilitate progeniti, qvi ſimiliter hujus vitæ generi ſe tradiderant, ordinem componebant, electo in primum magiſtrum Heinrico *VValtpodio*, cui *fratrum militiæ* notam impreſſerunt: impetrata temporis ſucceſſu Henrici VI. Imp. ejusqve fratris Friderici Sveviæ Ducis rogatu, Ordinis ſui anno 1192. confirmatione à Cæleſtino III. P. R. aſſumentes in Advocatam Deiparam, nomen ſibi adſcripſerunt Eqvitum *Hoſpitalis S. Mariæ Hieroſolymæ*: caracter erat *Crux nigra in campo argenteo*, cui Johannes R. Hieroſolymarum *auream* ſuperinduxit; Fridericus II. Imp adjecit inſuper *Aqvilam nigram Imperii in campo aureo*; tandem Galliarum Rex, Ludovicus IX. extremitates crucis qvatuor donabat liliis: freqventiori indies aucti Eqvites numero, anno 1229. Magiſtro Hermanno de Salza, Germaniam intrarunt ad liberandum Naſſoviæ Ducem, Conradum, à Pruſſis gentilibus, qvo præſtito, in remunerationem accipiebant *Culmenſem* diſtrictum & qvicqvid erat agri inter Viſtulam, Mocram & Dreventiam; his germanico ſolo impoſitis bonis non contenti, poſtea totam germaniam inundarunt, Provincias occuparunt, populosqve ſibi ſubjecerunt; viſa hac petulantia reliqvi Magnates armis arma opponere ducebant ratum; Eqvitesqve eo adigebant ut an. 1410. Magiſtro Ulrico à Jungingen prælio ſe ſiſterent ad Dannebergam in Boruſſia, qvo Poloni Eorum ad 50000. trucidarunt, 14000. captivos ducendo; Ne vero in poſterum ſimiles fierent cædes, penitus in Boruſſia ordo delebatur, in remunerationem Magi-

ſtro

ſtro Alberto, Marchioni Brandenburgico, Ducis Boruſſiæ, à Caſimiro Poloniæ Rege conceſſo titulo: vid. infra lib. 5. c. 19. §. 7.

In Livonia ſimilem habuit exitum an. 1570. ſub Gothardo Kettler Magiſtro, cui veluti æqvivalens caracter Ducis Curlandiæ & Semigalliæ tradebatur, vid. lib. 5. c. 19. §. 11; ita ordine in ordinem redacto, bona Ejus in Germania ad eam paucitatem pervenerant, prout patet, vid. Sprenger. lib. 3. c. 10. p. 408. Diviſio Ordinis adhuc fit in XI. Ballivias, qvarum ſingulis præſunt Archicommendatores, qvi & Provinciales audiunt, die Land-Commenthur/ de qvibus legi poterit Im Hoff. Not. Proc. S. R. I. l. 3. c. 18. §. 9. p. 171. Qvomodo Magiſter creetur, & qvomodo Eqvites creentur: invenies ap Europæiſche Herold & laudatum Im. Hoff l. c. p. 175. & 176.

§. 7.

Marchionatus *Culmbacenſis*, complectitur 1. *Culmbach.* 2. *Berutinum* ſeu Bareuth. *Neuſtatt* ad Euſch. 4. *Erlau*, qvam modernus Marchio Berutinus in favorem Gallorum, qvi religionis ergo Regno exierunt, exſtrui curavit. 5. *Curia* ſeu Hoff. 6. *VVeiſman* &c.

Linea hæc dividitur in ramum Berutinum & Culmbacenſem, *Illum* continuat hodie *Chriſtianus Erneſtus*, n. 1644. 27. Jul. Patre Erdmanno Auguſto, & Sophia Brandenburgica Matre, anno 1671. 29. Jan. Penatibus induxit Sophiam Luiſam, fil. Eberhardi

D. Wür-

D. Würtembergici, è qva Pater factus *Georgii VVilhelmi*, n. 1678. 16. Nov.

Culmbacensem sustinet *Christianus Henricus* n. 1661. 19. Jul. Patre Georgio Alberto, & Elisabetha Holsata Matre: fratrem habet *Georgium Albertum*, n. 1666. 27. Nov. post mortem Patris, è Maria Sophia C Solmensi, qvæ adhuc in vivis.

§. 8.

Marchionatus Onolsbacensis seu Anspach oppida sunt 1. *Onoldinum* Anspach. 2. Creutzenhausen. 3. Schwabach &c. familiam hodiè florere jubet *Christianus Albertus* n. 16 5 8. Sept. Patre Johanne Friderico & Matre Johanna Elisabetha, March. de Baden; Fratrem habet *Georgium Fridericum* n. 1678. 23. Apr.

§. 9.

Principatus Hennebergicus oppida continet 1. Schleusingen. 2. Smalkalden ab articulis Smalkaldicis notum. 3. Schwalingen. 4. Grefenrode. 5. Aichfeld. 6. Lichtenau. 7. Kuningshoven. 8. Gemund; civitas Imp. 9. Mellerstadt. 10. Hilpershausen. 11. Ostheim. 12. Meinungen/ sedes *Bernhardi*, fratris moderni Ducis Saxo-Gothani, nat. 1649. 15. Sept. heredem habet Ernestum Ludovicum, primogenitum n. an. 1672. 7. Oct. 13. Römhilden / sedes *Henrici* Bernhardi fratris, n. 1650. 19. Nov. vivit improlis. Notandum enim hunc Principatum emortua anno 1583. in Geor-

Georgio Ernesto, Hennebergica stirpe, pervenisse ad domum Saxonicam, vi pacti confraternitatis inter hasce domos, anno 1554. initi, ea conditione, ut deficientibus Hennebergicis, Eorum ditiones transirent ad Saxones; his verò emortuis, Hennebergici succederent in districtu Coburgensi; fortuna vero Saxonibus hereditatem attulit, qvam inter se partiti sunt utriusqve lineæ Duces vid. Biccii Res qvotid. præloq. §. 46. in Not. p. 40.

§. 10.

Comitatus *Hohenloicus* loca habet 1. Oeringen. 2. Langenburg. 3. Waldenburg. 4. Ornbera. 5. Werdern. 6. Neuenstatt. 7. Sindering. 8. Jaxthausen. 9. Glaitt &c.

Senior totius familiæ, Feudorumqve Administrator præsens est *Johannes Fridericus* n. 1617. 31. Jul. cui sedes est Oeringæ; è Ludovica Amœna Friderici Holsato Norburgici filia, Pater factus est *Friderici Cratonis* an. 1667. 22. Febr. cujus fratres sunt Joh. Ernestus n. 1670. 24. Mart. & *Carolus Ludovicus*, nat. 1674. 23. Sept. Superstites qvoqve habet qvatuor sorores.

§. 11.

Comitatus *Castellanus* oppida amat. 1. *Castellum* seu Castel. 2. *Rudenhus*. 3. *Remlingen* &c.

Comitum duæ sunt lineæ *Remlingensis* & *Rüdenhusana*: Illam propagant duo fratres, filii Wolfgangi Georgii & Sophiæ Julianæ C. ab Hohenloe,

nim.

nim. *VVolffgangus*, *Theodoricus* n. 1641. 6. Jun. & *Fridericus Magnus* n. 1646. 6. Oct. *Ille* ex Elisabetha Dorothea de Limpurg, genuit *Carolum Fridericum*: *Hic* nim. *Fridericus Magnus* connubio sibi junxit an. 1678. 24. Nov. Susannam Johannam C. ab Oetingen, qvæ ei peperit anno 1679. 14. Jul. *Leopoldum Fridericum Ernestum*.

§. 12.

Comitatus *VVertheimensis* oppida sunt 1. Wertheim. 2. Bischopheim. 3. Gorgersheim. 4. Lauden. 5. Procelden &c.

Spectat nunc ad Comites de Löwenstein / qvi dividuntur in lineam Lutheranam seu *Virnenburgicam*, & Catholicam seu *Rupifortiam*:

Priorem ramum nunc ducunt duo filii Ludovici Ernesti (qvi primogenitus erat Friderici Ludovici) & Catharinæ Elisabethæ C. in Sain, nim. *Joachimus Fridericus* n. 1666. & *Eucharius Casimirus*, n. 1668. præter hosce duos fratres, Lutheranam familiam auget *Henricus Fridericus* n. 1682. 15. Febr. Filius Friderici Eberhardi (qvi secundo genitus est Friderici Ludovici) & Susannæ Sophiæ C. ab Hohenloe in Waldenburg. Tandem hanc familiam ornat *Albertus* tertio genitus Friderici Ludovici: qvi solus fratrum superstes, Pater factus è tertia uxore Carola Ernestina, C. de Solms in Greiffenstein / *VVilhelmi Friderici* anno 1673. 19 Febr. *Ludovici*

vici Mauritii an. 1678. 22. Apr. præter mortuam sobolem.

Posteriorem ramum propagant 6. fratres Ferdinandi Caroli, Annæqve Mariæ C. de Fürstenberg, filii; qvorum primogenitus *Maximilianus Carolus* n. 1656. 14. Jul. genuit præter alios, è Maria Polyxena Khuonin de Belasy, *Maximilianum Carolum* an. 1682. Seqventes tres fratrum sunt Canonici Colonienses; qvintus vocatur *Johannes Ernestus*; & ultimus *VVilhelmus*.

§. 13.

Comitatus *Erpacensis*, oppida complectitur 1. *Erpachium*. 2. Reichenberg. 3. Rotenstein. 4. Krumpach. 5. Wersau. 6. Hirschhorn. 7. Eberbach. 8. Beurfelden. 9. Michelbach. 10. Michelstatt. 11. Schellerbach 12. Amorbach. 13. Bullau. 14. Gentz. 15. Threnbach &c.

Familia hodie splendorem debet duobus fratribus, Georgii Alberti, & Magdalenæ Nassoviæ, filiis, qvorum primus est *Georgius Ludovicus*, nat. 1643. Pater factus ex Amalia Catharina de Waldeck, multæ sobolis, cujus caput audit *Georgius*, n. 1667. 30. Aug. Frater Georgii Ludovici vocatur *Georgius Albertus*, n. 1648. 26. Febr. numerosam qvoqve genuit prolem ex Anna Christina Dorothea C. ab Hohenloe in Waldenburg / primogenitus ejus filius est *Philippus Carolus*, nat. 1677. 14. Dec.

§. 14.

§. 14.

Comitatus *Limpurgicus* continet 1. Limburg. 2. Sunthelm. 3. Gaildorff. 4. Halla. 5. Adelmansfeld. 6. Murbarad. 7. Roth. 8. Speckfeld. 9. Schmidefeld &c.

Rami duo familiæ restant nim. *Gailndorffensis* & *Speckfeldicus*;

Illum sustinet in præsentiarum *VVilhelmus Henricus* n. 1652. 27. Jun. Patre Philippo Alberto & Matre Dorothea Maria, C. ab Hohenloe in Waldenburg.

Hunc propagant duo filii Georgii Friderici, nim. *Volrathus* n. 1641. 21. Jun. qvi uxorem amat Sophiam Eleonoram de Limburg; & *Georgius Eberhardus* n. 1643. Oct. qvi thorum conscendit cum Johanna Polyxena C. Leiningensi in Dachsburg: utriqve heres feudalis deficit. *Penes* hanc domum & qvidem penes *Seniorem* hæret Pincernatus hæreditarius S. R. I.

§. 15.

Comitatus *Schauenburgici* oppida primaria conspiciuntur 1. Schauenburg. 2. Rinteln/qvod Academia superbit fundata anno 1621. ab Ernesto Comite Schauenburgico. 3. Buckenburg.

Stirpe horum Comitum anno 1640. emortua, hereditas translata est in Hassiæ Landgravios, *per*

In-

Instrum. Pac. Westphal. salva tamen manente transactione, inter Christianum Ludovicum D. Luneburgicum, Hassiæ Landgravium & Philippum C. Lippiæ qvi propterea Buckenburg adhuc possidet, inita; Comitatus Pinnebergicus qui ad eandem familiam spectabat, obvenit Daniæ Regi & Gottorpiensi Duci, qvi partem suam Ranzoviis vendidit.

§. 16.

Comitatus *Schwarizenburgicus* oppida amat Schwartzenburg. 2. Schletz. 3. Greventhal. 4. Grun. 5. Arnstatt. 6. Rudelstatt. Duplex Familiæ ramus est, *Arnstadensis* & *Rudelstadensis*; *Illum* propugnant duo filii Anthonii Güntheri & Mariæ Magdalenæ Bürckofeldensis nim. *Christianus Wilbelmus* nat. 1647. 16. Jan. & *Antonius Günther* n. 1653. 10. Oct. Priori, Antonina Sibylla C. de Barby peperit præter alios, *Augustum Wilbelmum* an. 1676. 4. Apr.

Ramum *Rudelstadensem* alit *Albertus Antonius* n. 1641. 2. Mart. Patre Ludovico Günthero & Æmilia Oldenburgica Matre, ex Æmilia Juliana C. de Barby heredem sustulit anno 1667. 4. Nov. *Ludovicum Fridericum.*

§. 17.

Comitatus *Lœwensteinensis* oppida sunt 1. *Lœwenstein*, 2. *Breuberg*. &c. vid, præced. §. 12.

§. 18.

Comites de Nostiz sibi vindicant: *Nostiz*

Rinek, Falkenau, Heinrichsgrin, Graslitz, Tschochau, Lybocbowar &c.

Familiam nunc ducit *Johannes Antonius* fil. Johannis Hartwici & Eleonoræ Mariæ Poppeliæ de Lobkowiz. ex uxore anno 1680. 2. nov. filii Pater factus innotescit.

§. 19.

Baronia *Schœnbornia* complectitur 1. *Schœnborn.* 2. *Reigelsberg* Familiam ornant 4. fratres, omnes filii Philippi Eruini & Mariæ Ursulæ Greiffenklaviæ de Volrath; nomina eorum sunt 1. *Johannes Philippus* Eq. Melit. 2. *Melchior Fridericus* qvi è Sophia Bar. de Boyneburg anno 1672. genuit filium Johannem Philippum Franciscum præter aliam Sobolem. 3. *Johannes Erwinus* & 4. *Lotharius Franciscus*.

§. 20.

Civitates Imperiales nec omittendæ sunt, qvarum nomina 1. *Francofurtum ad Mœnum* locus celeberrimus coronatione & electione Imperatorum Romanorum; confectione Aureæ Bullæ ejusdemq; conservatione, variis Comitiis; Nundinarum solennitate & aliis rebus.

2. *Norimberga* seu Nürnberg medium tenet Europæ; celebris est primis noviter electi Imperatoris Comitiis habendis. vid. A. B. tit. 28. §. 5. Formam regiminis accuratissime & alia memoriæ prodidit. Act. Min. p. 1. p. 286. & 290. Inter civitates ad Jurisdictionem Norimbergensem spectantes sunt 1. *Altorf-*

torfium seu Altorf; rogante Senatu an. 1579. 29. Jun. Rudolphus 2. Imp. Academiam hic erexit. vid. Act. Min. p. 1. p. 290. alii originem ejus referunt ad annum 1575. Schweder. J. P. 314. alii ad annum 1581. vid Bucholcer Ind. Chron. ad hunc annum. Alii ad annum 1623. Primus Rector erat Valentinus Erythræus: Doctores Theologiæ hic non creari dicuntur. 2. *Schwartzpruck.* 3. *Altfurt.* 4. *Katzwang.* 5. *Reichelsdorff.* 6. *Stain.* 7. *Furt.* 8. *Pruck.* 9. *Erlang.* 10. *Kraftshoff.* 11. *Dormetzs.* 12. *Heroltzberg* &c. Fluvii sunt Pegnitz & Regnitz.

3. *Schweinfordia* seu Schweinfurt ad Mœnum. 4. *Fridberga* seu Friedberg. in Wetteravia, qvæ regio est inter Hassiam & Rhenum in qva simul continetur Comitatus *Nassoviæ*, de qvo præced. lib. 4. c. 21. §. 15.

CAP. XLV.

De

SUEVIÆ DUCATU.

PErtinet hic Ducatus partim ad domum Austriacam, partim Würtenbergicam, partim Bavaricam, partim ad totum Imperium v. g. civitates Imperiales. Terminatur à *Septentrione* Palatinatu superiori ab *Ortu* Bavaria, à *Meridie* Helvetia & ab *Occasu* Alsatia; regio & qvoad plana & qvoad montosa fertilitatem præ se fert; profert fruges ad satiem affert metalla, æs, argentum, plumbũ producit & vina.

§. 1.

Dividitur in Sueviam ſuperiorem & Inferiorem, illa olim Alemannia vocabatur à Lacu Lehmanno.

§. 2.

Hodie conſtituit unum decem Imperii Circulorum in qvo continentur & Principes & Comites & Civitates.

§. 3.

Primum locum occupat Epiſcopus *Conſtantienſis* ubi *Conſtantia* Coſtnitz. 2. *Merſpurgum*. 3. *Buchorn.* 4. *Uberlinga*. 5. *Ravenſpurg*. 6. *Salomonſwiler*. 7. *Stein* &c. qvæ oppida ſunt ad Lacum *Podamicum* (Bodenſee) cui natum nomen ab arce *Podmen* à qva originem petit ad Lindaviam uſqve progrediens; Dividitur in ſuperiorem & *inferiorem*, *illius modo facta* mentio, hic à Conſtantia incipit; ſuperior vocatur Podamicus ſeu Bodenſee; Inferior v. *Venetus ſeu Cellacherſerſee* à Cella Rudolphi ſeu Rudolf Cell. vid. Atl. Min. p. 1. p. 305. Becman. hiſt. orb. terr. p. 92. longitudinem ejus numerant ſeptem mill. germ. & latitudinem inter *Rosbach* & *Bucherniam* comprehenſam, trium; profunditas prope *Merſepurgum* 300 orgyis abſolvitur. attrahit plures fluvios. v. g. Bregentz. Arg. Libach. Schuſs. Rosbach. Steinach. &c. Modernus Epiſcopus eſt *Johannes Franciſcus de Prasberg* filius Alberti de Prasberg dicti *Vogt de Summerow*; & Mariæ Salome à Sirgenſtein electus 1645. 7. Febr. Epiſcopatus nomen deducitur a Conſtantio Conſtantini M. Patre qvi ſedem Epiſcopalem

lem hanc in urbem contulit qvæ antea *Vindonissa* in Ergoja erat. vid. Fourn. Geogr. Orb. l. 4. c. 34.

§. 4.

Huc pertinet Episcopus *Augustanus*, qvi hodie est *Joh. Christophorus* von Freyberg *Baro* electus an. 1665. 18. Aug. coadjutorem habet Alexandrum Sigismundum moderni Elect. Palat. Philippi sc. Wilhelmi filium electum 1681. De origine hujus Episcopatus vid. Im. Hoff. Not. S. R. I. p. 123. & 124. Sedem Episcopus *Dillingæ* habet ad Danubium cujus Academiam erexit Otto, Episc. August. & Cardinalis an. 1564. addi potest oppidis. 1. Füssen. 2. Ostendorf. 3. Tanhausen. 4. Fulinbach. &c.

§. 5.

Abbatia *Campidunensis* etiam huc facit; modernus Abbas est *Rupertus*, nobilis de *Podman* in Steislingen, Augustæ Archi-Mareschallus audit; notandum hunc Abbatem post meridiem secularem agere personam: immediate hæc Abbatia *Benedictini ordinis* Sedi Romanæ subest, cujus primus Abbas Andelgarius Rolandi Gallorum ducis filius anno 773. ab Adriano P. R. hoc privilegium accepit. Ejus jurisdictioni subsunt. 1. *Campidunum* seu Kempten. 2. *Leutkirch*, 3. *Kislek*. 4. *Lauben*. 5. *Isne*. 6. *Wurtzag*. 7. *Winburg* &c. vid. infr. §. 29.

§. 6.

Præpositura *Elwangensis* itidem hic locum invenit, modernus Præpositus est *Christophorus von Adelmansfelden* Suev. nob. electus an. 1674. 18. Apr. subsunt ei 1. *Elwangia* seu Wangen 2. *Raven-*

ſpurg, 3. *Fettnang.* 4. *Waſſerburg.* 5. *Zanckel* &c.

§. 7.

Ducatus *Würtembergicus* de qvo præced. cap. 13. Marchionatus *Badenſis* de qvo præced. cap. 22. Principatus *Zolleranus* ubi Zollern. 2. *Hechingen*. 3. *Sigmaringen*. 4. *Roſenfelt*. 5. *Sultz*. 6. *Paling*. 7. *Eling*. 8. *Veringen*. 9. *Schwabeck*. Familia abiit in duos ramos *Hechingenſem* ſcil. & *Sigmarienſem*; *illum* tenet florentem *Fridericus Wilhelmus* Philippi Friderici Chriſtophori & Mariæ Sidoniæ de Baden, filius. *Sigmarienſi* lineæ præeſt Maximilianus n. 1636. 20. Jun. Patre Mainrado & Anna Maria C. de Tœrring, Matre; in matrimonio habet Claram C. de Berg in Boxmer.

§. 8.

Comitatus Furſtenbergenſis ubi *Furſtenberg* & *Meſſkirch*. ſubeſt hic Comitatus Principibus de Furſtenberg, qvem Caracterem primum acceperunt tres fratres, *Hermannus Ego*, *Franciſcus Ego* (qvi duo has res jam reliqverunt) & *Wilhelmus Ego* Epiſcopus Argentinenſis & Cardinalis qvi Electoratum Colonienſem ambit; anno demum 1667. à Leopoldo Cæſare; *Hermanni* progeniem ducit *Antonius Ego* n. 1656. 23. Apr. qvi è Domicilla de Lygni gall. nat. genuit Antonium Egonem: Fratres ſuperſtites habet *Maximilianum* n. 1661. 24. Oct. Cànon. Colon. & Argentinenſem; & *Emanuelem Franciſcum Egonem* n. 1663. 2. Mart. ejusd. dignitatis.

§. 9.

§. 9.

Comitatus Montfortensis ubi *Tetnang* 2. *Argen.* 3. *Bregentz.* duo familiæ conservatores supersunt Hugonis & Johannæ Euphrosinæ de Waldpurg, filii nim. Johannes & Antonius; Ille in Matrimonio habet Mariam Catharinam C. de Sultz. Hic Mariam Victoriam C. de Spauer. Uterq; masculina prole destituitur.

§. 10.

Comitatus *Kœnigseck* ubi *Imenstatt. Aulendorf. Stauffen, Rotenfels.* Horum qvoqve Comitum familia dispescitur in ramum *Rotenfelsensem* & *Aulendorffensem*; *Illum* florere jubet *Leopoldus Wilhelmus* fil. Hugonis & Mariæ Renatæ Hohenzolleranæ, è Maria Polyxena de Scherffenberg; pater factus est *Hugonis Francisci* an. 1660. 7. May. Canon. Colon. *Philippi Maximiliani* n. an. 1663. 26. Febr. aliorumq; liberorum.

Aulendorffensis lineæ Rectores sunt duo filii Johannis Georgii & Leonoræ C. ab Hohenembs, nim. *Franciscus Antonius* Canon. Salisburgensis & Augustanus; & *Antonius Eusebius* quæ è Dorothea Genovefa, Christophori Richardi L. B. de Thun, filia, genuit *Franciscum Maximilianum*.

§. 11.

Comitatus *Waldpurgensis* oppida sunt 1. *Zeil.* 2. *Scheer.* 3. *Waldpurg.* 4. *Dirmentingen.* 5. *Busen.* 6. *Trauchburg.* 7. *Marstetten.* 8. *Waldsee* &c. familiam vid. seq. §. 20.

§. 12.

Comitatus *Fuggerorum* oppida continet 1. *Kirchberg*

2. *Weissenhorn.* 3. *Winterbach.* 4. *Dierlabingen* 5. *Babenhausen* 6. *Kirchheim.* 7. *Eppishausen* 8. *Duettenstein.* 9. *Abelfingen.* 10. *Stettenfels.* 11. *Oberdorf.* 12. *Mickhausen.* 13. *Waltenhausen.* 14. *Herbertshofen.* 15. *Beyren* 16. *Kiessendorf.* 17. *Brandenburg.* 18. *Edelrid.* 19. *Weglbach.* 20. *Plefs.* 21 *Gablingen* 22. *Gloet.* 23. *Ebingen.* 24. *Stetten* 25. *Hausen.* 26. *Stetten am Kaltenmarckht.* &c. *Licet* satis terrarum familiæ sit, palmites qvoque in abundantia sunt, Comitatum *Kirchbergensem* solus *Albertus* possidet Hugonis & Mariæ Julianæ L. B Vöhlin de Frickenhausen, filius, nat. 1624. 12. Nov. cujus primogenitus è Maria Francisca Fugger. *Paris Georgius* superest n. 1651. 22. Jun. cui adhuc sunt 2. fratres & tres sorores. Post hunc Albertum totius familiæ senior est. *Fridericus Ferdinandus*, possessor dominii *Simendingen*, Constantini & Annæ Elisabethæ à Fronhofen, filius n. 1630. 15. Nov. Ei filium peperit Maria Francisca B. de Stein, *Raimundum Josephum* an. 1671.

§. 13.

Comitatus *Hohen-Rechberg* tenet oppida 1. *Hohen Rechberg.* 2. *Rotenlöwen* 3. *Wisenstain* &c. Modernus Comes est *Bernhardus Bero* filius Johannis Wilhelmi & Annæ Reginæ Rechenbergiæ; è Maria Jacobea Fuggeria genuit Franciscum Albertum heredem, qvi jam jam in thalamum induxit Catharinam Barbaram C. de Spauer, qvæ peperit *Ferdinandum Josephum*, heredem, præter alios liberos.

§. 14.

Oetingenses dividuntur in Principes & Comites; illo-

llorum ſedes eſt *Oetingæ*; horum vero *Wallerſteinii*, *Spilbergæ Catzenſtein* & *Balderen*; Principum familiam ſuſtinet in præſentiarum, *Albertus Erneſtus* n. 1669. 8. Aug. qvi dignitatem Principalem accepit, à Patre Alberto Erneſto cui eam donavit Leopoldus Imp. an. 1674. 14. Oct. Matrem agnovit Chriſtinam Fridericam Würtenbergicam: Comites ſe dividunt in quatuor ramos *Spilbergenſem*, *Wallerſteinenſem*, *Katzenſteinenſem* & *Balderenſem*.

Priorem conſervant *Joh. Wilhelmus* n. 1655. 23. Dec. & *Franciſcus Albertus* n. 1663. 10. Nov. fratres germani, filii Joh. Franciſci & Ludovicæ Roſaliæ C. ab Attimis.

Wallerſteinenſis proſator eſt *Wilhelmus* totius familiæ ſenior, nat. 1617. 15. Aug. Patre Erneſto & Maria Magdalena Fuggeria Matre.

Katzenſteinenſi præeſt *Notgerus Wilhelmus* n. 1653 Patre Friderico Wilhelmo & Suſanna à Trisbeneck Matre.

Balderenſem ſuſtentat *Ferdinandus Maximilianus* fil. Martini Franciſci & Iſabellæ Leonoræ ab Helfenſtein n. 1639. Nullus horum Comitum heredem feudalem novit.

§. 15.

Hohengeroldſeck Comitatus pervenit anno 1634. maſcula ſtirpe Geroldſeccia deficiente ad Comites de *Cronenberg* oppida ſunt. 1. *Geroldſeck*. 2. *Barr*. 3. *S. Veit* &c. Poſſeſſor Modernus eſt *Crato Adolphus* Otto C. de Cronenberg &c. qvi ſeparatus ab uxore Maria Franciſca C. Oettingenſi in Baldern, ſine prole vivit.

§.16.

Justingensis Comitatus,ubi Justingen/Urspringer/ Schelklingen &c. possidetur à Baronibus de Freyberg; Moderni nomen est *Josephus Albertus*, fil. Alberti Ernesti & Lœschin ab Hilgartshausen, ex Anna Magdalena Adelhaidi C. de Criechingen, genuit tres filios, qvorum natu maximus dicitur *Ferdinandus Christophorus*.

§.17.

Comitatui *Traunensi* adscribenda oppida sunt 1. Traun.2. Abensperg. 3. Eglof. 4. Meissau. 5. Praunsberg. 6. Wolfpassing 7. Puchflus. 8. Eschelberg. &c. Familiæ præest *Ferdinandus Ernestus*, Ernesti & Catharinæ Ursulæ Bar. de Weber filius; è Juliana, Caspari C. Frangipani filia, diversi sexus Pater factus est.

§. 18.

Sulzenses Comites sibi adscribunt 1. *Sultz*. 2. *Kletgou*. 3. *Thungen*. 4. *Montclar*. 5. *Müntzburg*. 6. *Wutenthal* &c. Modernus est *Johannes Ludovicus* Judex hereditarius Judicii Rodwilensis filius Caroli Ludovici Ernesti & Mariæ Elisabethæ C. ab Hohen-Zollern, licet è duplici conjugio novem liberorum Parens factus fuerit, nihilominus unica illi superest filia *Maria Anna* uxor Ferdinandi Wilhelmi Eusebii Princ. Schwartzenbergici.

§.19

Comitatus *Wisensteig* ubi *Wisenstein* & Comitatus *Mundelheim*, ubi oppidum ejusd. nominis, subsunt Electori Bavariæ. qvi priorem ære accepit e mortuis Comitibus Helffensteiniis, posterioris vero Dominus factus est titulo Caducitatis, extincta Baronum de Freudenberg familia.

§. 20.

§. 20.

Comitatus *Wolfeggensis* cujus primarium oppidum *Wolfeck* vocatur spectat ad Comites de *Waldpurg*, qui dividuntur in lineam *Zeilensem*, *Wolfeggensem*, *Scheerensem* & *Trauchburgensem*.

Zeil inhabitat *Paris Jacobus* n. 1624. 18. Jan. filius Johannis Jacobi & Johannæ C. de Wolckenstein: è Lucia Amalia C. de Berg. sustinuit duos filios *Joh. Christophorum* an. 1660. 20. May & Maximilianum an. 1663.

Wolfeck incolit Ferdinandus Ludovicus, filius Maximiliani Francisci & Mariæ Erpestinæ C. de Salm.

Scheerensem lineam propagat *Maximilianus Wunibaldus* filius Ottonis & Mariæ Sidoniæ C. de Schlick, qvem mortuum nunc accepi.

Trauchburgensem lineam sustinet *Joh. Ernestus*, sedem habens Dirmentingæ, filius Friderici & Susannæ Khunin. C. de Lichtenberg, è Monica C. de Koenigseck Pater factus est *Francisci Ernesti Eusebii* superstitis heredis.

§. 21.

Comitatus *Grafeneckensis*, comprehendit. 1. *Grafeneck*. 2. *Burgberg*. 3. *Eglingen* 4. *Omerboüen* &c. modernus Comes est *Joachimus Gottofredus*, Ernesti & Mariæ Magdalenæ C. ab Eglingen, filius, Sedem fixit Eglingæ haud procul Nordlinga, ejus primogenitus è Maria Ursula L. B. à Freyberg nominatur *Christophorus Josephus*.

§. 22.

Heiligenberg. VVerdenberg. Mœſkirchen. Blomberga. VVildenſtein. Gundelfingen. Stulingen &c. Diſpeſcitur familia hæc in ramum *Mœſkirchenſem* & *Stülingenſem.*

Illius profator eſt *Fridericus Chriſtophorus* n. 1662. filius Franciſci Chriſtophori & Mariæ Thereſiæ Princ. Arembergæ, fratres adhuc tres habet.

Stülingenſem ramum continuat *Antonius Maria* Fridericus, filius Franciſci Maximiliani (qvi anno 1681. die ingreſſus Regis Galliarum in urbem *Argentinam*, ibidem per pronos ſcalarum gradus inconſideratè ima collo petiit, tam gravi lapſu ut poſtridie ſpiritum traxerit) & Mariæ Magdalenæ à Bernhauſen.

§. 23.

Comitatus *Cronbergenſis* complectitur oppida 1. *Cronberg* arcem in monte *Veldberg* haud procul Francofurto ad Mœnum. 2. *Poritſchen.* 3. *Flerchingen* &c. modernus Comes eſt *Crato Adolphus Otto* de qvo præc. §. 15.

§. 24.

Baronia *Freyberg*, ubi Freyberg. 2. *Eiſenberg*, &c. Modernum poſſeſſorem vid. præced. §. 16.

§. 25.

Hohen-Emſiorum Comitatus comprehendit 1. *Hohenembs*, 2. *Vaduz.* 3. *Schellenberg.* 4. *Dorenbeurn.* 5. *Luſtenau* &c. familia dividitur in Ramum *Hohenembſenſem* & *Vaduzianum.*

Illi præeſt *Franciſcus Carolus Antonius* n. 1650. 1. Aug. filius Caroli Friderici & Corneliæ Luciæ agnatæ: caret omni prole.

Alte-

Alterum ramum propagant filii Francisci Wilhelmi & Leonoræ Fürstenbergicæ, qvorum primogenito nomen est *Ferdinando Carolo* n. 1650. 29. Dec. vivit adhuc improlis. frater vocatur *Jacobus Hannibal* n. 1653. Ultimo natus *Franciscus VVilhelmus* an. 1654. militiæ navat operam.

§. 26.

Pappenhaimensis comitatus oppida sunt 1. *Pappenhaim* prope Nordlingen. 2. *Calden.* 3. *Bellenberg* &c. Senior totius familiæ semper solus feuda administrat & fructibus inde provenientibus gaudet, cum dominiis *Rotenstein, Calden & Bellenberg:* Reliqva bona ad familiam spectantia dividuntur in 16. partes æqvales, quarum sex eidem Seniori competunt, residuis inter reliquis partitis; Senior semper Mareschallus hereditarius S.R.J. audit; in præsentiarum duplex innotescit ramus; *Catholicus* & *Lutheranus* penes priorem nunc versatur Majoratus, existente *Carolo Philippo Gustavo* n. 1649. 21. Jul. filio Wolfgangi Philippi qui primum Catholicorum castra secutus, & Marthæ Elisabethæ a Westernach: è Maria Elisabetha Schenckia Bar. de Castel Pater trium filiarum jam factus est; fratres adhuc duos superstites habet.

Evangelicam lineam solus sustentat *VVolfgangus Christophorus VVilhelmus* S. R. I. Sub-Senior Mareschallus hereditarius n. 1651. 27. Dec. filius Francisci Christophori; ex Æmilia Margaritha de *Reizenstein* Pater factus est *Christiani Ernesti*, anno 1674. 4. Jun. & *Joh. Friderici* an. 1680. 17. Sept.

§. 27.

§. 27.

Comitatus *Nellenburgicus* oppida amat 1. Nellenburg. 2. Pfullendorf. 3. Dutling. 4. Uberlingen. &c.

§. 28.

Civitates Imperiales ad hunc circulum pertinentes sunt 1. *Augusta Vindelicorum* seu Augspurg ad Vindum fl. nomen accepit partim à colonia Augusti Cæsaris, partim à Vindo fl. & quidem ad differentiam *Augustæ Aciliæ* ad Danubium. *Ausciorum* in Gallia. *Bracarum* in Hispania. *Emerita* in Portugallia. *Euphratesia* in Comageno. *Rauracorum* ad Rhenum &c. Augspurg contractum nomen ab Augusti Burg. celebris locus est Comitiis inde Augustana dictis de an. 1530. oblata in illis Carolo V. Confessione Protestantium Principum &c.

2. Ulma seu Ulm ad exitum Ileri & Blavi fluviorum qui Danubio hic commiscentur, è pago an. 1300. evasit urbs. Balliviæ hujus urbis sunt 1. *Geislingen*. 2. *Langenau*. 3. *Leipheim*. 4. *Wain* in Algovia.

3. *Constantia* seu Constantz seu Costnitz. ad Lacum Podamicum celebris locus est Concilio quod Sigismundus hic celebravit sub Ottone III. Episcopo tunc temporis vocato propterea Constantiense Episcopum vid. præced. § 3.

4. *Eslinga* seu Eslingen 5. *Hala* Suevorum seu Schwäbisch Hall ad differentiam Halæ Saxonum in Misnia. 6. *Rotvila* seu Rotweil ultra Danubium ad sinistram Nicri partem sibi vindicans urbs sedem à Conradi III. Imp. Judicio Aulico clara instituto 1146. das Rothweilisch Hofgericht de qvo vid. Vitriarii Inst. I. P. p. 777. *Uberlinga* seu Uberling. 8. Gemun-

...munda seu Schwäbischgmünd. 9. *Heilbronna* de qvo supra. 10. *Lindavium* seu Lindau aqvis circumdata insuperiore Lacus Podamici parte, annectitur terræ firmæ è lapidibus constructo parte 290. longitudinis passuum. 11. *Dinckelspühla* seu Dünckelspühl. 12. *Ravenspurgum*. 13. *Reutlinga*. 14. *Nortlinga*. 15. *Kaufbeura*. 16. *Wila*. 17. *Wimpfa*. 18. *Gienna* 19. *Pfalerdorffum*. 20. *Buchorn*. 21. *Aula*. 22. *Bopfinga*. 23. *Buchofium*. 24. *Offenburgum*. 25. *Gengenbachum*. 26. *Zella* ad Hameram fl. Zell am Hammerbach. 27. *Biberac* 28. *Memmingen* &c. qvarum qvædam ad Algoviam spectant qvædam ad Burgoviam, qvædam ad vallem Donawertensem. ut mox patebit.

§. 29.

Huc tandem pertinet *Algovia* seu Allgow. cujus termini ab *Ortu* sunt Bavaria, ab *Occasu* lacus Podamicus, à *Meridie* Montes Helvetici seu Alpes. à *Septentrione* Danubio; fertilissima regio est, rigatur fluviis 1. Hera. 2. Argia seu Argen 3. Danubio. *Civitates* ejus sunt. 1. *Imenstatt*. 2. *Campidunum* seu Kempten 3. *Isna* 4. *Wangen*. 5. *Vetinang*. 6. Lüttkirch. 7. *Ravenspurg*. 8 *Waldsee*. 9. *Memmingen*. 10. *Biberach*. 11. *Wurzach*. 12. *Fussen*. 13. *Mundelheim* ad Mindel fl. 14. *Wain*.

Montes *Algoviæ* sunt 1. Rücksteig. 2. Thenheim im Loch 3. Grenten. 4. Gach. 5. Pyler &c.

§. 30.

Burgoviæ Marggraviatus non omittendus ab oppido *Burgoviæ* nomen habens in præsentiarum domui Austriacæ paret; oppida sunt Wetenhause. 2. Knoringen. 3. Jetingen. 4. Reisenspurg. 5. F..eß ch. 6. Ziemazhausen. 7. Zusmarshausen. 8. Seyersberg.

9. Wal-

9. *VVallerbausen.* 10. *Thierdorpff.* 11. *Gesterbausen.* 12. *Rautenbach.* 13. *Schonfeld.* 14. *Usterbach.* 15. *Aurbach.* &c.

§.31.

Sueviam claudit qvoad expositionem *Vallis Donawertensis* vulgo *DonaWertherthal*, cujus tractus est ab Origine Danubii a fluvium Luch; fertilissima regio, omnibus vino excepto, abundat; varios recognoscit dominos v. g. 1. *Simringen* Comitem Hohen-Zolleranum. 2. *Scheer & Mengen* Com. de Waldpurg. 3. *Riedlingen.* 4. *Sulgen.* 5. *Munderbingen* (pignoris titulo) Truchsessios Waldpurgenses 6. *Busch* eisdem obedit. 7. *Ulma* seu Ulm Civitas Imp. 8. *Liphein* Ulmam superiorem recognoscit 9. *Langingen* Alberti M. Ducis Bavariæ Patria, Locus aliqvando ferebatur generosissimi eqvi, Doctissimi Viri & formosissimæ mulieris. 10. *Gundelfingen.* 11. *Dillingē* Episcopi est Augustani 12. *Hochstaden* ad Ducem pertinet Bavariæ 13. *Dona VVertha* Eidem Bavaro obedit jam ab anno 1607. qvo ob vim à plebe Abbati & Clero Monasterii S. Crucis qui processionem hactenus omissam restaurare conati erant, illatam, in bannum declarabatur, & executione *Maximiliano* Bavaro, (& non Circulo Suevico ut leges Imperii volunt) à Cæsare *Rudolpho* 2. demandata, armis ejus coacta se tradidit tandem & hanc usqve ad diem veluti Municipalis subfuit Bavaro cum antea Imperialis esset Civitas. vid. Pfanner. hist. Pac. Westphal. lib. 1. §. 8.

CAP.

CAP. XLVI.

De

DUCATU
TRIDENTINO.

Terminatur Tridentum ſeu Trient / ab *Ortu* Vicentia; ab *Occaſu* Preſtia; à *Meridie* Veronenſi Ducatu; à *Septentrione* Comitatu Tyrolenſi.

§. 1.

Nomen habet à metropoli *Tridento* ſeu Trient / à tribus fluminibus Terſina, Saleto & Perſio rigata, dicta, celebris eſt Concilio Tridentino ſub Papa Pio IV. celebrato, in qvo comparuerunt 7. Cardinales. 3. Patriarchæ, 35. Archiepiſcopi, 235. Epiſcopi. 7. Abbates. 7. Generales Ordinum, 146. Theologi alii; Legati Regum Galliæ, Hiſpaniæ, Portugalliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ; Venetæ Reip. Septem Confœderatorum, Helvetiorum, Ducis Bavariæ, Ducis Sabaudiæ, Florentiæ & aliorum vid. Ad. Min. P. I. p. 313.

Modernus Epiſcopus eſt *Franciſcus Eqves ab Albertis*, electus an. 1677; Primus Epiſcopus erat Jovinus præfectus huic ecclesiæ à S. Hermogora Epiſcopo Aqvilegenſi & S. Marci Evangeliſtæ diſcipulo, an. poſt aſcenſionem Salvatoris 45. vid. Im. Hoff. Not. S.R.I. lib. 3. c. 14. §. 6. Ad. Min. P. I. p. 312.

§. 2.

Oppida ad hunc Ducatum spectantia sunt 1. *Ripa.* 2. *Trameni.* 3. *Pertini.* 4. *Levigi.* 5. *Valles Nauni & Ananiæ.* 6. *Valles Solis, Lagorinæ, Judicariarum, Flemarum, Randenæ* &c. 7. *Seconzano.* 8. *Parchiaso.* 9. *Veso.* 10. *Canazzo.* 11. *Varese.* 12. *Fespergo.* 13. *Guidono.* 14. *Casa Nova.* 15. *Moranum.* 16. *Mons Bellus.* 17. *Brendulum.* 18. *Leonicum.*

§. 3.

Fluvii sunt 1. Etsch. 2. Brenta. 3. Fersina. 4. Saleto. 5. Persio &c.

§. 4.

Vasalli hujus Episcopi sunt Comes Tyrolensis. Dux Mantuæ. Comites Archi, Lodron, Lichtenstein, Mandrutii &c.

CAP. XLVII.

De

NORTGOVIA,

seu

PALATINATU SUPERIORE.

N*ortgovia*, dicitur qvasi Provincia Septentrionalis, deducto nomine à *Nort* seu Septentrionali plaga, & *Gow* s. regione; Terminatur ab *Ortu* Bohemia; ab *Occasu* parte Franconiæ & Sueviæ; à *Meridie*

ridie Danubio; à *Septentrione* Voitlandia. Antiqvis temporibus hæc Provincia Noricum vocabatur cui peculiaris erat Rex, unde Cæsar ait *Ariovistum Germanorum Regem, Noricorum Regis sororem in matrimonio habuisse*: hodie Provincia est, qvæ aut Palatinatus Bavariæ, aut superior Palatinatus, aut *Nortgovia*, uno nomine vocatur, germ. die Ober-Pfaltz oder Nortgau.

§. 2.

Caput ejus propriè est *Norimberga*, de qva supra in Franconia l. 4. c. 44. §. 20. Reliqva oppida sunt 1. Eger. 2. Aystatt. 3. Naumburg. 4. Neustatt. 5. Rubenhleim. 6. Kemnat. 7. Krusen. 8. Grewenwerd. 9. Eschenbach. 10. Weiden. 11. Pernau. 12. Pleistein. 13. Herspruck. 14. Rurbach. 15. Neumarck. 16. Tursenrut. 17. Elnbogen. 18. Charn. 19. Schönsee. 20. Kunsberg. 21. Stauff.

§. 3.

Huc pertinet Landgraviatus *Leuchtenbergensis*, ad qvem spectant 1. Leuchtenberg. 2. Pfreimbt. 3. Grunßfelden: possidetur à Duce Bavariæ, *Maximiliano Philippo*, filio Maximiliani Elect. Bavar. qvi eum accepit à fratre *Alberto* marito Mechtildis, Maximiliani Adami, ultimi Landgravii, amitæ.

§. 4.

Fluvii sunt 1. Eger. 2. Naba. 3. Vils. 4. Regus. 5. Pegniz. 6. Schvvarzach. 7. Sultz. 8. Altimulus. 9. Laberg. 10. Lautra.

§. 5.

Hac in Provincia mons *Vichtus* seu *Pinnifer* seu

Fichtelberg reperitur undiqve variis metallifodinis repletus, ejus longitudo 6. mill. germ. est, variis fluminibus fontem concedit, v. g. Mœno, Nabæ, Salæ, & Egræ.

§. 6.

Sylvas habet Weisenburger Wald & Böhmer Wald.

CAP. XLVIII.

De

DUCATU BAVARIÆ.

NOmen deducitur à Bojorum sede, qvæ hic erat tunc temporis Bojaria dicta, unde postmodum loco Bojariæ, Bavariæ natum nomen. Vocatur Bavaria Ducatus ad differentiam Palatinatus seu Nortgoviæ. Terminos habet ab *Ortu* Austriam; ab *Occasu* Sueviam; à *Meridie* Alpes, & à *Septentrione* Franconiam.

§. 1.

Dividitur in Superiorem & Inferiorem; in superiori caput est *Monacum* seu München/ hodie sedes Electoralis ad Isaram fl. urbs Germaniæ pulcherrima. Reliqva oppida sunt 1. *Ingolstadium* seu Ingelstadt ad Danubium civitas facta à Ludovico Bavaro Imp. Academia prædita an. 1472. à Ludovico Divite Duce Bavariæ (teste Schvved. I. P. p. 315.) consentiente Paulo II. P. R. 2. *Frisinga* seu Frisingen.

gen ad Mosacum fl. sed. Episc. de qva in fin. hujus capitis 3. Pasing. 4. Interstorff. 5. Moßpurg. 6. Fürstenfeld. 7. Harthausen. 8. Schofselaren. 9. Holtzkirchen. 10. Beurbergh. 11. Weilhaim. 12. Gulcking &c.

§. 2.

Inferioris Bavariæ caput est Ratisbona, seu Regenspurg ad Danubium, olim *Germanisheim* vocabatur, item *Augusta Tiberii* vid. Atl. Min. P. I. p.318. contradicente Cluverio Intr. Geogr. l. 3. c. XI. Comitiis Imperii qvæ hic haberi consveverunt, antiqvitatum reliqviis & ponte prælongo miræ structuræ clara, ejus longitudo 400. & latitudo 70. passuum fertur; Author erat Henricus Imp. an.1115. Episcopus hujus loci, qvi post *Albertum Sigismundum*, de qvo seq. §. 12, electus est, mihi ignoratur. Reliqva oppida sunt 1. *Passavium* seu Patavium s. Passau. Peninsulam formans rigatur & Danubio & Vena, sedes Episcopalis, clara pacificatione Passaviensi, anno 1552. facta, qva Protestantibus liberum religionis exercitium concedebatur. vid. Schvveder. Intr. I. P. p. 56. Modernus Episcopus est Sebastianus Com. von Pöttingen/ electus 1673. 10. Mart. 2. *Landshut* ad Isaram exstructa an. 1208. à Ludovico Bavaro; summi templi altitudo superare dicitur Argentinensis turris cacumen habito ad aliqvot digitos respectu. 3. Straubling. 4. Wasserburg. 5. Engelfelden. 6. Deckendorff. 7. Osterhoven. 8. Engelburg. 9. *S. Salvator.* 10. Gern. 11. Burckhausen. 12. Raisenhausen. 13. Arlasperg ad Ratisbo-

tisbonam. 14. Hemnau. 15. Thunastauff. 16. Weltenburg. 17. Hag / Com. de qvo in fin. cap. hujus.

§. 3.

Academia est Ingolstadiensis, de qva modo dictum.

§. 4.

Fluvii nobiliores sunt 1. Danubius. 2. Isara. 3. Lavarus. 4. Illicetus. 5. Ihn. 6. die Lech. 7. Alemannus seu Altmula. 8. Nabus. 9. Regus. 10. Ambra. 11. Zoysa. 12. Vilsus. 13. Wolfaha. 14. Gissea &c.

§. 5.

Lacus dicuntur Ammersee. 2. Asee. 3. Wirmsee. 4. Rosee &c.

§. 6.

Montium nobiliorum nomina sunt 1. Alpes Penninæ. 2. Caravancæ &c.

§. 7.

Sylvæ dicuntur 1. Heyverdoch. 2. Schwartzwald in specie. 3. Grienwald. 4. Zellenwald.

§. 8.

CATALOGUS
ELECTORUM BAVARIÆ.

1. *Maximilianus*, electus 1623. proscripto Friderico V. Palatino, ob. 1651.
2. *Ferdinandus Maria*, natus Maximiliano Patre & Elisabetha Lotharingica, Mare; ob. 1679. 26. Maji; ejus frater Maximilianus Philippus, n. 1638.

n. 1638. 20. Sept. adhuc ſuperſtes eſt in caſtro Pfreimbdenſi ſedem habens, qvod caput audit Landgraviatus Leuchtenbergenſis.

3. *Maximilianus Maria*, modernus Elector, n. 1662. 11. Jul. Patre Ferdinando, Maria & matre Henrietta Adelheida Sabauda, qvæ ob. 1676. 18. Mart. anno 1685. in matrimonium ſibi petiit Mariam Antoniam, Leopoldi Imperatoris gnatam; è qva hactenus nullam vidit prolem.

§. 9.

Ad Circulum Bavaricum porro refertur Archiepiſcopus *Salisburgenſis*, modernus eſt Maximilianus Gandolphus, è familia Illuſtri Carinthiaca de *Thuenburg*, electus 1668. 30. Jul. Cardinalis factus 1687. menſ. Sept. ab Innocentio XI. Caput hujus Archiepiſcopatus eſt *Salisburgum* ſeu Saltzburg / ubi Academiam erexit Epiſc. Salisburgenſis, an. 1620. Reliqva oppida ſunt 1. Heſſel. 2. Reichental. 3. Staußmarck. 4. Lauffen. 5. Windach. 6. Lechnau. 7. Fronau. 8. Altenau. 9. Schonau &c.

1. *Fluvii* ſunt 1. Anaſſus. 2. Altz. 3. Saltz. 4. Matich. 5. Traun. 6. Mur. 7. Dravus.

2. *Montes* ſunt 1. Rattſtatterthaurn. 2. Felbergthaurn. 3. Kornthaurn. 4. Caſtenterthaurn. 5. Villacher Albin. 6. Schwanberger Albin. 7. Creutzberg. 8. Lettachberg. 9. Mettalberg.

3. *Sylvæ* ſunt 1. Henhard. 2. Weyhard &c.

4. Huic Archiepiſcopo ſubſunt 1. Epiſcopus *Tridentinus*, *Paſſavienſis*, *Viennenſis*, *Gœrzenſis*, *Bri-*

xinſis, *Friſingenſis*, *Seccovienſis*. Modernus eſt Joh. Erneſtus Com. de Thun. *Lauffenſis*, *Chiemenſis*. 2. Præpoſitus *Berchtolgadenſis* & alii:

5. Fundator hujus Archiepiſcopatus eſt Leo III. P. M. qvi Arnonem decimum Epiſcopum primum Archiepiſcopum conſtituit.

§. 11.

Porrò ad Circulum Bavaricum pertinet *Palatinatus Junior ſeu Neoburgicus*, ubi Neoburgum ſeu Neuburg. 2. *Lauginga* ſeu Lauchingen. 3. Sultzbach. &c. Modernus Dux, qvi Elector Palatinus cujus filii ſunt 1. Joh. Wilhelmus hæres Elect. n. 1658. 19. Apr. qvi an. 1678. 25. Oct. in matrimonium ſibi ſumpſit Mariam Annam Ferdinandi III. Imp. filiam. 2. Ludovicus Antonius Magiſter Ord. Teutonici, *n.* 1660. 9. Jun. 3. Carolus Philippus, Eqves Ord. Johannici, n. 1661. 4. Nov. 4. Franciſcus Ludovicus, Epiſcopus Vratislavienſis n. 1664. 24. Jul. 5. Fridericus Wilhelmus n. 1665. 20. Jul. 6. Philippus Wilhelmus n. 1668. 18. Nov.

§. 12.

Epiſcopatus *Frieſingenſis* itidem hic qvadrat, cui ſubſunt 13. Præfecturæ, qvarum celebriores ſunt 1. *Friſingenſis*. 2. *Iſmanningenſis*. 3. *Bürckrainenſis*, in qva oppidum *Iſen*. 4. *Werdenferſenſis*, ubi oppida *Mittewald*, *Partenkirch*, *Gernisgau*. Nuperus Epiſcopus, Albertus Sigiſmundus, Dux Bavariæ, & Ratisponenſis Epiſcopus, n. 1623. 5. Aug. Patre Alberto & Mechtilde Landgravia Leuchtenbergenſi matre; ſpiritum an. 1685. 4. Nov. emiſit,

qvem

qvem succesſorem habeat, ignoro. Capitulum conſtat 24. Canonicis, qvi aut nobiles, aut Jurisperiti.

§. 13.

Comitatus *Hagenſis* ad Oenum fl. qvem Duces Bavariæ extincta Comitum familia, feudi titulo acceptum è Maximiliano II. Auguſto, hactenus poſſedere.

CAP. XLIX.

De

SAXONIÆ DUCATU.

SAxoniæ Ducatus ampliſſimus ad utramqve Albis ripam in varias ditiones diſcerptus habet à *Septentrione* Lunebürgenſem, Brunſvicenſem Ducatus, & Haſſiam; à *Meridie* Thuringiam & Miſniam; ab *Ortu* Luſatiam & Marchionatum Brandenburgenſem.

§. 1.

Saxones nomen debent *Sacis* ſeu *Sacoſonibus* Aſiæ populis, hucuſqve pedem moventibus, qvi deinde omiſſa priori litera O. Sacſones ac tandem c. mutato in x Saxones vocari cœperunt.

§. 2.

Metropolis hujus Ducatus eſt nobiliſſima illa Archiepiſcopalis olim & S. R. I. Burggraviatus ſedes *Magdeburgum*, hodiè hic Archiepiſcopatus in Ducatum mutatus finito tricennali bello, pertinet ad

Electorem Brandenburgicum. vid. Burgoldenf. ad Inftrum. Pac. art. 11. P. 3. difc. 14. vid. infr. cap. 51. §. 3. Reliqva oppida funt 1. *Wittenberga* ad Albim, Saxoniæ Ducum qvondam fedes, Martini Lutheri Theologica profeffione maxime clara. Academiam fundavit Fridericus III. El. Sax. primus Rector erat Martinus Pollichius Mellerftadius Medic. D. 2. *Halla Saxonum*, ubi falis materia freqventi copia reperitur, hac in urbe *Fridericum III.* Elect. Brandenb. annuente Augufto Academiam erecturum, fama fert. 3. Bitterfeld. 4. Belgig. 5. Hertzberg. 6. Torgau. 7. Dieben.

§. 3.

Ad hunc Ducatum etiam pertinet Principatus Anhaltinus, cui fubfunt duo Comitatus nim. *Afcanien* & *Barby*, nec non Baronatus *Bernburg*, cum urbibus *Deffau* & *Zerbft*, utraqve Ducum fede.

Deffau inhabitat in præfentiarum *Joh. Georgius*, n. 1627. Reform. relig. ex Henrica Catharina Araufionenfi genuit an. 1676. 3. Jul. *Leopoldum*. Patrem habuit Johannem Cafimirum, an. 1660. 15. Sept. mortuum & Matrem Agnetem Haffiacam.

Serveftinus verò dux modernus (in Zerbft) eft *Carolus Wilhelmus* n. 1652. Patre Johanne, qvi ob. 1667. 4. Jun. & Matre, Sophia Augufta, Friderici Ducis Holfato-Gottorfienfis filia. Anno 1676. 18. Jan. in uxorem duxit Sophiam Chriftiani Ducis Martisburgici filiam, è qva fufcepit *Johannem Auguftum* n. 1677. 29. Jul. *Carolum Fridericum* n. 1678. 2. Jul. & Magdalenam Auguftam, n. 1679. 12. Oct.

hac

hæcqve linea Lutheranorum religionem amplectitur.

§. 4.

Porro ad hunc ducatum referunt Comitatum *Mansfeldicum*, qvi terminatur ab *Ortu* Sala fl. Archiepiſcopatu Magdeburgico & Ducatu Martisburgico; à *Meridie* Thuringia, ab *Occaſu* Schvvartzburgico Comitatu & Stolbergenſi; à *Septentrione* Saxonia.

1. Huic Comitatui hodiè alii qvatuor ſubſunt nim. *Arnſtadienſis, Wiprenſis, Wetthinenſis & Qvernfurtenſis.*

2. Metropolis eſt *Mansfeld* Comitum ſedes. Reliqva oppida ſunt 1. *Eislebia*, ubi B. Lutherus an. 1483. 10. Nov. natus. 2. *Wipra.* 3. Leimbach. 4. Riſtet. 5. Allſtatt. 6. Sangerhauſen. 7. Wettin. 8. Fridberg. 9. Trebenicks. 10. Alsleuben. 11. Köndern. 12. Kupfferberg.

§. 3. Fluvii ſunt Helma ſeu Helm. 2. Wipera ſeu Wiper. 3. Sala die Saal. vid. de hoc Comitatu lib.4. c.41.§.5.

§. 5.

Academia Ducatus Saxoniæ eſt Witteberga.

§. 6.

Fluvii principaliores ſunt Albis die Elb. 2. Mulda die Mulde. 3. Helma die Helm. 4. Wipera die Wiper. 5. Sala die Saal.

CAP. L.

De

MISNIÆ MARCHIONATU,

&

RELIQVA CIRCULI SAX. SUP. PARTE.

HIc Marchionatus habet à *Septentrione* Saxoniam; ab *Occasu* Thuringiam; à *Meridie* Bohemiam; ab *Ortu* Lusatiam. Olim Hermundurorum sedes, teste Tacito.

§. 1.

Caput qvondam erat *Misnia* ad Albim; hodiè verò *Lipsia* ad fl. Pleyss, arce firmata. Academia originem nacta an. 1409. sub Wenceslao Elect. Sax. occasione dissidii in Pragensi Academia inter Studiosos exorti, 4000 Eorum uno tempore Lipsiam migrantibus vid. infra cap. 53. §. 3. inter reliqvas urbes eminet 1. *Dresda* ad Albim seu Elb/ Electoralis sedes. 2. Eulenburg. 3. Lauterberg. 4. Altenzell. 5. Oschatz. 6. Pirne. 7. Königstein/vinculis magni nominis virorum clara. 8. Wurtzen. 9. Freyberg/ubi metallifodinæ.

§. 2.

Academia est Lipsiensis.

§. 3.

§. 3.

Fluvii sunt 1. Albis. 2. Molda. 3. Sala. 4. Slesa seu Schleyß. 5. Pleyß. &c.

Montes non nisi metalla ferè omnis generis proferunt magno pondere.

§. 4.

CATALOGUS
ELECTORUM SAXONIÆ.

1.	Bernhardus Dux Angariæ, cl. -	998
2.	Bernhardus II. fil. ob. -	1063
3.	Ortolphus, hujus fil. ob.	1073
4.	Magnus, ob.	1106
5.	Lotharius, Com. Qverfurtensis, postea Imp.	1137
6.	Henricus, Superbus ob.	1136
7.	Henricus Leo fil. ob.	1195
8.	Bernhardus Ursus	1212
9.	Albertus I. filius	1260
10.	Albertus II. fil.	1311
11.	Rudolphus I. fil.	1356
12.	Rudolphus II. fil.	1370
13.	Wenceslaus frat.	1388
14.	Rudolphus III. ob. -	1418
15.	Albertus III. ob.	1422
16.	Fridericus Bellicosus ob. primus Marchio Misniæ ad Electoralem dignitatem pervenit an. 1423. moderante Sigismundo Imp.	1428

17. Fri-

17. Fridericus Placidus fil. ob. 1464
18. Erneſtus fil. author lineæ Erneſtinæ, ob. 1486
19. Fridericus III. ſeu Sapiens fil. n. 1463. 17. Jan. ob. 1525.
20. Johannes Conſtans frat. n. 1469. 29. Jun. ob. 1532. 13. Aug.
21. Joh. Fridericus n. 1503. 30. Jun. proſcriptus à Carolo V. 1546. 20. Jul. ob. 1554. 3. Martii.
22. Mauritius, primus elect. è linea Albertina, n. 1521. 21 Mart. ob. 1553. 11. Jul.
23. Auguſtus frat. n. 1526. 31. Jul. ob. 1586. 11. Febr.
24. Chriſtianus I. fil. n. 1560. 28. Oct. ob. 1591. 25. Sept.
25. Chriſtianus II. fil. n. 1583. 23. Sept. ob. 1611. 23 Jan.
26. Joh. Georgius I. frat. n. 1585. 5. Mart. ob. 1656.
27. Joh. Georgius II. fil. n. 16 - - ob 1680
28. Joh. Georgius III. fil. modernus Elector, n. 1647. 10. Jun. è Magdalena Sibylla, Chriſtiani, Marchionis Brandenburgici filia, in uxorem duxit an. 1666. 9. Oct. Annam Sophiam, Friderici III. Dan. Reg. filiam, è qva ſuſcepit Joh. Georgium IV. qvi hæres Electoralis, n. 1668. 17. Oct. & Fridericum Auguſtum, n. 1670. 12. Maji.

§. 5.

§. 5.

Huc referenda ditio *Weisenfelsensis*; cui caput est *Leucopetra* seu Weissenfels/ Ducum sedes ad Salam; modernus Dux est *Joh. Adolphus* n. 1649. 2. Nov. Patre Augusto Administratore Magdeburgensi, qvi ob. 1680. 4. Jun. & Anna Maria Adolphi Friderici Duc. Mecklenburgici filia matre; anno 1671. 25. Oct. duxit in uxorem Johannam Magdalenam Friderici Wilhelmi, Duc. Saxo-Altenburgici filiam, è qva præter 3. filias suscepit *Johannem Georgium* n. 1677. 13. Jul. & *Christianum* n. 1683. 23. Febr. ad hanc partem pertinet & *Osterfeld. Lucca* & alia oppida.

§. 6.

Huc spectat & Dux *Altenburgicus*, cujus sedes est *Altenburgum*; cum oppidis Coldiß / Rochliß / Pegnigh &c. Modernus Dux est Idem, qvi hodiè Gotham inhabitat nim. *Fridericus*, de qvo seq. §. 13.

§. 7.

Huc porrò pertinet *Terra Advocatorum*, seu Vogtland/contermina Thuringiæ, Misniæ, Bohemiæ & Palatinatui superiori. Caput habet Hoff cum oppidis 1. Oelßniß. 2. Plauen. 3. Weyde. 4. Neustadt. 5. Gera. 6. Schlaiß. 7. Grätz. 8. Cygnea seu Zwickau. 9. Schneeberg. 10. Anneberg. 11. Gotsberg. 12. Marienberg &c. pertinet ad Elect. Saxoniæ, Comites Schvvartzenburgicos & Ruthenos.

§. 8.

Huc facit Episcopatus, hodie verò seculo redditur Martisburgensis seu Mörseburg: ubi *Martisburgum* seu Mörsburg/ Horburg/ Ranstätt / Lützen &c.

Dux,

Dux, cui hodie hic Epiſcopatus pertinet eſt *Chriſtianus*, n. 1615. Patre Joh. Georgio I, Elect. Sax. Primogenitum habet Chriſtianum n. 1653. 19. Nov. cui iterum è Dorothea Erdmuthi, Mauritii Zizenſis filia nati ſunt *Chriſtianus Mauritius* a.1680.7. Nov.& *Johannes Wilhelmus* n. 1681. 11. Oct. Reliqvi filii Chriſtiani moderni ſunt *Auguſtus* n. 1655. 15. Febr. *Philippus* n. 1657. 26. Oct. *Henricus* n. 1661. 2. Sept.

§. 9.

Dux Zizenſis ſeu Zeitz / etiam hic locum habet; cujus ſedes *Zeizæ* eſt ſeu Zeitz; modernus Dux nominatur *Mauritius Wilhelmus*, n. 1664. 12. Martii. Patre Mauritio, qvi ob. 1681. 4. Dec. ad hujus territorium ſpectant Dornberg / Eiſenberg / ubi in præſentiarum etiam ſedes Ducis nim. *Chriſtiani* n. 1653. 6. Jan. Patre Erneſto Pio, in Gotha, è Chriſtina Martisburgica, an. 1679. 13. Mart. mortua genuit *Chriſtinam* n. 1679. 4. Mart. nunc in matrimonio habet Sophiam Mariam, Ludovici Landgrav. Haſſiæ Darmſtad. filiam, à qva nullam hactenus vidit prolem. *Zizenſis* in præſentiarum etiam nuptiarum ſolennia celebravit an. 1689. 14. 24. Jul. cum Marchioniſſa Brandenburgica.

§. 10.

Epiſcopatus Naumburgenſis cum oppidis itidem ad hunc circulum refertur: pertinens ad Ducem Zizenſem.

§. 11.

Præter Saxoniæ Ducatum & Miſniæ Marchionatum Circulo Saxonico Superiore comprehenduntur

1. Dux *Coburgenſis*, cujus ſedes eſt Coburgum ſeu

seu Coburg ; modernus est *Albertus* n. 1648. 24. Maji anno 1676. 18. Jul. uxorem sibi petiit Mariam Elisabetham viduam Adolphi Wilhelmi patruelis, è qva genuit *Ernestum Augustum*, n. 1677. 1. Sept. qvi verò an. seq. 17. Aug. iterum obiit.

§. 12.

2. Dux *Vinariensis* seu Weimar; modernus vocatur *VVilhelmus Ernestus*, n. 1661. 19. Oct. Patre Johanne Ernesto, qvi ob. 1683. 25. Maji & Christina Elisabetha, filia Johannis Christiani Ducis Holsato-Sunderburgici; Matre: In matrimonio vivit cum Carola Maria Bernhardi, Ducis Jenensis filia.

§. 13.

3. Dux *Gothanus*, cujus sedes est *Gotha* seu Gothen / ubi Grimmenstein arx, modernus dicitur *Fridericus* n. 1646. 15. Jul. Patre Ernesto Piò qvi ob. 1675. 26. Mart. E Magdalena Sibylla, filia Augusti Administratoris Hallensis filia, qvæ ob. 1681. 20 Jan. genuit præter 4. filias *Fridericum* n. 1676. 28. Jul. & *Johannem Wilhelmum* n. 1677. 4. Oct.

§. 14.

4. Dux *Jenensis* cujus sedes est *Jena* seu Jenen / Academia celebris anno 1548. 25. Jan. fundata ab Augusto Elect. Saxon. vid. Bucholc. Ind. Chron. ad hunc an. alii verò referunt ejus initia ad an. 1558. fundatore *Johanne Friderico*, Duce Sax. vid. Schvved. Intr. I. P. p. 315. Modernus Dux est *Johannes VVilhelmus*, n. 1675. 28. Mart. Patre Bernhardo an. 1678. 3 Maji mortuo & Matre Maria Tremollia, Henrici Ducis Thuarsii in Gallia filia, qvæ ad superos migravit an. 1682. 24. Aug. Anno 1688.

hic Juvenis Princeps Rector Magnificentissimus salutabatur Jenæ.

§. 15.

5. Dux *Isenacensis*, cujus sedes est *Isenacum*, Eisenach; modernus vocatur Johannes Georgius n. 1665. 24. Jul. Patre Johanne Georgio, an. 1686. mense Sept. defuncto & Matre Johannetta, Johannis Landgravii Hassiæ vidua.

§. 16.

6. Comitatus Stolbergensis, ubi *Stolberga* seu Stolberg/Northausen/Rosla/Eiligeroda/ vid. lib 4. c. 41. §. 1. De crypta Baumanni, qvam huic Comitatui adscribunt nonnulli vid. seq. cap. 51. §. 1.

§. 17.

7. Landgraviatus Thuringiæ, qvi à *Meridie* habet Franconiam; ab *Ortu* Misniam & Saxoniam; à *Septentrione* Saxoniam & Brunsvicensem Ducatum; ab *Occasu* Hassiam. Metropolis hujus Landgraviatus est *Erfordia* ad Geram fl. olim sedes erat Episcopalis, celebris Academia an. 1392. à Bonifacio IX. P. R. fundata, nec non Germaniæ totius maxima Campana. In præsentiarum Electori Moguntino subest, qvem etiam anno 1689. occupatis à Gallo Terris Electoralibus, fugientem recepit. Reliqvæ urbes nobiliores sunt 1. Weimar. 2. Gotha. 3. Jena. 4. Coburg. 5. Eisenach. 6. Schwartzburg. de qvibus omnibus jam dictum. 6. Zwetzen. 8. Herbsleben. 9. Thenstatt. 10. Schlotheim. 11. Ebeleben. 12. Scherenberg. 13. Kulaborn. 14. Thomasbrück. 15. Homburg. 16. Langensaltzen. 17. Mila. 18. Erffa. 19. Schmalcalden. 20. Ordorff. 21. Arns

Arnstatt. 22. Kranichfeld. 23. Rutelstadt. 24. Grefenthal. 25. Salfeld / sedes Ducalis hodierni *Johannis Ernesti*, n. 1658. 22. Aug. Patre Ernesto Pio in Gotha. Anno 1680. 10. Febr. in matrimonium assumpsit Sophiam Hedvvigen, Martisburgicam, è qva superest Princeps, *Christianus Ernestus*, n. 1683. 18. Aug. 26. Eißfeld etiam Ducalis sedes, & modernus Dux est *Ernestus*, n. 1658. 22. Aug. Patre Ernesto Pio, de qvo modo dictum, ex Elisabetha Carola Nassovia natus est successor futurus, *Ernestus Fridericus*, 1681. 21. Aug. 27. Leuchtenburg. 28. Denstet. 29. Perka. 30. Butstet. 31. Harresleben &c.

Fluvii sunt 1. Sala. 2. Werr. 3. Unstrut. 4. Ilma. 5. Gera. 6. Or. 7. Apfelster. 8. Helbe. 9. Eling.

Sylva *Gabreta* seu Thüringerwald / & vulgo nota est; reliqvæ vocantur Batenis. 2. Haynich. 3. Hainseite. 4. Finne.

§. 18.

Porrò ad Circulum Saxoniæ superiorem pertinet Electoratus *Brandenburgicus*, cui natum nomen à veteri metropoli *Brenneburg*, cujus fundator *Brennus* scribitur; vid. mox n. 2. Terminos habet ab *Occasu* Saxoniam, Misniam & Ducatum Mecklenburgicum; à *Septentrione* Pomeraniam; ab *Ortu* Silesiam & Poloniam; à *Meridie* Lusatiam, Bohemiam & Moraviam. Hujus Marchia dividitur in Superiorem, Inferiorem, Mediam & *Ukeriam*, ubi Prentzlau / *Templinum*, Straßburg / Fürstenberg.

1. *Marchiæ Superioris* oppida sunt 1. *Tangeramunda*

munda ad Albim, prope qvam Angra fl. fontem habet, Caroli IV. aula celebris. 2. *Stendalium*, tanqvam caput hujus Marchiæ. 3. Soldwedel. 4. Gardeleben cum arce Eschnidpa. 5. Osterburg. 6. *VVerbum.* 7. *Senobusum.* 8. Aanburg. 9. Bisemarck. 10. *Bostera.* 11. *Bucka* ad Albim. 12. *Kalba.* 13. *Meslinga* seu *Letzolinga.*

2. *Marchia Media* oppida sunt 1. Brandenburg ad Havelam fl. olim Brenneburg dicta à fundatore Gallorum, Duce Brenno, ut jam dictum; alii à Brandone, Francorum Duce & Marcomiri filio, qvi circa annum Christi 140. has occupabat terras. 2. *Rathenavium* seu Rathenau ad eund. fl. 3. Spandau ad fl. Spree/munimentis firmata urbs. 4. *Colonia* seu Cölln an der Spree / ad discrimen Coloniæ Agrippinæ. 5. *Berlinum*, Electoralis sedes. 6. *Francofurtum ad Oderam*, edita 1252. à Gedino de Hertzberg / jussu Marchionis Johannis I. Academiam fundavit *Joachimus* Marchio an. 1506. 7. *Brietza.* 8. *Belitza.* 9. Bernau. 10. Bellnau. 11. Belltn. 12. Wittenwald. 13. Münchsberg. 14. Bisenthal. 15. Blumenberg 16. Botzau. cum arce Freyenwald. 17. Oderberg. 18. Frisach. 19. Gereswald. 20. Grimmitz. 21. Grünchen den. 22. Grunwald. 23. Koppenick. 24. Luchen. 25. Purstein. 26. Mulrosa. 27. Bertrawich. 28. *Zossa.* 28. Wrutzen. 30. *Selovvium* &c.

3. Inferior seu nova Marchia urbes habet 1. *Costrinum*, seu Costrin, seu Custrin. 2. Landsberg an der Wart. 3. Königsberg. 4. Bernwald. 5. Bern-

5. Bernstein. 6. Bernawick. 7. Berlinick seu Berlinum novum. 8. Arnswald. 9. Tham. 10. Soldin. 11. Fürstenfeld. 12. Bramburg. 13. Driesen. 14. Falckenburg. 15. Kartau. 16. Le Pena. 17. Morin. 18. Schiffelben. 19. Oseмund. 20. Sconfließ. 21. Woldenberg. 22. Zeden. 23. *Zadocum*; qvænam Provinciæ conficiant Novam Marchiam, vid. ap. Dn. Im Hoff not. S. R. I. Procer. lib. 2. c. 8. §. 8.

4. *Fluvii* sunt Odera. 2. Sprea. 3. Albis. 4. Havela. 5. Warta.

5. *Academia* est Francofurtensis ad Oderam.

CATALOGUS
ELECTORUM BRANDENBURGICORUM.

1.	Hugo Comes Wethinensis ob.	1001
2.	Theodoricus hujus nepos	1009
3.	Sigfridus Marchio Stadensis	1035
4.	Otto hujus fil.	1085
5.	Otto II. fil.	1098
6.	Rudolphus frat.	1115
7.	Rudolphus II. fil.	1143
8.	Albertus Ursus, Comes Ascaniæ	1169
9.	Otto Albus, fil.	1198
10.	Otto II. fil.	1206
11.	Albertus II. fr.	1221
12.	Johannes I.	1266
13.	Otto III. fr.	1267
14.	Johannes II. fr.	1283
15.	Otto IV. fil.	1298

16. Conradus I. fil. 1304
17. Johannes III. fil. 1310
18. Waldemarus I. fr. 1317
19. Waldemarus II. Nep. 1319
20. Johannes IV. 1322
21. Ludovicus, Ludovici IV. Imp. fil. 1361
22. Ludovicus II. 1369
23. Otto V. fr. 1379
24. Carolus IV. postea Imper. - -
25. Sigismundus post Imper.
26. Jodocus Marchio Moraviæ ob. 1409
27. Fridericus Burggravius Norimberg. 1440
28. Fridericus II. filius 1470
29. Albertus Achilles 1486
30. Johannes 2. fil. 1499
31. Joachimus fil. 1535
32. Joachimus II. 1571
33. Johannes Georgius 1598
34. Joachimus Fridericus n. 1546. 27. Jan. ob. 1608
35. Johannes Sigismundus fil. n. 1572. 8. Nov. ob. 1614

hic primus Calvinianus factus ob controversiam Juliacensem.

36. Georgius Wilhelmus, fil. n. 1595. 3. Nov. ob. 1646
37. Fridericus Wilhelmus, fil. n. 1620. 6. Febr. ob. 1688. 29. Apr.
38. Fridericus III. modernus Elector defuncti filius, n. 1657. 1. Jul. Matre Luisa Henrietta Nassovia, Henrici Friderici Principis Arau-

Arausionensis & Amaliæ Comitissæ Solmensis filia, qvæ ob. 1667. 1. Jul. anno 1679. 23. Aug. in uxorem duxit Elisabetham Henricam filiam Wilhelmi Landgravii Hassiæ. qvæ ob. 1683. 27. Jun. Secundam duxit an. 1684. 26. Sept. Sophiam Carolam filiam, Ernesti Augusti, Ducis Brunsvicensis & Episcopi Osnabrucensis, è qvâ suscepit anno 1688. mense Augusto,

Fridericum heredem Electoralem.

§. 19.

Porro huc facit *Pomerania* seu Pommern/ ducatus, cujus termini ab *Ortu* Borussia; ab *Occasu* Ducatus Mecklenburgicus; à *Meridie* Marchia Brandenburgica; à *Septentrione* sinus Codanus seu Mare Balticum. Dividitur in citeriorem & ulteriorem.

1. *Citerioris Pomeraniæ* seu Vor-Pommern; ubi præcipua oppida sunt 1. Wolgast. 2. *Grypbiswalda* seu Grypswald / Academia celebris fundata ab Imperatore Friderico III. an. 1458. 18. Oct. 3. Stralsund ad littus maris Balthici olim sedes Ducalis 4. Ukermünde.

2. Ad hanc Pomeraniæ partem referenda est *Rugia* seu Rügen / Insula, cujus caput est *Berga* seu Bergen. Reliqva oppida sunt 1. *Rappin.* 2. *Gingst.* 3. *Rambin.* 4. *Rentz.* 5. *Vilmenitz.* 6. *Muslis.* 7. *Sagart.* 8. *Vick.* 9. *Bingst.* 10. *Jasmunda.* Peninsula &c.

3. *Ulterioris Pomeraniæ* seu Hinter-Pommern/ caput est *Stedinum* seu Stettin ad Oderam. Reliqva oppida dicuntur 1. Colberg. 2. Grippenhag. 3.

Damme. 4. *Stargard.* 5. *NeuStetin.* 6. *Greiffenberg.* 7. *Belgrad.* 8. *Stolpe.* 9. *Rugewald,* 10. *Koßlin.* cum insula *Juliana* ubi *VVollin*, nec non Insula *Usedomia*, ubi *Pudala* & *Usedom.* 11. *Gollnau,* qvam Elect. Brandenb. à Suecis concessam tenet pignoris titulo pro summa 50000. talerorum.

4. *Fluvii* Pomeraniæ sunt Fuhre, 2. Ranaavv, 3. Odera.

5. *Academia* est Gryphisvvaldensis.

6. Qvæ loca Sueco, qvæ Brandenburgico parent; vid. seq cap. §. 3. ubi Sueci enarrantur, reliqvis omnibus ad Brandenburgicum spectantibus.

CAP. LI.

De
CIRCULO SAXONICO INFERIORE.

AD hunc circulum referuntur

§. 1.

Episcopus *Hildeshemius* cujus sedes est *Hildesia* seu Hildesheim / modernus vocatur Jodocus Edmundus à Brabeck, electus 1688. huc pertinet *Budeborg, Grœnow, Badeckenstede, Louwenow, Munrede.* Hac parte terrarum memoratu dignissima Baumanni spelunca (vulgo Baumanshol) os rotundum est, à nimia angustia compositum, mox largius patentis, non longe à primo ingressu è saxo emanat fons aqvæ limpi-

limpidissimæ, qvam nonnulli calculum solvere credunt, hæc excepta vitro & ab omni materia feculenta absens nunqvam corrumpitur semperqve eadem manet: ex altera parte saxa stillant guttas, qvæ decidendo in lapidem album & subdurum concrescunt (cui nomen Tropstein propterea natum.) miras formando figuras: Aditus ad specum distat milliari germanico ab Hildeshemio. vid. Joh. Eckstormii Epistolam, Zachariæ Brendelio, Med. D. Jenensi missam jam. an. 1591.

§. 2.

Episcopus *Lubeccensis*, cujus sedes est *Eutyni* in Wagria; modernus nominatur Augustus Fridericus, Dux Holsatiæ, vid. Im Hoff. Not. S. R. I. p. 166. nomen gerit à civitate & Episcopatus Metropoli *Lubeca* ad fl. Bilevval; notandum hunc Episcopum semper postulari è domo Holsatica; inqve Senatu Principum occupare die Overbanck. vid. Kulpis. ad Montamb. P. I. p. 506.

§. 3.

Ducatus *Magdeburgicus*; olim Archiepiscopatus erat; finito autem tricennali bello, totius Imperii Romano Germanici salutis gratia, cum Elector Brandenburgicus, *Fridericus Wilhelmus*, an. 1648. Seciæ Regi, qvod copiis Germaniam juvaverit, totam cesserit *Pomeraniam citeriorem*, vulgô Vor-Pommern / una cum Insula *Rugia*, & è *Pomerania ulteriori* sive Hinter-Pommern / *Stetinum*, *Gartz*, *Dam*, *Golnau*, Insulam *VVollin*, cum interlabente *Odera* & *mari*, qvod das frische Haff vocant, ejusqve tribus ostiis, Pein / Swine / & Diebenau /

adjacente adhuc utrinqve terra ab initio Territorii Regii usqve in mare Balticum; consensu statuum Imperator in remunerationem dicto Brandenburgico ecclesiasticus qvasdam terras concessit, inter qvas & in hunc Archiepiscopatum expectantiam accipiebat, ita qvidem ut tunc temporis vivens adhuc Administrator *Augustus* Saxoniæ Dux, si moreretur, plenissimum perpetuumq; feudum sit Electoris Brandenburgici Ejusqve legitimorum successorum; Mortuo qvoqve anno 1680. laudato Administratore; *Fridericus VVilhelmus* El. Brandenb. votum & sessionem Archiepiscopatus hujus, jam tunc seculo redditi, Ducatus nomine, ergo, in comitiis cepit; in præsentiarum subest *Friderico* III. moderno Electori Brandenburgico, homagio à subditis præstito, anno 1689. m. Majo.

Oppida hujus Ducatus sunt : 1. *Magdeburgum*. 2. *Halla*, ubi Salini fontes, de qvibus superius. 3. *VVolmerstatt*. 4. *Eglen*. 5. *Stoffurt*. 6. *Totteleben*. 7. *Gerstorp* &c.

De pluribus vid. instrum. Pac. Osnabr. art. XI. §. 6.7.8.

§. 4.

Ducatus *Bremensis*, de qvo superius lib. 4. cap. 37.

Episcopatus *Mindanus*, itidem spectat ad Brandenburgicos ob eandem causam propter qvam Magdeburgicum tenet.

Episcopatus *Halberstadinus*, hodie similiter secularem constituit Ducatum, parens Electori Brandenburgico, feudum an. 1648. creatum ab Imperatore

tore cum consensu Statuum domui Brandenburgicæ perpetuum, ob caussam propter qvam Ducatum Magdeburgicum possidet; de qva vid. præced. §. 3. & Instrum. Pac. art. XI. §. 1.

Oppida sunt: 1. *Halberstadium*. 2. *Gruning*. 3. Aſchersleben. 4. Velten. 5. Aldersleben: 6. Hörburg.

Huc poni meretur Abbatia *Qvedlinburgensis*; Civitas Qvedlinburg. ad fl. Bode, jacet inter Halberstadium & Ermerslebam: olim fœderi Hanseatico addicta erat, sed an. 1477. libertatem amisit, occupata ab Ernesto Saxoniæ Electore, qvod inobediens esset Abbatissæ Hedvvigi, qvæ Electoris soror erat: & ab hoc tempore Electores Saxoniæ jus Advocatiæ Qvedlinburgi obtinet: Evangelicam religionem introduxit Anna Abbatissa & Comitissa Stolbergensis anno 1539. Moderna est Anna Dorothea, Ducissa Saxoniæ, filia Johannis Ernesti, Ducis Saxo-Vinariensis, & Christinæ Elisabethæ, Ducissæ Holsatiæ, è domo Sunderburgica, investita an. 1685. 29. Jan. Abbatia hæc alias qvam illustri loco natas Virgines non admittit.

§. 5.

Ducatus *Brunsvvicensis*, ubi *Brunsvicum* seu Braunſchweig. 2. *VVolfferbytum* seu Wolffenbüttel/Ducum sedes. 3. *Helmestadium* seu Helmſtatt/ Academia celebris, qvæ à primo Rectore & simul fundatore *Henrico Julio*, Duce Brunsvicensi *Julia* vocatur; initium vidit 1576. 15. Oct. Modernus Dux est *Rudolphus Augustus* n. 1627. 16. Maji, Patre Augusto & Matre Dorothea Anhaltina: Regimen impo-

impoſuit fratri tanqvam ſucceſſori (maſcula deſtitutus prole) *Antonio Ulrico* n. 1633. 4. Oct. hic ex Eliſabetha Juliana, filia Friderici Holſato-Norimburgici, Ducis præter 4. filias genuit *Auguſtum VVilhelmum* n. 1662. 8. Martii & *Ludovicum Rudolphum*, n. 1671. 22. Jul. Oppidis addi poſſunt 1. *Goslaria* ſeu Goßlar / civitas Imp. 2. *Hannovera* hodie Ducis *Georgii VVilhelmi*, n. 1624. 16. Jan. Patre Georgio, ſedes. 3. *Oſterwick*. 4. *Hildesheim*, de qva præced. §. 1. 5. *Northauſen*. 6. Ducatus *Anhaltinus*; de qvo præced. c. 49. n. 3. 7. Comitatus *Mansfeldenſis*, de qvo præced. c. 49. n. 4. 8. Comitatus *Benthem*, de qvo præced. cap. 21. §. 29. 9. *Stolbergenſis*, de qvo præced. c. 50. §. 16.

1. *Fluvii* ſunt Albis. 2. Onacra ſeu Ocker ad Brunſvigam. 3. Viſurgis ſeu Weſer. 4. Oltemia ad Halberſtadium &c.

2. *Montes* ſunt 1. Ramelberg. 2. Melibocus &c.

3. *Academia* eſt Helmſtadienſis.

4. *Sylvæ* dicuntur Hartzwald / Solinger-wald &c.

§. 6.

Ducatus *Luneburgenſis*, cujus caput eſt *Luneburgum* ad Elmenam fl. ſedes Ducalis; termini hujus Ducatus ſunt à *Meridie* Brunsvicenſis Duc. ab *Ortu* Saxonia & Brandenburgica Marchio; à *Septentrione* Mecklenburgum, & Holſatia; ab *Occaſu* Archiepiſcopatus Bremenſis & Oldenburgicus Comitatus.

1. Ca-

1. Caput *Luneburgum* seqvuntur *Cella*. 2. *Harburg*. 3. *Bardevvick*. 4. *Danneberga* Comit. 5. Ultzen. 6. Distorff. 7. Barendorff.

2. Fluvii sunt Elmenia seu Elmenau. 2. Obre fl.

§. 7.

Ducatus *Calenbergensis* seu *Hannoveranus*, de qvo præc. §. 5. dictum; oppida sunt 1. *Calenberg*. 2. *Hannover*. 3. *Hamela*. 4. *Gœtinga*.

§. 8.

Ducatus *Grubenhagiensis*, ubi *Grübenhagen*. 2. *Eimbecca*. 3. *Hertzberga*. 4. *Osterroda*. 5. *Gandersum*. 6. Döwegen. 7. Dassel. 8. Northeim. Huc spectat Territorium *Meydeburgense*, ubi Meydeburg/ Vorleben/ Gerwitz / Frolebeu / Saltz / Barby &c.

§. 9.

Ducatus *Mecklenburgicus*, qvi ab *Occidente* partem habet Holsatiæ; à *Meridie* Marchiam Brandenburgensem; ab *Ortu* Pomeraniam; à *Septentrione* Mare Balticum. Oppida sunt 1. *Suerinum* seu *Sverin*, sedes erat Caroli an. 1688. mortui 2. *Gustrovv*. etiam sedes Ducalis; modernus pontificiorum religione amplexa vivit Parisiis, ejus nomen est Christianus Ludovicus n. 1623. Cal. Dec. Patre Adolpho Friderico, qvi ob. 1658. 24. Febr. 3. *Rostochium* seu Rostoch/ Academia celebris fundata an. 1419. 12. Nov. à Sigismundo Imper. rogatu Johannis & Alberti Ducum numero septimo superbit in similitudinem Avennionis, unde proverbium natum.

Sö-

Söwen Thören op S. Marienkerke/
Söwen Straten bey den greten Marckte
Sowen Dohre so dar gaen tho lande/
Söwen Kopmans bruggen bey dem Strande/
Söwen Tören so op dem Raethus staen/
Söwen Linden in dem Rosengarden/
Dat sind die Rostocker Kennemarcken.

4. *VVismaria* seu Wißmar/ hac in urbe Suecus erexit summum Tribunal an. 1653. 17. Maji, Præside *Comite de Ochsenstirn*, dictoqve anno 12. Sept. janua aperiebatur Appellationis Judicii; qvo tempore 83. Processus gerebantur vid. Contin. Theatri Europ. ad an. 1653. p. 424. 5. *Fichela*. 6. Sterneberg. 7. Neu Buckow. 8. Neu Brandenburg. 9. Kedebusch. 10. Domitz. 11. Warnemund. 12. Neu Kalen 13. Suitz. 14. Bolkow. 15. Butzow. 16. *Dobberti*. 17. *Lubeca* seu Lubeck/ cujus mentio facta præced. §. 1. ad confluentes Dravenna & Svvarda: portu celebris & vallo, fossaqve munita.

Academia est Rostochiensis.
Fluvii Dravenna, 2. Svvarda.

§. 10.

Ducatus Holsaticus habet à *Meridie* Albim & partem Ducatus Meckelburgensis; ab *Occasu* Mare Germanicum; à *Septentrione* Jutiam; ab *Ortu* Mare Balthicum. Dividitur in *Holsatiam*, *Vagriam*, *Dithmarsiam*, & *Stormariam*, olim Comitatus erant postea verò à *Friderico* III. Imper. rogatu Christiani I. Daniæ R. in Principatus mutati.

1. *Hol-*

1. *Holsatia* seu Holstein / oppida habet *Chilonium* seu Kiel / cujus Academia celebris fundata an. 1666. à Christiano Alberto Duce Slesvici & Holsatiæ; portu nobilissimo gaudet. 2. *Melster*. 3. Reinholdsburg. 4. Meldorff. 5. Segenberger Heide. 6. Nieu[illegible]ster.

2. *Vagriæ* oppida sunt 1. Oldenburg. 2. Plön/ sedes Ducis *Johannis Adolphi* n. 1634. 8. Apr. Patre Joachimo Ernesto, qvi ob. 1671. 5. Oct. & Matre Augusta Dorothea Holsata. E Dorothea Sophia Rudolphi Augusti Duc. Brunsvicens. filia genuit *Adolphum Augustum* n. 1680. 29. Mart. & *Joachimum Ernestum*, n. 1681. 31. Aug. 3. Gronneberg. 4. Pretze. 5. Lutkenborg. 6. Insula *Femeren*. 7. *Gikovv*. 8. *Stabuy*.

3. *Stormariæ* oppida sunt *Hamburgum* seu Hamburg ad Albim opulentissimum Emporium, munimentis firmata urbs; nomen habet à sylva *Ham*, & castello, *burg*, dicto veteribus; unde Hamburg natum; post Lubecam Hanseaticarum primas fert. vid. Atl. Min. P. I. p. 182. &c. Aliqvoties Rex Daniæ militibus huic urbi imminuit; novissimè exstructa classe anno 1686. eam petiit, sed vicinorum auxiliis munitam vincere non poterat, unde & ab ulteriori armorum seqvela destitit, sub declaratione 1686. 8. Oct. qvd Pacta Pinnebergensia de novo vigere jussit: Eam exhibet Kulpisius ad Monzambano. P. I. p. 587. 2. Pinneberg pactis inter Hamburgenses & Regem Daniæ initis clara. De qvibus vid. laudatum Kulpis. ad Monzamb. P. I. p. 587. &c. 3. *Colmaria* seu Colmar. 4. Utersen. 5. Krempe. 6. Jetzehe

Jeßehe. 7. Glückstatt / sedes Ducis Christiani n. 1627. 19. Jun. Patre Philippo, qvi ob. 1663. 27. Sept. & Matre Sophia Hedvvige, Duc. Saxo-Lauenburgici filia. 7. Bramstede. 8. Bredeberch. 9. Lindforder Heide.

4. *Dithmarsiæ* oppida sunt 1. Lunden. 2. Meldorp. 3. Eiderstede. 4. Mulsted. 5. Suavestede. 6. Hein. 7. Nyekerken. 8. Arkebeck. 9. Delve. 10. Tellingstede. 11. Surbaste. 12. Brunsbuttel. 13. Heuningstede.

5. *Academia* titulo Chilonium superbit.

6. *Fluvii* nobiliores sunt 1. Albis. 2. Eidera. 3. Sorg. 4. Mile. 5. Suentin. 6. Travena.

7. *Sylvæ* vocantur 1. Borcholtz. 2. Alversdorffenholtz. 3. Resenwald &c.

§. II.

Ducatus Saxo-Lauenburgicus terminatur à *Septentrione* Holsatiæ & Mecklenburgici Ducatuum partibus; à *Meridie* Luneburgico Ducatu; ab *Ortu* Dannebergico Ducatu; ab *Occasu* Albi fl. & parte Luneburgici Ducatus. Oppida sunt 1. Lawenburg. 2. Dam. 3. Edenburg. 4. Neu Wittenberg. 5. Horn. 6. Langested. 7. Ertenborg. 8. Nyhenburg &c. Modernus Dux est *Julius Franciscus* n. 1640. Patre Julio Henrico, qvi ob. 1665. 11. Nov. & Matre Anna Magdalena Popelia Lobkovvitzia. Anno 1668. 9. Apr. in uxorem duxit Mariam Hedvvig Christiani Augusti Comitis Palatini zu Sultz filiam.

Fluvii hunc Ducatum vigantes sunt Albis & Elmenau.

§. 12

§. 12.

Comitatus Danneberg*icus* cujus mentio facta præced. §. 7. oppida sunt *Danneberg.* 2. *Gartow.* 3. *Berge.* 4. *Luchaw.* 5. *Distorf.* 6. *Domitz.* 7. *Garlosen.* 8. *Schnackenburg.* 9. *Lentzen.*

§. 13.

Comitatus *Ranzovius* ubi Ranzaw. vid. præced. lib. 4. c. 41. §. 13.

CAP. LII.
DE
LUSATIA SEU
Laußitz.

HIc Marchionatus terminatur à *Septentrione* Marchia Brandenburgica; ab *Ortu* Ducatu Grossensi & Silesiæ parte; à *Meridie* Bohemia; ab *Occasu* Misnia & Saxonia pertinet partim ad Regem Bohemiæ, partim ad electorem Saxoniæ, partim ad Duces Saxoniæ, partim Brandenburgici Juris.

§. 1.

Dividitur in superiorem & inferiorem, illa vocatur *Hexapolitana* à sex urbibus primariis v. g. 1. *Budissina*, Bautzen. 2. *Gorlitium* Görlitz. 3. *Sittavium*, Zittaw. 4. *Camitium*, Camitz. 5. *Lauba*, Lauben. 6. *Libavia* seu Libaw.

§. 2.

Inferioris op. sunt 1. *Sorava*, Soraw. 2. *Guba*, Guben. 3. *Luba*,

3. *Luba*, Luben. 4. *Lucken* 5. *Calaw* & hæc oppida Juris Saxonici sunt; seqventia Brandenburgicum recognoscunt. *Cotbus* 2. *Peytzen*. 3. *Sora* 4. *Tribels*. *Sonnewald*. 6. *Barrut*. 7. *Spremberg*.

§. 3.

Fluvii sunt 1. Nissa. 2. Qveiss. 3. Bober. 4. Spree.

CAP. LIII.

De REGNO BOHEMIÆ.

§. 1.

HOc Regnum montibus & sylvis cinctum, habet à *Meridie* terminum Austriam; à *Septentrione* Misniam & Lusatiam, ab *Ortu* Silesiam cum Moravia, ab *Occidente* Bavariam & Franconiam.

§. 2.

Pertinet ad domum Austriacam; Rexqve simul Elector & Archi-Pincerna S. R. I. est, cujus subofficialis in Pincernatu audit Baro de Limburg, des R. R. Erbschencke. idqve in Imperio; nam in aula Bambergensi ejus subofficialis est Nobilis ab Aufsaß: Olim arg. art. 7. Aur. B. Status Bohemiæ privilegio gaudebant eligendi Regem, (mortuo priori) qvi simul Elector esset: vid. Withelm. Becker Synops. Jur. publ. p. m. 228. postea vero anno 1620. durante bello Bohemico, victoriaqve ad Pragam urbem

lem in monte albo seu Weissenberg à Domo Austriaca reportata, illud amiserunt, dum ex electitio hereditarium evaserit Regnum Archi-Ducibus Austriæ, qvæ mutatio per Instrumentum Pacis deinde confirmabatur. vid. Author Octov. Cap. 14. §. 26. p. m. 168. nec non Author der Beschreibung des H. R. Reichs teutscher Nation p. 2. c. 5. p. m. 77. Qui omnem hujus Regni historiam legere vult, evolvat Johann. Dubravii Olumuzensis, Episcopi tractatum qvem Historiam Bohemiæ nominat; cui addidit Thomas Jordanus Med. Genealogiam Episcoporum, Regum, Ducumqve hujus Regni annexa Æneæ Sylvii Cardinalis appendice de origine & gestis Bohemorum; liber impressus iterum est Francofurti an. 1687. Addi poterit Staats Prognostici continuation de anno 1688. p. 234.

§. 3.

Caput Regni est *Praga* ad Moldaviam, Regum sedes quondam, celebris Academia anno 1360. à Carolo IV. fundata, imprimis eam floruisse scimus sub Rectoratu Johannis Hussi, qvo tempore 44000. & ultra numerabantur. Divisi erant ab initio in certas *Nationes*, cum vero *Wenceslaus*, Caroli IV. filius, majora (præ aliis) concedere Bohemis vellet privilegia anno 1409. Germani aliarumqve Nationum Doctores & Professores stipati magno Studiosorum numero, Lipsiam migrarunt qua in urbe propterea eodem anno 12. Nov. Academia introducta fuit, adeoqve decrementum Pragensis initium erat incrementi Lipsiensis vid. cit.

Æneas Sylvius. Schweder introduct. in Jus publ. p. 316. Anno 1689. 21. Junii St. N. adeo sæviit flamma ut non tantum tria millia & amplius ædificiorum corruerint, sed & inter cineres ad 400. usq; combusta mortalium cadavera fuerint reperta; materiam igni concedisse creditur gallica natio, unde nonnulli vinculis qvoqve tenentur.

§. 4.

Omne Regnum in XIV. circulos dispescitur qvos Carolinos vocant, & sunt seqventes:

1. *Caurzimanus* ubi 1. *Caurzima.* 2. *Colin.* 3. *Bömisch.* 4. *Broda.* 5. *Gilow.* 6. *Prandis.*

2. *Hradecensis* ubi 1. *Hradecium Reginæ* seu König in Krätz. 2. *Jaromissa* 3. *Patiebrod.* 4. *Gizin.* 5. *Trautnau.*

3. *Chrudimensis* ubi 1. *Alta Myta* seu Chrudim 2. *Littomissel.* 3. *Paumberg.* 4. *Pardubietz.* 5. *Przelautsch.*

4. *Czaslaviensis*, ubi 1. *Czaslavia* seu Czaslaw 2. *Luterberg.* 3. *Detsch.* 4. *Broda.*

5. *Bechinensis*, ubi 1. *Budiegovicum* seu Budeweiss. 2. *Tabor.* 3. *Trzebona.*

6. *Ultravienſis*, ubi *Sedlissa* seu Sedlczany. 2. *Bistritz.* 3. *Teyn.* 4. *Bechin.*

7. *Podberdscensis*, ubi 1. *Berauna* 2. *Carlstein.*

8. *Prachensis*, ubi 1. *Pisecа.* 2. *Sussice* 3. *Prachatiz.* 4. *Crumlaw.* 5. *Budna.*

9. *Pilsnensis*, ubi 1. *Pilsna.* 2. *Glattaw.* 3. *Taus.* 4. *Tachaw.* 5. Miesz. 6. *Strzibro.* 7. *Kokizen.*

10. *Zatecensis*, ubi 1. *Zatecium* seu Ziateck. 2. Sa[illegible]kerkreiß. 3. Saß. 4. *Bruck.* 5. Laden. 6. *Chomutoria.*

11. *Ra-*

11. *Racovnicensis*, ubi 1. *Racovnium* seu Rakonick. 2. Straßitz.

12. *Slanensis*, ubi *Slana.*

13. *Lietomierzicensis*, ubi 1. *Lietomierzia* seu Leitomeritz. 2. *Aussig.* 3. *Melnick.*

14. *Boleslaviensis*, ubi *Nymburgum.* 2. *Boleslavia vetus* seu Alt Büntzel. 3. *Boleslavia nova* seu Neu Büntzel. 4. *Betanica.* 5. *Limpurgum.* 6. *Lisse.*

§. 5.

Accesserunt Circulis hisce qvindecim.

1. Comitatus *Gladscanus*, ubi 1. *Gladscum* seu Glatz. 2. *Landeck.* 3. Wündschelburg. 4. *Chelnau.* 5. *Leria.* 6. *Reinhertz.*

2. Ditio *Hebana sive Egrana*, ubi *Egra* seu Eger.

3. Ditio *Loctensis sive Cubitana*, ubi 1. *Locta* seu Ellenbogen 2. *Thermæ Carolinæ* seu Carls-Bad/ ubi thermæ de qvibus superius. 3. *Vallis Joachimica* seu Joachimsthal. 4. *Sclackenwalda.*

§. 6.

Academiæ titulo sola Praga superbit.

§. 7.

Fluvii nobiliores sunt 1. Egra. 2. Albis. 3. Multavia incolis Ultaw. 4. Saffava. 5. Gisera. 6. Misa. 7. Zatzaw.

§. 8.

Sylvæ sunt 1. Gabreta. 2. Hercinia in specie der Böhmerwald. 3. Passauerwald. 4. Der Schieb.

§. 9.

CATALOGUS, REGUM BOHEMIÆ.

1. Uradislaus Rex ob. - - 1093

2.	Predislaus	1126
3.	Uladislaus II.	1178
4.	Premislaus	1231
5.	Wenceslaus I.	1252
6.	Ottocarus	1280
7.	Wenceslaus II.	1305
8.	Wenceslaus III.	1306
9.	Henricus Com. Tyrol	1309
10.	Joh. Lutzelburgicus electus	1312
11.	Carolus IV. Imp. ob.	1378
12.	Wenceslaus III. Imp. ob.	1419
13.	Sigismundus Imp. ob.	1437
14.	Albertus II. Imp. ob.	1439
15.	Ladislaus ejus fil. ob.	1458
16.	Georgius Podiebradus fit Rex 1458. ob.	1471
17.	Ladislaus Casimiri Poloniæ Reg. fil. fit Rex.	1471
18.	Ludovicus	1529
19.	Ferdinandus I. Imp. ob.	1564
20.	Maximil. II. Imp. ob.	1576
21.	Rudolphus II. Imp. ob.	1612
22.	Matthias Imp. ob.	1619
23.	Ferdinandus II. Imp. ob.	1636
24.	Ferdinandus III. Imp. ob.	1657
25.	Ferdinandus IV. Imp. Rex Roman. ob.	1653.
26.	Leopoldus modernus Imp. adhuc Regno huic præest.	

CAP.

CAP. LIV.

De

SILESIA.

§. 1.

S*ilesia*, ampla divesq; regio, Ducatus audit, XVII. Principatus, & qvatuor Baronias continens, ab initio Poloniæ Regibus subdita. anno 1300. in Bohemorum fidem se contulit: Nomen Provinciæ natum existimant à Monte *Silens*.

Termini Ejus sunt ab *Occasu* Lusatia, Misnia & Bohemia: à *Meridie* Moravia & Bohemia; *ab Ortu & Septentrione* Poloniæ Regno.

§. 2.

Divisio fit in Superiorem & Inferiorem, cuilibet sunt Principatus & Baroniæ.

Silesiæ *Superioris* Principatus sunt qvinq; seqventes; & unica Baronia *Plessensis*.

§. 3.

Teschinensis Principatus oppida ostendit 1. *Teschina* seu Teschen, 2. *Fredeck* 3. *Skokow.* 4. *Jablunkow,* 5. *Freystatt.* 6. *Dielitz.* 7 *Schozaw.* 8. *Strumen.* 9. *Mischkaw.*

§. 4.

Oppaviensis Principatus oppida sunt: 1. *Oppavium* seu *Troppau* 2. *Freudenthal.* 3 *Kranowitz.* 4 *Wagstatt.* 5. *Frieslaw.* 6. *Oder.* 7. *Heltschin.* 8. *Runsberg,* possidetur hodie à *Carolo Eusebio* Principe Liechtensteinio cujus Parens Carolus Eum acqvisivit; è Johanna Beatrice Pr. Diedrichsteinia genuit *Johannem*

Adamum Andream qvi itidem an. 1681. 16. Febr. cum matrueli sua Erdmuthi Theresia Sophia Pr. de Dietrichstein nuptias celebravit.

§. 5.

Carnoviensis Principatus oppida sunt 1. *Carnovia* seu Jägerndorff. 2. Lübschütz. 3. Zaudiß. 4. Boberaw &c. Hic Principatus anno 1524. à Ludovico R. Bohemiæ ob administratam fideliter tutelam, in animi gratitudinem, *Georgio* Marchioni Brandenburgico donabatur; à qvo tempore feudi titulo possidebatur à Domo Brandenburgica, usqve ad *Johannem Fridericum*, Joachimi Friderici Elect. filium, qvi à Ferdinando II. Imp. eo privabatur accusatus de crimine commissæ feloniæ, qvod Friderico V. Elect. Palat. contra Dominum suum in bello Bohemico, astiterit; collato in Carolum Principem Liechtensteinium, exceptis dynastiis tribus *Oderberg*, *Beuden* & *Tarnowitz* quas Comites Henckii possident: Modernus possessor hujus Principatûs est Idem ille qui tenet Oppaviensem §. præc. expositum.

§. 6.

Ratiboriensis Principatûs loca primaria sunt 1. *Ratiboria* seu Ratibor, 2. *Oderbung*. 3. *Sora*. 4. *Rybrick*. 5. *Pilhowitz*.

§. 7.

Oppoliensis oppida sunt 1. *Oppolium* seu Oppelen. 2. Klein *Gloga*. 3. *Goßa*. 4. *Friedland*. 5. *Falckenberg*. 6. *Strelitz*. 7. *Tramowitz*. 8. *Kleibitz*. 9. *Rosenberg*. 10. *Leschnitz*.

§. 8.

Baronia *Plessensis* oppida amat 1. *Plessa*. 2. *Mickolaw*. 3. *Mischlowitz*. 4. *Berohn*.

Silesiæ *Inferioris* Principatus sunt XII. seqventes cum tribus Baroniis.

§. 9.

§. 9.

Bregensis Principatus oppida exhibet 1. *Bregaw* seu Brieg. 2. Olaw. 3. Strelen. 4. Nymtsch. 5. Sterna. 6. Reichstein. 7. Wintzig. 8. Herrnstatt. 9. Rltschen. 10. Pitschen. 11. Kreutzberg. Hoc feudum rediit ad Seniorem, *Leopoldum* nim. Imp. modernum anno 1675. emortua in *Georgio Wilhelmo* Pyasteorum Principum stirpe; vid. Daniel Caspar von Lohenstein Lobschrifft in memoriam hujus Principis editam.

§. 10.

Lignicensis Princ. oppida nominantur 1. *Lignitium* seu Lignitz. 2. Hain. 3. Luben. 4. Goldberg. 5. Wolstatt. 6. Parchwitz. rediit ad Imperatorem eodem titulo & anno qvo præcedens.

§. 11.

Volaviensis Princip. oppida vocantur 1. *Volavia* seu Wolau. 2. Jtwenstatt. 3. Rutzen 4. Koben. 5. Rauten. 6. Steinau. 7. Wintzig. Iidem Augusto obvenit anno 1675. sicuti duo præcedentes deficientibus sc. Pyasteis.

§. 12.

Münsterbergensis Princ. oppida dicitur. *Münsterberga*. 2. *Franckenstein* 3. *Reichstein*. 4. *Silberberg* &c. Hunc Principatum emortua anno 1647. in Carolo Friderico Münsterbergensium familia, Ferdinandus III. Imp. in feudum iterum concessit *Johanni Wicardo* Dynastæ ab Auersperg, qvem Principali simul dignitate donabat, ita ut hodiernis temporibus audiantur Principes Aurspergici & Münsterbergenses; Modernus qvi familiam ducit nominatur *Ferdinandus* fil. Johannis Wicardi & Mariæ Catharinæ C. de Losenstein. Ex Anna Maria C. ab Herberstein prolem hactenus non vidit: Fratres adhuc habet Franciscum Carolum & Leopoldum cum 4. sororibus. §. 13.

§. 13.

Vratislaviensis Princ, oppida perhibentur 1. *Vratislavia* seu Breslau. 2. *Neumarck.* 3. *Namslaw*, 4 *Lise.* Modernus Episcopus & Princeps est *Franciscus Ludovicus*, Dux Neuburg. electus an. 1683 30. Jun. filius Philippi Wilhelmi Elect. Palat. & Elisabethæ Amaliæ, Georgii Hassiæ Landgravii lineæ Darmstadiensis, nat. 1664. 24. Jul.

§. 14.

Oelsnensis Princ. oppida audiunt 1. *Olsna* seu Olse 2. *Bernstatt.* 3. *Trebnitz.* 4. *Festenberg* : Moderni possessores sunt *Sylvius Fridericus* D. Würtemberg. nat. 1651. 21. Febr. Patre Sylvio Nimrodo qvi hunc Ducatum ab Augusto in feudum accepit, ob ductam Elisabetham Mariam. Caroli Friderici Duc. Munsterbergici & Oelsnensis unicam filiam & heredem quæ anno 1686. m. Mart. obiit,) & Elisabetha Maria Münsterbergica, Matre, ex Eleonora Carola Montpelgardensi uxore hactenus prolem non vidit; incolit oppidum Olse :

Frater ejus *Christianus Ulricus* n. 1652. 9. Apr. *Bernstadii* sedem habet; è priore uxore Anna Elisabetha Anhaltina superstitem habet filiam Sophiam Angelicam an. 1677. 20. Maji, natam ex posteriori Sibylla Maria Duc de Mœrseburg, genuit Christinam Mariam n. an. 1685. 7. Aug.

§. 15.

Crossensis Princip. oppida habet 1. *Grosna* seu Grossen 2. *Züllch.* 3. *Bobersberg.* 4. *Sommerfeld.*

Hic ducatus subest Electori Brandenburgico, Novæ Marchiæ adjunctus, pervenit ad hanc domum occasione

casione Matrimonii qvod Henricus II. ultimus Dux Glogoviensis, & Crosnensis cũ Barbara Alberti Elect. Brandenb filia inijt, cui prole destitut⁹ loco dotalitij, eũ legaverat; licetq; Brandenburgicis propterea à *Johanne* Duce Saganensi cõtroversia mota fuerit, nihilominus illi obtinuerunt & anno 1588. *Joachimus* II. Elect. Brand. ab Imp. Ferdinando pleno Jure Ducatum nactus est.

§. 16.

Grotkaviensis Princ. oppida leguntur. 1. *Grotkau*. 2. *Ziegenhals* 3. *Zuckmantel*. 4. *Freiewalden*. 5. *Nissa* seu Neis. 6. *Othmachau*. 7. *Wamsen*. 8. *Hoheplotz*.

§. 17.

Suidnicensis Princ. oppida sunt 1. *Suidnicium* seu Schweinitz. 2. *Strigovia* seu *Striege*. 3. *Freiberg*. 4. *Reichenbach*. 5. *Gotsberg*. 6. *Zolten*. 7. *Polckenhain*. 8. *Landshut*. 9. *Zotenaw*. 10. *Friedberg*. 11. *Friedland*. 12. *Waldberg*. 13. *Lüben*. 14. *Johansberg*.

§. 18.

Jauraviensis Princ. oppidorum nomina sunt 1. *Jauravia* seu Jauer 2. *Naumburg*. 3. *Lemberg*. 4. *Hirschberg*. 5. *Butslaw*. 6. *Schonaw*. 7. *Greiffenberg*. 8. *Labn*. 9 *Liebenthal*. 10. *Schmiedberg*. 11. *Kupfferberg*.

§. 19.

Glogoviensis Princ. oppida complectitur 1. *Glogoviam majorem* seu groß Glogaw 2. *Bethaniam* seu Beuthen. 3. *Freystatt*. 4. *Sprottaw*. 5. *Grumberg*. 6. *Schlawe*. 7. *Wartenberg*. 8. *Primka*. 9. *Gubr*. 10. *Sprotta*. 11. *Polkewitz*.

§ 20.

Saganensis Princ. oppida laudantur 1. *Saganum* seu Sagan. 2. *Pribus*. 3. *Naumburg*. 4. *Freywald*. obedit *Ferdinando Augusto Leopoldo* Principi Lobkowitzio Wen-

Wenceslai Eusebii (qvo ab Imp. Ferdinando III. nummis eum acqvisiverat an. 1646.) & Augusta Sophia in Sultzbach Matre, nat. 1655. 7. Sept. è priori uxore Claudia Francisca Nassovicam superstitem heredem habet Philippum n. 1680. 25. Febr. ex altera nim. Maria Anna Willhelmina de Baden, illi itidem superest heres *Josephus Antonius Augustus* n. 1681. 15. Apr.

§. 21.

Baroniæ Inferioris Silesiæ sunt tres seqventes. 1. *Trachenbergensis*, ubi 1. *Trachenberg*. 2. *Prausnitz*. 2. *Militiensis*, ubi 1. *Militsch*. 2. *Freyham*. 3. *Zulauff*. 3. *Wartembergensis* ubi 1. *Wartemberga*. 2. *Brallin*.

§. 22.

Fluvii Silesiæ sunt 1. Odera 2. Oppa. 3. Bober. 4. Sprée 5. Barsch. 6. Warta.

CAP. LV.

De

COMITATU GLATZ.

§. 1.

Hic Comitatus Regi Bohemiæ obedit, terminatus undiqve montium jugis sic ab *Ortu* adest Wiesenberg & güldene Esel: à *Meridie* adsunt Sudeti, qvorum maxumus Schneberg audit; à *Septentrione* eminent Böheimsberg & Silberberg: ab *Occasu* Riesenberg.

§. 2.

Caput est Glatz; reliqva oppida sunt 1. Holenau. 2. Wunschelburg. 3. Silberberg. 4. Wedeldorf. 5. Neudeck. 6. Raupschwitz. 7. Oberstein. 8. Mittelstein. 9. Ha-

9. Habelswerd. 10. Gersdorff. 11. Brisnitz. 12. Wartz. 13. Niederhanßdorff. 14. Laudeck. 15. Middelwalde. 16. Schonfeld. 17. Ruchers. 18. Reinertz.

§. 3.

Fluvii sunt 1. Neisse. 2. Steine. 3. Biele. 4. Weistritz.

CAP. LVI.

De

MORAVIA seu Mähren.

Hic Marchionatus cui nomen à Moravia seu Marhe fl. itidem à Bohemia dependens terminatur à *Septentrione* Comitatu Glacensi, ab *Ortu* Silesiæ & Hungariæ partibus, a *Meridie* Austria, ab *Occasu* Bohemia.

§. 1.

Metropolis Marchionatus est *Brunna* seu Brin. reliqva oppida sunt 1. *Olmucium* seu Olmutz sedes Episcopalis 2. *Znoymum* seu Znaim 3. *Giblova* seu Iglau 4. *Kremsir.* 5. *Radisch.* 6. *Neustatt.* 7. *Niclosburg.* 8. *Weiskirchen.* 9. *Bbserlitz.* 10. *Mescritsch.* 11. *Tobitschaw.* 12. *Wagstatt.* 13. *Fitschheim.* 14. *Giebe.* 15. *Gradiscus*, ubi montes Sudetæ thus masculum proferunt &c.

§. 2.

Illustriores fluvii sunt 1. *Moravia* seu Marhe. 2. *Theya* seu Deins 3. *Igla* ad Iglau. 4. *Odera* ad Olmutz fontem habens. 5. *Hama.* 6. *Nigra* seu Suittwa ad Brin.

§. 4.

Montium celebriores sunt Sudetæ ad oppidum Gradiscum thuris myrrarumq; feraces.

§. 5.

§. 5.

Sylvas Orcinium & Gabretam complectitur.

CAP. LVII.

De

AUSTRIA seu Oestreich.

HIc Archi-Ducatus olim Pannonia superior dictus totius Europæ unicus est, nomen habens à regno Francorum meridionali, quod *Austrasiam* vocarunt sicuti occidentale *Westrasiam* dixerunt; Terminos sortitur à *Septentrione* Moraviam; ab *Ortu* Hungariam; à *Meridie* Stiriam; ab *Occasu* Bavariam.

§. 1.

Dividitur in inferiorem quæ *inter Danubium*, Bohemiam & Tejam fl. sita germ. Länder unter Enß: & *Superiorem* seu Land ob der Enß. Illius caput est *Vienna* seu Wien urbs magnifica ac splendida, Cæsarum Austriacorum Sedes ad Danubium. Academia celebris fundata à Friderico II. Imp. an. 1237. juxta *Middendorpium* tr. de Academ. l. 5. p. 299. Alii originem referunt ad an. 1356. sed hoc anno Albertus III. Archi-Dux Austriæ forsitan novis privilegiis eam donabat; alii ad an. 1361. Sed & hoc Leopoldus II. Archidux non nisi novis eam ornavit privilegiis; ita ut prior opinio & aliis placeat vid. *Bucholcer. Ind. Chron. ad hunc annum. Atl. Min. p. 1. p.* 342. Sedes itidem Episcopi hic est qvi tamen non status Imperii

rii ut alii Episcopi; Porro Judicio Aulico tanqvam Imperii totius altero summo dicasterio clara urbs, cujus origo rectius refertur ad tempora Imperatorum cum Imperium esse cœperit; reformatum est hoc judicium à *Ferdinando* I. Imp. nova instructum ordinatione, ut eo tempore faciem hodiernam fere acceperit. Præterea & aliud aulicum Judicium hic est minoris autoritatis germ. Der Kayserliche Hoffrath qvem Senatum Maximilianum I. instituit. Adhuc servanda ejus memoria propter viriliter gustatum 5. mensium obsidionem corona 180000. Turcarum anno 1683. 2. Jul. cingi cœpta, iterum liberabatur 2. Dec. ejusd. anni.

§. 2.

Reliqva inferioris Austriæ oppida sunt 1. *Neapolis* seu Newstatt. 2. *Cremesia* seu Crems. 3. *Vindelbona*. 4. *Juliobona* olim Imp. sedes. 5. *Wolfgersdorf.*

§. 3.

Superioris caput est *Lintzia* seu Lintz, nobile ad Danubium emporium cum oppidis 1. *Ovilia* Wels. 2. *Anassum* Ens. 3. *Freystatt*. 4. *Welchering*. 5. *Nann*. 6. *Freyenstein*.

§. 4.

Academia est Viennensis.

§. 5.

Fluvii nobiliores sunt Danubius. 2. Teja. 3. Amisius seu Ems.

CAP.

CAP. LVIII.

De RELIQVIS CIRCULI Austriaci partibus.

§. 1.

DUcatus *Styriæ* primum hic locum occupat, germ. Steyrmarck agnoſcens terminos a *Septentrione* Auſtriam; ab *Ortu* Hungariam. a *Meridie* Carniolam; ab *Occaſu* Carinthiam & Salisburgenſem Archiepiſcopatum. Nomen accepit a *Tauriſcis* populis a bove ſeu Stier dictis: ab initio Marchionatus erat, poſtea a Friderico Barbaroſſa in Ducatum evecta domui Auſtriacæ dono ceſſit.

1. Dividitur in ſuperiorem & inferiorem. *Illius* caput eſt *Judenberg* & oppida 1. *Muripons* ſeu Bruck an der Muer 2. *Leuben* 3. *Kobenez.*

Inferioris vero *Græcia* ſeu Grætz. oppida reliqva ſunt 1. *Rachelburg.* 2. *Marchburg.* 3. *Petraw.* 4. *Caniſia.* 5. *Kermend.* 6. *Rackotburn.* 7. *Voytſperg.* 8. *Lutenburg.* 9. *Gloych.* 10. *Sleyſdorf.* 11. *Herberſtein.* 12. *Furſtenfeld.* &c.

2. Huc ſpectat Comitatus *Celejenſis* ubi *Celeja* *Cilley.*

3. Baronia *Stuppach.* qvæ in præſentiarum cum *Steirsberg. Stickelberg. Reitenau. Saxenbruen. Neuhaus* &c. ad Comites Wurmbrandios pertinet.

4. Baro-

4. Baronia *Stubenberg* etiam huc referenda, ubi 1. Stubenberg. 2. Karpffenberg.

5. Fluvii hujus Ducatus sunt 1. Mura. 2. Dravus. 3. Lausnitz. 4. Kaynach. 5. Radmar.

§. 2.

Ducatus *Carinthia* seu Kärndten / nomen trahens à *Carnis* populis, terminatur à *Meridie* Carniola; ab *Ortu* Stiria; à *Septentrione* eadem & Salisburgensi Archiepiscopatu; ab *Occasu* eodem & Tyrol. pertinet ad domum Austriacam.

1. Dividitur in superiorem & inferiorem. *Illius* caput est *Julium Carnicum* seu Villach ad Dravum fl. oppida sunt 1. *Draburg*. 2. *Ortenburg*.

Inferioris caput est *Claudiopolis* seu Clagenfurt/ cujus oppida sunt 1. *Santovicus*, seu St. Veit ad Glana fl. Ubi Episcopus *Gurcensis*, cujus sedes est Straßburg. Modernus vocatur Johannes von Goës, Baro. 2. Volckmar. 3. Wolffsberg ad fl. Levando. 4. *Fanum S. Leonhardi* seu St. Leonhart. 5. Gurckthal. 6. Labach.

2. *Fluvii* sunt Mura. 2. Sackfach. 3. Dravus. 4. Lyser. 5. Amisius seu Ems. 6. Schleinizca. 7. Lavanda.

3. *Lacus* sunt 1. Mulsettersee. 2. Oßlachersee. 3. Werdsee. 4. Lavandsee. 5. Judenburger-See. 6. Weyssee.

4. *Montes* sunt 1. Gasteintaurn. 2. Villacher-taurn. 3. Rastattertaurn. 4. Karnentaurn. 5. Modringalben. 6. Scribisalbn. 7. Sanalbn. 9. Silberberg. 9. Kasberg.

5. *Sylvæ* sunt Hirschpuhl. 2. Priewald.

§. 3.

Carniolæ Ducatus seu *Krain* habet à *Septentrione* Styriam; ab *Ortu* Sclavoniam & Croatiam; à *Meridie* Alpes & forum Julii; ab *Occasu* Tyrolensem Comitatum.

1. Dividitur in Superiorem & Inferiorem. *Illius* caput est *Craynburg* à populis Carnis nominatum; oppida sunt 1. *Stain.* 2. *Monsbourg.*

Inferioris caput est *Lubiana* seu Laubach; inter oppida etiam *Igg* invenitur.

2. Huc pertinet *Vinidorum Marchia* seu Windisch Marck / cujus termini sunt Carinthia, Croatia, Sclavonia, & Comitatus Cylli caput habet Seissenburg cum oppidis 1. Gurchfeld. 2. Wergel. 3. Rodelswerth. 4. Seissenburg. 5. Gotsche. 6. Ratzenfeld. 7. Wettling. 8. Carlstatt. in finibus Croatiæ olim dicta Magatz.

§. 4.

Tyrolis Comitatus Europæ maximus Rhetiæ partem obtinens, ob fructuum rerumqve ad sustentationem vitæ necessariarum, nec non auri, argenti, omnisqve generis metallorum copiam dives, Regno æqviparari potest; nomine detracto arci Tirolensi terminatur ab *Ortu* Carinthia, Foro Julii & Marchia Trevisana; à *Meridie* Alpibus & Lombardia; ab *Occasu* Rhætia & Helvetia; à *Septentrione* Bavaria.

Caput est *Ænipons* seu Inspruck / Archiducum sedes, Academiam erexit Leopoldus Imp. an. 1677. Reliqva oppida sunt *Brixia* seu Brixen / sedes Episcopalis; modernus Episcopus vocatur Paulinus

Mair,

Mair, elect. 1677. vid. Im Hoff. not. S.R.I. p.157. 2. *Bozzenum* seu Potzen. 3. Landeck. 4. Hall. 5. Trient/ de qva supr. cap. 46. lib. 4.

§. 5.

Porrò ad hunc circulum pertinent 1. *Civitates sylvestres*; de qvib. lib. 4. cap. 15. §. 7. actum. 2. *Brisgoja*, de qva lib. III. in fine. 3. Sylva nigra, ubi Abbatia S. Blasii. 4. Landgraviatus *Nellenburg*. 5. Comitatus *Hohenberg*. 6. Marchionatus *Burgoviæ*.

LIB. V. CAP. I.

De

HUNGARIA,

&

PANNONIA.

PAnnonios, gentem Celticam, qvos Veterum scripta tradunt, incoluisse primos Pannoniam, existimatio, solo fœcundam, fortem viris, armis opibusqve maxumè olim regionem; cujus termini erant ab *Ortu* Danubius fl. & mons aureus, hodie Mackeck; ab *Occasu* mons Cetius; à *Meridie* iterum Danubius & linea ab aureo ducta monte per confluentes Timaci & Drini ad Unæ fl. fontes, inde Caravancas mons aderat & Pannonicæ Carnicæqve Alpes ad Saui usqve fontes; à *Septentrione* Danubius amnis:

§. 2.

Dividebatur in Superiorem & Inferiorem; illa complectebatur Carniolam, Croatiam, Vinidorum Marchiam, Carinthiam, Stiriam, & majorem Austriæ partem, de qvibus Provinciis præcedenti actum libro. Inferioris Provinciæ erant Bosnia, Sclavonia & qvicqvid Hungariæ Danubium, Dravum, Arrabonemqve amnes interjacet. vid. Cluver. Introd. Geogr. l. 4. c. 1.

§. 3.

Has primus Cæsar terras ingressus alios imitatores habuit donec perdomuit tandem Tiberius; Inde tulerunt Romani jugum Imperii; Romanos ejecerunt Gothi, hos expulerunt Hunni, hos Longobardi, rursumqve hos Hunni, deniqve anno 888. sub Arnolpho Imperatore gens qvædam è Scythia profecta oppressis Hunnis, totum qvod in præsentiarum Hungariæ dicitur regnum occupavit, Hunnorumqve reliqviis mista, nomen in eo constituit, qvo etiam nunc Hungari indigitantur; vid. Becman. hist. orb. terrar. p. 353. Atl. Min. P. I. p. 351.

§. 4.

Terminatur Hungaria ab *Ortu* Transylvania & Wallachia; ab *Occasu* Styria, Austria atqve Moravia; à *Septentrione* monte Carpatho; à *Meridie* Dravo fl. vid. Schott. Curs. Math. p. 347.

In præsentiarum regnum Hungariæ hereditarium factum, coronato primo Rege *Josepho*, ordine tamen 43. anno 1687, vi Capitulationis Leopoldi moderni Regis, Parentis, Statibus Hungariæ, anno

cit.

cit. 3. Oct. præscriptæ: in cujus rei memoriam ipsius annexi Instrumenti paragraphum, ubi;

Si tamen ante omnia decretum illud Andreæ Regis, de anno 1222, quod dictæ formulæ à Ferdinando I. qvondam ut supra præstiti de observando artic. 31. insertum reperitur correctum, simul etiam jus hereditariæ successionis solemnibus pactis ac stipulationibus præsentium domui Austriacæ acqvisitum, ipsoqve facto, non interrupta primogenitura, domus Austriacæ Principum serie illibati observatum &c.

§. 5.

Longitudo hujus Regni extenditur à fontibus Parissi fluvii ad confluentem Muræ, h. e. 60. mill. germ.

Latitudo progreditur à Sabacz ad Ovvar. h. e. 53. mill. germ.

§. 6.

Fluvii nobiliores sunt 1. *Danubius.* 2. *Voga* seu Wage ad Guttam in Danubium abiens. 3. *Granus.* 4. *Tybiscus* seu Teysse, ortus in Carpathiis jugis rigat Tokai, Segedinum &c. 5. *Arabo* seu Rab. 6. *Dravus* seu Drau, cujus fons est in Alpibus Noricis, loco qvi *Toblium* incolis dicitur, rigans Carinthiam, Stiriam, Sclavoniam, in Rascia Danubio miscetur. 7. Savus seu Sau, ex Alpibus descendit Carnicis, Carniolam transit, post Croatiam sejungit à Sclavonia, Bosniam à Rascia, per Serviam deinde ruens ad Belgradum Danubium ingreditur.

§. 7.

Inter Status Hungariæ eminet Archiepiscopus *Strigoniensis*, qvi sedis Romanæ natum se vocat Le-

gatum, & *Colocensis*, qvi Vice-Rex peculiari nomine *Palatini* insignitur ad imitationem veteris Comitis Castrensis, sacri Palatii, qvem Græci *Curopalatem* dixerunt: Gubernatoribus Regnorum, qvæ ab Hungaria dependent veluti *Dalmatiæ*, *Croatiæ*, *Sclavoniæ* &c. tribuitur cognomen *Bani*. Reliqvi Proceres Regni Comitis titulo superbiunt, de qvibus mox.

§. 8.

Senatus Regni duo sunt, *superior* & *inferior*; ille dividitur in tria alia collegia:

Primi membra sunt 1. Regni Palatinus seu Vice-Rex, qvi Archiepiscopus Colocensis vocatur, coram qvo ipse Rex accusandus. 2. Judex Curiæ. 3. Perpetuus Regni Cancellarius & summus Secretarius, cujus officium olim erat repræsentare electum populo Regem & privilegiis majus imprimere sigillum; 4. Magister Curiæ qvi Aulam judicat; 5. Magister Tavernicorum Regalium, qvi redituum Regis curam agit & Fiscum observat:

Senatus superioris alteram classem constituunt 1. Vice Palatinus Regni. 2. Judex personalis præsentiæ. 3. Vice-Judex Curiæ 4. Protonotarius Judicis præsentiæ personalis. 5. Protonotarius Vice-Palatini. 6. Protonotarius Vice-Judicis Curiæ; & hi sex veniunt sub nomine Magistrorum; reliqva hujus Senatus membra sunt 1. Secretarius Archiepiscopi Strigoniensis seu Fiscalis. 2. Duodecim Assessores 3. Notarii jurati.

Tertiam superioris Senatus classem conficiunt

1. Came-

1. Camerarius Regis. 2. Præfectus ærarii. 3. Pincerna. 4. Janitor &c.

Inferioris Senatus titulo veniunt Comitatuum Judicia Provincialia.

§. 9.

Dividitur in Superiorem Hungariam & Inferiorem; *illa* trans Danubium Poloniæ & contermina Transilvaniæ. *Hæc* cis Danubium alio nomine *Pannonia* vocatur. Utraqve dividitur in Comitatus.

§. 10.

Hungariæ inferioris Comitatus sunt 1. *Semproniensis* seu Sopron germ. Oedenburg / ubi 1. *Schapring*.

2. Musonensis ubi Ovvar seu Altenburg.

3. *Javariensis* ubi Javarinum seu Arrabo, Rab. *Martinsberg*.

4. *Castri Ferrei*, ubi *Sabaria* seu Sarvvar. 2. *Kerment*.

5. *Saladiensis* ubi *Sala* seu Zalavvar. 2. *Kanisia*. 3. *Olimacum* seu Ober-Limbach. 4. Nieder-Limbach. 5. St. Elisabeth.

6. *Vesprinienſis* ubi *Vesprinium*, *Palotta*, *Pappa*.

7. *Strigoniensis*, ubi *Strigonium* seu Gran. 2. *Vizzegrad*.

8. *Albensis*, ubi *Alba Regalis* seu Stulweissenburg. 2. *Vazzon*.

9. *Pelysiensis*, ubi *Pelysia*, *Buda* seu Ofen / dicta à Budo fundatore Attilæ fratre, capta à Christianis an. 1686. 2. Sept. st. n. possessa à Turcis per 145. annos fraude nim. Solymannus an. 1541. 2. Sept. auxilii

mittendi loco Johanni R. H. adhuc infanti eam ipse sibi vindicavit.

10. *Simigiensis*, ubi Dombo, Coppan, Ozora, Zegzard.

11. *Sigethensis*, ubi *Sigethum* seu Zygeth. 2. *Qvinqve Ecclesiæ* seu Fünffkirchen / qvæ loca iterum in Christianorum pervenere manus 1687.

12. *Tolnensis*, ubi *Altinum* seu Tolna.

13. *Waraniensis*, ubi *Batanyvvard*.

§. II.

Hungaria Superior dividitur in *Sarmaticam* & *Dacicam*; illius Comitatus sunt

1. *Posoniensis*, ubi *Posonium* seu Preßburg.

2. *Comariensis*, ubi *Comara*, *Sabaria* in insula *Schutt*.

3. *Nitriensis*, ubi *Nitria* seu Neytrach. 2. *Neuheusel* aut Neosolium, capta à Christian. an. 1687. 19. Sept. possessa à Turcis per 22. annos.

4. *Transchiniensis*, ubi *Transenus* seu Transchin. *Calgotz*.

5. *Turocensis*, ubi *Chremnitia* seu Chremnitz. St. *Owar*. *Rosenberg*.

6. *Arvensis*, ubi *Arva*, seu Oravva.

7. *Liptoviensis*, ubi *Lepeten*.

8. *Bistricensis*, ubi *Bistritia* seu Bistritz. *Altsol*, *Neusol*. ubi famosa illa ferri in æs transmutatio.

9. *Cepusiensis*, ubi *Smolnitia* seu Smolnick. *Leutsch*, *Cæsareopolis* seu Käßmarck.

10. *Tornensis* ubi *Torna*.

11. *Gewinariensis*, ubi *Krasnorick*.

12. *Abavivariensis*, ubi *Vivara* seu Wivvar. *Eperies*. *Cassovia* seu Caschau.

13. Sa-

13. *Sarienſis*, ubi *Saros*.
14. *Unghenſis*, ubi *Ungwar*.
15. *Perigienſis*, ubi *Perigia* ſeu Peregzaz.
16. *Moramaruſienſis*, ubi *Maromarus*, *Rana*.
17. *Semlivienſis* ſeu *Zemlin*.
18. *Barſodienſis*, ubi *Toccacium*, Tockay, vino generoſo clara urbs. 2. *Agria*. 3. *Barſamob*.
19. *Barſienſis*, ubi *Barſa* ſeu Berſenburg. 2. *Chemnitia* ſeu Chemnitz. 3. *Leva* ſeu Levventz.
20. *Novigradenſis*, ubi *Novigrada* ſeu Novigrad. *Fillecum* ſeu Villeck.
21. *Hontenſis*, ubi *Zeza* ſeu Zezin. 2. *Vacia* ſeu Weitzen.
22. *Hewefienſis*, ubi *Hatvana* ſeu Hadvvan, *S. Emre*.
23. *Peſthienſis*, ubi *Peſtum* Peſt, capta cum Buda.
24. *Bathienſis*, ubi *Bathonia*, Bathmonſter. *Coloza*.
25. *Bodrogenſis*, ubi *Bodrogh*. *Segedinum*.

§. 12.

Hungariæ Superioris *Dacicæ* Comitatus ſunt

1. *Zatmarienſis*, ubi *Zatmorum* ſeu Zatmar & *Batboria*, Bathor.
2. *Zabolcenſis*, ubi *Chege*. 2. *Nackalo*.
3. *Biborenſis*, ubi *Detbezena* ſeu Debreczen. *Naduwar*. *Echged*.
4. *Zolnocenſis*, ubi 1. *Zolnock*. 2. *Ketzkemet*.
5. *Torantalienſis*, ubi *Turturetum* ſeu Turtur. *Bathalora*.
6. *Oradienſis*, ubi *Czongrad*. *Dombebaez*. *Giula* ſeu Gyiva.

Ll 5 7. *Cho-*

7. *Chonadienſis*, ubi *Conadium* ſeu Chonad.
8. *Temeſvenſis*, ubi *Temeſwar*. capta à Chriſtianis an. 1688. *Poſſa. Meſemlo. Boeſzkerck.*

§. 13.

Hungaria utraqve ab anno 1683. ad hunc uſqve diem armis victricibus Leopoldi Imperatoris à jugo Muhametanorum ferè tota liberata flores ſpargit Victoriqve coronas & ſerta ligat.

§. 14.

CATALOGUS
REGUM HUNGARIÆ.

1.	Stephanus electus an. - -	997
2.	Petrus germanus	1038
3.	Abba Hungarus	1041
4.	Andreas I.	1044
5.	Bela I.	1047
6.	Salomon	1063
7.	Geiza I.	1074
8.	Ladislaus I.	1077
9.	Colomannus	1095
10.	Stephanus II.	1116
11.	Bela II.	1135
12.	Geiza II.	1145
13.	Stephanus III.	1165
14.	Bela III.	1176
15.	Emericus	1198
16.	Ladislaus II.	1206
17.	Andreas II.	1207

18. Be-

18.	Bela IV.	1238
19.	Stephanus IV.	1275
20.	Ladislaus III.	1277
21.	Andreas III.	1290
22.	Wenceslaus	1301
23.	Otto Bavarus	1304
24.	Carolus Neapolitanus	1310
25.	Ludovicus I.	1342
26.	Maria	1382
27.	Carolus II.	1384
28.	Sigiſmundus Imp.	1387
29.	Albertus Imp.	1438
30.	Uladislaus	1440
31.	Uladislaus II.	1445
32.	Matthias I.	1458
33.	Uladislaus II.	1490
34.	Ludovicus II.	1516
35.	Ferdinandus Imp. elig. Rex	1526
36.	Maximilianus II.	1563
37.	Rudolphus II.	1572
38.	Matthias II.	1608
39.	Ferdinandus II.	1618
40.	Ferdinandus III.	1625
41.	Ferdinandus IV.	1647
42.	Leopoldus	1655

43. Joſephus modernus Rex an. 1687. coronam accepit. n. 1678. 26. Jul. Patre Leopoldo Imperatore Glorioſiſſimo & matre Eleonora Magdalena Thereſia, Philippi Wilhelmi El. Palat. filia: ſub hoc Regnum hereditarium factum, uti patet ex ſupe-

superius allegato capitulationis paragrapho.

§. 15.

Proventus generosi vini *Tokajensis* maximè & *Sermiensis* res Hungariæ naturales reddit clariores; apud *Neosolenses* famosa illa in æs ferri transmutatio; *Carpathii* montes Eqvis sylvestribus pabulum concedunt; Aër aut ob extremam crassitiem aut nimiam subtilitatem peregrinantibus minus salubre procurat corpus: Statura Incolarum aliis major ut plurimum & atrocior vultus.

§. 16.

Montes Hungariæ sunt 1. Carpathii, qvi modo Vatter/modo der Münch/modo der Wurtgarten/ modo der Schneeberg dicitur. 2. Matran. 3. Erdel.

Cap. II.

De

TRANSSILVANIA.

Hic Principatus antiqvitus pars *Daciæ* habita fuit; nomen trahens à septem civitatibus, qvas Saxones hac regione devicta condiderant: nomina earum sunt 1. *Libinium* seu Hermanstatt. 2. *Bistricia* seu Nösenstatt. 3. *Megies* seu Mydwisch. 4. *Coloswaria* seu Clausenburg. 5. *Bassovia* seu Corona seu Cronstatt. 6. *Segeswaria* seu Schesb-

Schesburg. 7. *Zabesus* seu Zaarsebes seu Mitten-bach. vid. du Val. P. II. ed. germ. p. 377.

§. 2.

Terminatur nunc ab *Occasu* Hungaria; à *Septentrione* Russia minori; ab *Ortu* Moldavia; à *Meridie* Wallachia.

§. 3.

Longitudo à Segesvvar ad Petersberg conficit 36. mill. germ.

Latitudo à St. Kyral ad Pineck 26. mill. germ. constituit.

§. 4.

Dives proventibus regio, & vini generosi & varii fructuum generis, referente moneta Trajani cum inscriptione *Abundantia Daciæ*. Metalli materiæ ingens copia nascitur ad *Sculatti* & *Rimili*, ad *Dominurdz* purum crescit aurum; argentifodinæ ad *Offeram* & *Ragnam* aperiuntur; Chalybem *Cyck* profert; Ferrum ad *Thorosco* & *Vaida Huniada* qværitur; boum eqvorumqve maxima vis hic est, præter volatilium numerosam multitudinem.

§. 5.

Reliqva Transsylvaniæ oppida sunt 1. *Zawaria* seu Zarvvar. 2. *Sabesus* seu Zabesien. 3. *Reusmarck*. 4. *Segesburgum* seu Segesburg. 5. *Oletzna*. 6. *Schenckenstuel*. 7. *Reps*. 8. *Alba Julia*, sedes Principis. 9. *Altenburgum*. 10. *Seps*. 11. *Orbai*. 12. *Kysdi*. 13. *Czyk*. 14. *Gyrgio*. 15. *Marcus Zeck*. 16. *Aranyas Zeck*. vid. Georg. Reichersdorf. in Chorograph. Transsylvaniæ.

§. 6.

§. 6.

Fluvii Transſilvaniæ ſunt Altus ſeu Olt ſeu Alt. 2. Moruſſus, qvorum fontes in montibus Scythiæ habentur. 3. Samus ſeu Thimes oritur in Alpibus Calota. 4. Chicel. 5. Sabeſus. 6. Zaaz. 7. Krayſs. 8. Chryſolor. 9. Strygius, qvi tres poſteriores aurum ſecum vehunt.

§. 7.

Hactenus tributaria portæ Provincia nunc tota ferè in Chriſtianorum manus provenit cum Hungaria.

CAP. III.

De

SCLAVONIA.

SClavoniæ Regnum in lato ſenſu qvicqvid terrarum à Dravo amne ad mare Adriaticum protenditur, continet , h. e. *Illyricum* ut à Plinio dicitur *Boſniam*, *Croatiam* & *Sclavoniam* ſtrictè dictam.

§. 1.

Illyricum terminatur ab *Occaſu* Iſtria ultima Italiæ Provincia, à qva Arſia amne ſeparatur; *à Septentrione* Croatia & Boſnia; ab *Ortu* Tamaco fl. nunc *Lim* dicto; monte Scodro & Drilone amne à qvibus ſejungitur Græcia & Bulgaria; à *Meridie* ſinu Adriatico ſeu Golfo di Venetia,

§. 2.

§. 2.

Longitudo Illyrici extenditur ab Arſia amne ad Drilonem fl. h. e. 90 mill. germ.

Latitudo ab eodem amne ad Naronem fl. eſt 20. mill. germ.

§. 3.

Dividitur in Liburniam & Dalmatiam. *Liburnia* alio nomine Comitatus *Zaderæ* ſeu *Contado di Zara* vocatur & rurſus ſubdividitur in *Morlacham* & *Banadego*.

Morlachæ oppida ſunt *Senia* ſeu Zegna cum inſulis adjacentibus, *Cherſo*, *Vegia*, *Arbe*, *Pago*.

Banadego urbes habet 1. *Zaderam* ſeu Zara Vecchia. 2. *Flanonam* ſeu Fianona. 3. *Argyruntum* ſeu Peſcha. 4. *Ænonam* ſeu Nona. 5. *Scardonam*. 6. *Terſatz*. 7. *Quegna*. 8. *Lepus*. 9. *Ortopoſa*. 10. *Starigrad*.

§. 4.

Dalmatia altera Illyrici pars terminatur ab *Ortu* Boſnia; ab *Occaſu* Iſtria; ab *Auſtro* mari Adriatico; à *Borea* Croatia.

§. 5.

Urbes ſunt 1. *Zebenico*. 2. *Spalato*. 3. *Zeug*. 4. *Cliſſa*. 5. *Raguſa* libera civitas eſt, ſed ſub protectione Imperii Turcici, ſedes Archiepiſcopalis an. 1667. 6. Apr. terræ motu fuere tota diruta; Turcis vocatur *Dobronicka*. 8. *Caſtellnovo* ad ſinum Rizonicum. 7. *Catarum*. 8. *Apollonia*, ubi ignivomus mons. 9. *Tragurium* ſeu Travv. 10. *Salona*. 11. *Narona* ſeu Narenta. 12. *Onæum* ſeu Sabioncello. 13. *Rizinum* ſeu Riſine. 14. *Budua* ſeu

Budoa

Budoa 15. *Olcbinium* ante Colchinium dictum nunc *Dolcigno.* 16. *Lissus* seu Alessia. 17. *Dalminium* seu Delminium, *Delminio*, unde Delmatiæ seu *Dalmatiæ* nomen Cluver. Introd. Geogr. lib. 4. c. 4. Partim est juris Veneti, partim Austriaci, Turcis minima superest pars, Christianorum armis hactenus omnia superantibus.

CAP. IV.

De

BOSNIA

seu WOSSEN.

Bosniæ Regnum pars Sclavoniæ habet Croatiam ab *Occasu*; Rasciam & Sävum amnem à *Septentrione*; Serviam ab *Ortu* Drino fl. intercurrente, & à *Meridie* Dalmatiam. A *Basinatis* gente Slavica nomen deducens, vel à Bosne fl. Tota ferè Christianis paret.

§. 1.

Longitudo Bosniæ est 40 mill. germ,
Latitudo v. 15. vid. Cluver. l. c. c. 3.

§. 2.

Caput olim erat *Jaycza* nunc est *Varbosina* ad Migliacka fl. Reliqva oppida sunt 1. *Schwonika*, 2. *Moglay*. 3. *Semandria*. 4. *Zwobich*. 5. *Lapaz*. 6. *Dubitz*. 7. *Cozaracz*. 8. *Strigono*. 9.

10. *Bagna*

9. *Bagnaluka.* 10. Zakotor. 11. *Vranduk.* 12. *Traunik.* 13. *Sarayevo.*

§. 3.

Fluvii ſunt Drina. 2. Boſna. 3. Wana. 4. Savus. 5. Verbanus ſeu Varlas. 6. Plioa.

Montes *Bebii* notiores ſunt.

CAP. V.

De

CROATIA.

Croatia itidem Sclavoniæ pars habet à *Septentrione* Sclavoniam ſtrictè dictam; ab *Occaſu* Vinidorum Marchiam: à *Meridie* Comitatum Jaderæ: ab *Ortu* Boſniam.

§. 2.

Hoc Regnum partim Chriſtianis paret partim Turcis.

Juris Chriſtiani loca ſunt 1. *Caroloſtadium.* 2. *Fanum* S. *Viti* ad flumen. ſive St. Veit am Pflaum. 3. *Siſcia* ſeu Siſeck. 4. *Mons* ſive Lika. 5. *Dubitz* &c.

Turcici ſunt 1. *Vibitza* ſeu Wihitz. 2. *Breckonitz.* 3. *Schicolove.*

§. 3.

Fluvii ſunt 1. Savus. 2. Wania.

CAP. VI.

De SCLAVONIA stricte dicta, & RASCIA.

SClavonia strictè dicta terminatur ab Ortu Danubio; ab *Occasu* Stiria; à *Septentrione* Dravo fl. à *Meridie* Savo fl. Et hæc ferè tota Christianis iterum subest.

§. 1.

Longitudo extensa a Copraniß ad confluentem Dravi est 50. mill. germ.

Latitudo à Dravo ad Savum est 12. mill. germ.

§. 2.

Dividitur in Comitatus seqventes: qvi sunt

1. *Varasdiensis*, ubi *Warasdin*; *Copranitz*.

2. *Risiensis* ubi *Keres*, zum Creuß.

3. *Zagrabiensis*, ubi *Zagrabia* seu Agram 2. *Gradiscia*.

4. *Possegensis*, ubi *Possega*. 2. Sopplone.

5. *Valkonensis*, ubi *Arky*. 2. *Essek*, ubi longissimus mundi pons. 3. *Walcowar*.

6. *Sirmiensis*, ubi *Sirmium* seu Szerem, 2. *Petriwardin*.

§. 3.

Rasciæ Provinciæ termini sunt ab *Occasu* Sclavonia;

nia; à *Septentrione* Hungaria & Dravus : ab *Ortu* Valachia & Burgaria ; à *Meridie* Bosnia & Serviu.

§. 4.

Major pars Provinciæ Turcico olim, nunc Christiano paret imperio, præcipua oppida sunt 1. *Posega.* 2. *Gradiskia.* 3. *Zagrabia.* 4. *Kopravitz*, validissimum contra Turcarum incursiones munimentum ad Dravum fl. Stiriam versus.

CAP. VII.

De

WALLACHIA.

WAllachiæ tanqvam Daciæ partis nomen descendit à Flaccis, Romana gente, cujus sedes hic erat ejectis Gothis, *Flaccia* dicta deinde F. mutato in V. *Vlacia*, postmodum *Valacia*, tandem *Valachia* seu Wallachia. Terminatur ab *Ortu* Lacu ab Hieraso fl. seu Pruth facto ; a *Meridie* Danubio ; a b*Occasu* Severina urbe ; a *Septentrione* Hoja fl. Duplex est vel Major, qvæ nunc Moldavia dicitur, vel minor, qvæ Wallachia Transalpina vocatur.

§. 1.

CaputRegni est *Ternovvizza*, sedes Vaivvodæ seu Gubernatoris; reliqva oppida sunt 1. *Braila.* 2. *Trescortum.* 3. *Ulpia Trajana* seu Zamisogethusa, hodiè *Varbeli.* 4. *Dombroriza.* 5. *Baidow.*

§. 2.

Fluvii sunt Danubius. 2. Hoja. 3. Hierasus seu Pruth.

§. 3.

Auri, argenti, metalliqve varii generis materia copiam hic facit præter frumentorum proventus: Eqvi generosissimi Europæ habentur.

CAP. VIII.

De

THRACIA,

ſeu

ROMANIA.

Thracia gens inter Europæ validiſſimas maxumè fera & barbara; Regio nec læta cœlo, nec ſolo; niſi qva propior mari, infœcunda, frigida, eorumqve qvæ feruntur maligne admodum patiens. Nomen habere putatur vel à *Thrace*, Martis filio, vel ab aſperitate ſoli cœliqve & gentis feritate qvaſi τραχεῖα: vel à Nympha *Thraca* vid. Atl. Min. P. I. p. 364. *Romania* dicitur à metropoli *Byzantio*, hodiè *Stambol*, olim *Nova Roma*. Tota Provincia ſeu adhuc Turcis ſubeſt, ſeparata ab Aſia Boſphoro Thraciæ.

§. 1.

Terminatur ab *Ortu* Ponto & Propontide; *ab Occaſu* Strymone fl. à *Septentrione* Emo monte; à *Meridie* Ægeo mari.

§. 2.

Longitudo à Strymonis fontibus ad Panyſi extenſa oſtium eſt 80. mill. germ.

Lon-

Latitudo ab Æmo ducta monte ad Mastusiam promont. est 60. mill. germ.

8. Strymon. §. 3.

Fluvii præcipui sunt 1. Hebrus seu Marisa. 2. Panysus seu Panitzo. 3. Agrianes. 4. Melas. seu Larissa. 5. Tearus. 6. Arsus. 7. Bethynia. 8. Strymon. §. 4.

Notiores montes dicuntur 1. Hemus. 2. Rhodope. 3. Orbelus. 4. Pangæus. 5. Messapus. §. 5.

Dividitur in Peninsulam & Continentem;

Peninsulæ oppida sunt 1. *Lysimachia.* 2. *Callipoli* peninsula, qvæ primum qvod Turca in Europa possedit munimentum, capta anno 1363. Terra cui imponitur, *Brachium St. Georgii* audit. 3. *Sestus.*

Continentis oppida dividuntur in ea, qvæ *cis Rhodopen* & qvæ *trans Rhodopen.* *Illa* sunt 1. *Byzantium* seu *Constantinopolis*, hodiè *Stambol*, aut *Stambo Ida*, sedes Turcici Imperatoris ad Nigrum mare; duobus rigatur fluminibus *Cydro* nim. qvod incola *Mechseva*, mox *Barlyses* vocat; & *Chartariconte.* Pausaniæ, *uti fertur* structura est à Constantino postmodum Imperatore in sedem electa Imperii, donec à Turcarum impia gente anno 1453. occuparetur, sicuti ab illis adhuc hodie tenetur; Ambitum numerant 3. mill. germ. septem includunt colles mœnia, (qvorum uni arx inædificata septem exhibet turres, qvarum ea structura, ut qvicqvid in una saltem fuerit locutum, in omnibus audiatur) unde & *Nova Roma* dici cœpit; Patriarcha Græcæ Ecclesiæ hic qvoqve res suas peragit, & memoratu dignum *Colu-*

mnæ cui affixus Salvator, flagellis petitus, perhibetur frustum in qvodam Græcorum templo reperiri duarum ulnarum longitudinis, qvod sudorem, tempore Jejunii qvadraginta dierum, emittit, recenset testis ocularis Neitschütz Itiner. p. 49. ubi multa curiosa reperiuntur. 2. *Pera* seu *Galata* è regione Constantinopolis. 3. Castellum *Sestus* in Propontide, & aliud in Asia *Abydus* vocatum, memoriam merentur pontis ergo qvo Xerxes, ad traducendum copias, litora junxit, formantia clavem Turcici Imperii, dicuntur à Turcis *Li Dardanelli*, item *Bogazassar*. 4. *Trajanopolis* ad fl. Mariza. 5. *Cypsela*. 6. *Abdera* seu *Clazomenæ*. 7. *Maximianopolis*. 8. *Phinopolis*. 9. *Selimbria*. 10. *Perinthus* seu *Heraclea*. 11. *Tscharli*. 12. *Pornals* &c.

§. 6.

Thraciæ trans Rhodopen oppida nominantur 1. *Sarpedonia*. 2. *Apollonia*. 3. *Halmydessus*. 4. *Bizya*. 5. *Adrianopolis* nunc *Endrem*, qvondam Imperatorum Turcicorum sedes, & post Constantinopolim maxima sed destituta mœnibus civitas, ædificiis minimæ politturæ ornata. 6. *MustafaBaschat-Schopri*. 7. *Haspai*. 8. *Philippopolis* in monte *Hæmo*. 9. *Nicopolis*. 10. *Tartarbassartschitz*. 11. *Ichtiman*. 12. *Sofowitze*. 13. *Hermanli*.

CAP.

Cap. IX.

De

SCYTHIA EUROPÆA

Scythia Europæa terminatur ab *Ortu* Tanai & Ponto Euxino, ab *Occasu* Patisso fl. à *Septentrione* linea à Patissi fontibus per Amadocam paludem ad Boristhenis fontes, atqve inde alia linea ad Tanais fontem ducta; à *Meridie* Istro & ubi ad Nicopolim inflectitur recta linea ab Occasu in Ortum ad Pontum ducta. Dividitur in Daciam & Tartariam minorem.

§. 1.

Dacia iterum dividitur in cis Danubianam seu Mœsiam & Trans-Danubianam seu Daciam strictè dictam.

§. 2.

Mæsia terminatur ab *Oriente* Ponto Euxino, ab *Occasu* Savo & Dalmatia; à *Septentrione* Danubio; à *Meridie* Orbelo & Hæmo montibus. Dividitur iterum in Superiorem & Inferiorem; *Illa* olim vocabatur *Dardania*, hodie *Servia*; hæc *Bulgaria* dicitur.

§. 3.

Serviæ termini ab *Occasu* sunt Bulgaria; à *Meridie* Macedonia; ab *Ortu* Bosnia; à *Septentrione* Danubius & Rascia. Antiqvis temporibus vocabatur

five *Dardania* seu *Mœsia superior*, Nunc est regnum Christianis Turcisqve subjectum, cujus caput Regumqve qvondam sedes, *Senderovia* dicitur nunc *Semendria* ad Istri ripam sita non procul à Belgrado anno 1688. à Christicolis occupata. Reliqva oppida sunt 1. *Belgradum* seu Taurunum, seu Alba Græca seu Griechisch Weißenburg/itidem nuperrimè à Christianis occupata an. 1688. cum per 250 annos jugo Turcico subfuerit capta ab Amurathe Turca an. 1438. vid. Act.Min.P.I.p.364. 2. *Vindina* seu Kiratovum ad montem Argentaro. 3. *Novogradum* seu Nevvgrad cum arce inexpugnabili 4. *Nessa*. 5. *Ibar*. 6. *Novibayar*. 7. *Camita*. 8. *Vendenis*. 9. *Drinewar*. 10. *Viwan*. 11. *Orach*. 12. *Cumyza*. 13. *Bodon*. 14. *Pristina*. 15. *Rezuna*. 16. *Zargona*. 17. *Sitinza* in lacu Suersegno &c.

Fluvii sunt 1. Danubius, 2. Drina.

§. 4.

Inferior Mœsia seu *Bulgaria* terminos habet versus *Septentrionem* Danubium; à *Meridie* Thraciam; ab *Ortu* Pontum; ab *Occasu* Serviam. Tota ferè in præsentiarum à Christianis regitur.

Fluvii *Bulgariæ* sunt 1. Danubius. 2. Ibar, 3. Hjerasus seu Pruth. 4. Ischa. 5. Warna.

Caput hujus regni est *Sophia*, urbs magna & populosa; Ptolemæo Tibiscus dicta, ad fl. Ischam, sedes *Beglerbegi*. Inter reliqva oppida sunt 1. *Nicopolis* ad Danubium, 2. *Trismis*. 3. *Axiopolis*. 4. *Dionysiopolis*. 5. *Varna*. 6. *Odissa*. 7. *Mesember* ad mare nigrum. 8. *Carbona*. 9. *Caliaca*

seu

ſeu Calathra 10. *Pangala.* 11. *Deſtor.* 12. *Beroë.* 13. *Bargala.* 14. *Saribrod.* 15. *Tſchargoi.* 16. *Niſſe.* 17. *Pitiſcina.* 18. *Picroth.* ubi jugum, qvod *Hali*, Turcarum Elias, enſe, uno ictu, in duas diviſiſſe partes, fertur. 19. *Dragomanti* 20. *Pætrætſchon.* 21. *Wakarel.* 22. *Ichtimon.* 23. *Capitſchick.* 24. *Temir Capi.*

§. 5.

Dacia propriè dicta terminatur ab *Oriente* Hieraſo & Iſtro fl. ab *Occaſu* Patiſſo fl. à *Septentrione* Carpathicis jugis & Hieraſo fl. à *Meridie* Iſtro. Dividebatur olim in *Ripenſem*, *Alpeſtrem* & *Mediterraneam*, ſeu Gepidiam, ubi *Ulpia Trajana*, *Prætoria Auguſta*, *Alba Julia* &c. hodie verò dividitur in Tranſſylvaniam, de qva præced. cap. 2. Wallachiam de qva præced. cap. 7. & Moldaviam de qva mox.

Fluvii *Daciæ* ſunt 1. Hieraſus. 2. Danubius. 3. Altus. 4. Moruſſus. 5. Chamus. 6. Chicel. 7. Sabeſus. 8. Zaaz. 9. Krayſs. 10. Chryſolor. 11. Arygius. 12. Hoja.

§. 6.

Moldavia ultima Daciæ pars, qvæ alio nomine *Wallachia Major* dicitur; caput habet *Czukaw*, Waivodæ ſedem. Reliqva oppida ſunt 1 *Margoſaſt.* 2. *Tarisko.* 3. *Moncaſtro.* 4. *Kilia* vetus & nova. Partim Hungaris, partim ſubeſt Turcis, lingva utuntur latina, corruptiori Italica.

§. 7.

Tartaria minor tanqvam altera Europeæ Scythiæ pars, vocatur *Minor* ad differentiam Majoris

qvæ in Aſia; terminos habet ab *Occaſu* Poloniam & Boriſthenem: à *Meridie* Mare Nigrum; ab *Ortu* Tanaim; à *Septentrione* Moſcoviticas regiones.

§. 8.

Dividitur hæc Tartaria Minor in *Præcopenſem* & *Cremeam*; *illa* coercetur Taurica Cherſoneſo & Sarmatis dicitur *Przecopſca* eſtqve ipſa *Cherſoneſus Taurica*, cui natum nomen a foſſa qvæ in Iſtmo facta incolis *Przetop* nominata, vel ab oppido ejuſdem nominis huic appoſito latinè *Precopia*, Sarmatis *Przecop* dicto; oppidis addi poteſt *Theodoſia* ſeu Caffa olim Genuenſium Colonia, nunc a Turcis occupatur. vid. Becman. hiſt. orb. terr. p. 230.

Cremea, qvæ in continente longius excurrit, oppida habet 1. *Cremnus* ſeu Krym, nunc Chriſtiani juris facta anno 1688. menſe Jul. 2. *Orczakow*. 3. *Tanais* ſeu Aſſovv Turcis tributaria. Tota hæc Tartaria in præſentiarum venit, ſub nomine Regni Tartarorum Præcopenſium, qvod regia ſedes in Cherſoneſo reperiatur nim. *Przekop*. Ipſa gens fera, atrox ac rapida non in oppidis vel civitatibus, ſed campis ſilvisqve vaga agit; unius Regis Imperio paret, cujus regia eſt uti dictum. vid. Schott. Curſ. Math. lib. 12. c. 21. p. 350.

CAP.

CAP. X.

De

GRÆCIA.

GRæcia nomen accepit a Rege Græco ; & ab alio Rege Hellene, Hellas dicta, teste Cluver. Introd. Geogr. lib. 4. c. 6. aliis fruitur adhuc nominibus; ap. Leunclavium *Rumelia* vocatur, Turcis *Horomeli* est, Græcis *Romechi* ; LXX. Interpp. *Phobel.*

§. 1.

Terminatur ab *Oriente* Ægæo mari; ab *Occasu* Jonio mari ; a *Septentrione* Scarticis jugis & Strimone fl. a *Meridie* Mari Cretico. Anteqvam Romani Orbis potirentur Imperio, terrarum omnium dictis factisqve celeberrima, omnis hinc literarum effulsit prima claritas ; hinc coloniæ freqventes ad illustrandum orbem exiverunt in diversas loras; nunc tota Turcis est & in ipsa Barbaria jacet barbara.

§. 2.

Longitudo extenditur a promontorio *Tekario*, ad *Strimonis* fontes h.e. 100 mill. germ.

Latitudo a Sunio promontorio seu *Capo della Colonna*, ad Acro-Ceraunium promont. seu *Capo de la Lenguetta* ducta est 80. mill. germ.

§. 3.

Fluvii nobiliores sunt 1. Drinus seu Drilon. 2. Apsus

2. Apſus. 3. Lous. 4. Celidnus ſeu Salnich. 5. Acheron. 6. Achelous. 7. Alpheus. 8. Paniſus. 9. Eurotas. 10. Cephiſſus. 11. Sperchius. 12. Peneus. 13. Aliacmon. 14. Ericon. 15. Axius. 16. Chabrius. 17. Strymon.

§. 4.

Maria Græciæ variis gaudent nominibus 1. aliud *Jonium* dicitur ab Jonia regione. 2. Aliud *Creticum* a Cretenſium inſula, hodie *Mar di Candia.* 3. Aliud *Carpathium* a Carpatho inſula. 4. *Ægeum* ſeu mare Græcum in ſpecie ſic dictum Europæis *Archipelagus* dicitur, Turcis *Mare Album.* 5. Mare *Myrtoum.* 6. Mare *Icarium.*

§. 5.

Montium celebriores ſunt 1. Bertiſcus. 2. Athes. 3. Olympus, qvi nubes excedit tanti ſpatii ut & cacumen attingens nullam auram capere qveat. 4. Oſſa. 5. Pelion. 6. Citarius. 7. Othrys. 8. Oeda. 9. Pindus. 10. Acroceraunius. 11. Stymphe. 12. Calidromus. 13. Corax. 14. Parnaſſus. 15. Helicon. 16. Cythæron. 17. Hymettus. 18. Stymphalus. 19. Pholoe. 20. Chronius. 21. Zarep. 22. Minthe. 23. Taygetus, de qvibus ſuo erit loco agendum.

§. 6.

Superſtitioſa valde olim gens fuit, & qvi Numen domeſticum non habebat impius credebatur vicinis; Hodie una eademqve Græcis non eſt religio. qvidam Idola colunt, qvidam Chriſtianos ſe vocant, hiqve ab Eccleſia Romana recedunt, nec Pontificem Romanum ceu caput agnoſcunt, diverſam ſibi fingunt reli-

religionem, qvæ nec Lutherana, nec Pontificia, nec Reformatorum sed mixta qvædam; Sacram Cœnam sub utraqve accipiunt; Purgatorium rident; caput tonsum spernunt; summos sibi qvatuor constituunt Pastores qvos *Patriarcharum* titulo venerantur, Eorum in diversas Regiones inspectio & regimen. Primus Patriarcharum est *Constantinopolitanus*, a qvo dependent qvotqvot Græcanicæ religionis Christiani per omnem dispersi degunt Europam. Secundus est *Alexandrinus*, cujus Cairo in Ægypto sedes, qvi & Arabiæ Ecclesias regit. Tertius est *Hierosolymitanus* in Syria. Qvartus *Antiochenus* in reliqva Asia agnoscitur supremus. vid. Atl. Min. P. I. p. 296. de Patriarcha *Veneto* vid. infr. lib. 6. c. 7.

§. 7.

Dividitur Græcia in qvinqve potissimum partes nim. 1. *Epirum*. 2. *Macedoniam*. 3. *Thessaliam*. 4. *Achajam* & 5. *Peloponnesum*.

CAP. XI.

De

EPIRO.

EPirus hodiè *Canina* prima Græciæ pars terminatur ab *Ortu* Acheloo fl. a *Meridie* mari Venetico; ab *Occasu* Jonio; a *Septentrione* Macedonia. Invida fructibus regio excepta, qva mari proprior parte, ubi mala Epirotica profert; boves miræ alit

alit magnitudinis. eqvorum aliis itidem longior forma & canum.

§. 1.

Veterum populorum ſedes hic erant 1. *Chaonia* ſeu Canina, ubi *Oricum* ſeu Valone. 2. *Antigonia* ſeu Argiro. 3. *Panormus.* 4. *Elæus.*

2. *Theſprotia*, ubi *Buthrotum* ſeu Butrinto Pyrrhi regia.

3. *Moloſſi*, ubi *Dodona*, Dodonæi Jovis templo clara.

4. *Caſſiopea*, ubi *Caſſiope.*

5. *Almene*, ubi *Nicopolis* ſeu Preveſa.

6. *Dolopia*, ubi *Caſſiope Dolopum.*

7. *Acarnania*, ubi *Ambracia* ſeu Ambrachia. 2. *Actium* ſeu Capo Figulo. 3. *Stratus* ſeu Strato. 4. *Leucas* templo Apollinis clara.

8. *Amphilochia*, ubi *Argos* Amphilochicum ſeu Anfiloca.

9. *Athamania*, ubi *Argithea.*

§. 2.

Hodiè nobiliora oppida dicuntur 1. *Elatria.* 2. *Ambracia*, (nunc Larta) unde ſinus Ambracius, qvo nihil in Epiro nobilius. 3. *Peſchera* portu gaudens Venetis paret. 4. *Nicopolis* ab Augusti victoria adverſus Marcum Antonium & Cleopatram pugnantis nota, nunc Preveſa dicitur.

§. 3.

Fluvii Epiri ſunt 1. Acheron ſeu Acheros. 2. Achelous ſeu Aſpri. 3. Catochi. 4. Geromelea. 5. Celydno ſeu Salnich, 6. Larta.

§. 4.

§. 4.

Montium nobiliores ſunt 1. Ceraunii ſeu Acroceraunii qvorum profunditas omnem excedit menſuram 2. Stymphe, qvi Arachto fl. fontem præbet.

Cap. XII.

De

MACEDONIA.

Macedonia, ubi antea ab Æmathio Rege Æmathia, ita a Macedone R. Macedonia vocata, terminatur a *Septentrione* Dalmatia, Servia, Bulgaria & Thracia. Ab *Ortu* mari Ægæo, ab *Occaſu* Jonio; a *Meridie* Epiro & Theſſalia.

§. 1.

Dividitur in qvatuor partes ſeu Provincias, qvarum prima dicitur *Albania.* 2. *Macedonia* ſtrictè dicta. 3. *Jamboli.* 4. *Comenolitari.*

§. 2.

Albania Turcis *Arnaut* dicta eſt vel ſuperior vel inferior; illius oppida ſunt 1. *Croja.* 2. *Dirrachium* ſeu Durazzo. 3. *Albanopolis.* 4. *Vallona* ſeu Aulon, duobus firmatum caſtellis 5. *Locrida* ſeu Ocrida ad Lacum ejusdem nominis, ſedes *Sangiaci.* 6. *Lodrin* ad Golfo de Lodrin. 7. *Veſtigrad.* 8. *Belgrad.*

Albaniæ inferioris oppida ſunt 1. *Chimera* ſeu Elyma. 2. *Madriana.* 3. *Tepledegni.* 4. *Valona.*

§. 3.

§. 3.

In diſtrictu *Jambolenſi* ſunt 1. *Cavalla* ad Golfo de Conteſſa. 2. *Amphipoli* 3. *Berga*. 4. *Arethuſa*. 5. *Salonichi* ſeu Theſſalonica, ad qvam Paulus Epiſtolam ſcripſit. Adjacet Golfo de Theſſalonichi.

§. 4.

Macedoniæ ſtrictè dictæ oppida ſunt 1. *Pidna* ſeu Citros. 2. *Aiomanna* ad Golfo Aiomanno. 3. *Caniſtro*. 4. C. *de monte Santo*. 5. *Ægæa* ſeu Ædeſſa, unde mare Ægæum. 6. *Pella*. 7. *Lariſſa*. 8. *Dion*. 9. *Stagira*, Ariſtotelis patria.

§. 5.

In Provincia *Comenolitari* oppida ſunt 1. *Janna*. 2. *Tyriſſa*. 3. *Fila*. 4. *Crimena*. 5. *Facio*. 6. *Dion*. 7. *Muſochia*. 8. *Melibea*. 9. *Siderocapſa* aurifodina celebris.

§. 6.

Fluvii ſunt Strymon. 2. Axius. 3 Erigogonius. 4. Aliacmon. 5. Peleus. 6. Chabrius. 7. Panyaſus ſeu Spirnaſſa. 8. Apſus. 9. Laus ſeu Polina. 10. Cedlinus ſeu Salnich.

§. 7.

Inter montes eminent 1. Pelion. 2. Oſſa. 3. Pindus. 4. Nymphæus. 5. Athos ſummæ altitudinis umbra Lemnæ inſulæ ex parte ſolem auffert mons, jugum a Mela lib. 2. cap. 2. creditur altius qvam unde imbres cadunt, qvia de aris qvas in vertice ſuſtinet non abluitur cinis, ſed ſemper idem manet. Unde antiqvitas fabuloſa columnæ cœli nomen ei vindicavit.

in-

in præsentiarum monte ſancto vocatur, qvod à Monachis *Palojerorum* colatur; hunc montem à Xerxe in Grajos tendente perfoſſum & transnavigatum, factumq; freto navigabili pervium, loqvitur Hiſtoria. vid. Cluver. Introd. Geogr. lib. 4. c. 10.

§. 8.

Olim Macedonia dividebatur in Primam, Secundam, Tertiam & Qvartam.

1. *Primæ* caput erat *Amphipolis*, populi vero fuerunt 1. *Edonii*, ubi *Amphipolis*, *Philippi*. 2. *Biſattæ*, ubi *Heraclea Sintica*, *Paræcopolis*.

2. *Secundæ* caput erat *Theſſalonica*; Provinciæ vero & Populi 1. *Amphaxitis* ubi *Theſſalonica* ſeu Salonichi, *Stagira*. 2. *Mygdonia*, ubi *Antigonia*, *Carrhabæa*. 3. *Pelagonia*, ubi *Stobi*. 4. *Jori*, ubi *Jorum*. 5. *Orbeli*, ubi *Gariſcus*. 8. *Pæonia*, ubi Alorus. 9. *Almopia*, ubi *Europus*. 10. *Chalcidica*, ubi *Acanthus*. 11. *Paraxis*, ubi *Olinthus*, *Caſſandria*.

3. *Tertiæ* caput erat *Pella*. Provinciæ & Populi 1. *Æmathia* ubi *Ædeſſa* ſeu Vodena. *Pella*. *Perrhæa*. 2. *Pieria*, Muſarum ſedes, unde & Muſæ Pierides dicuntur; amœniſſima regio eſt ad mare Theſſalonicum; ubi *Phylace*, *Pydna*, *Dium*. 3. *Lynceſtis*, ubi *Heraclea Lynceſtidis*. 4. *Æſtræi*, ubi *Æſtræum*.

4. *Qvartæ* caput erat *Pelagonia* Provinciæ verò atqve populi 1. *Albani*, ubi *Albanopolis*. 2. *Taulantii*, ubi *Epidamnus* ſeu Dyrrhachium nunc *Durazzo*, *Appollonia* ſeu Poline. *Aulon* ſeu Valona. 3. *Eordæi*, ubi *Eordæa*. *Daulia*. 4. *Daſſaretæ*, ubi *Lychnidos* ſeu Locrida. 5. *Oreſtis*, ubi *Amantia*. *Gyrtone*. 6. *Elymiotæ* ubi *Elyma* ſeu Canina. *Bullis*.

Pluribus vid. Cluver, Introd. Geogr. lib. 4. c. 9.

CAP. XIII.

De

THESSALIA.

THessalia tertiam totius Græciæ conſtituit partem, cujus Termini ab *Ortu* Mare Ægeum, à *Septentrione* Macedonia; à *Meridie* Græcia propriè ſic dicta, & Epiri pars; ab *Occaſu* Epirus & Macedonia; hodiè dicitur *Janna.* Hic natus Rex Græcus, à qvo Græcia, hic Hellen, à qvo Hellenes.

§. 1.

Caput Theſſaliæ nunc *Janna* vocatur Provinciæ & Populi ſunt

1. *Theſſalia propriè dicta*, ubi *Hypata*, *Soſthenes*, *Cypera*.

2. *Eſtiotis*, ubi *Tricca*, *Gomphy*, *Phæſtus*, *Chiretia*, *Czemene*.

3. *Pelaſgia*, ubi *Pharſalus*, *Pythæum*, *Atrax*, *Doliche*, *Gona*. Ab hac Provincia in genere Græci *Pelasgi* vocabantur.

4. *Magneſia*, ubi *Pheræ*, *Melibœa*, *Jolcus*, *Magneſia* ad C. St. Georgio, Tempe.

5. *Phthiotis*, ubi *Lariſſa*, *Phthia*, *Thebæ Theſſalicæ* ad ſinum Maliaco, qvi nunc *Golfo del Ziton* vocatur, ubi & inveniuntur *Thermopylæ*, h. e. aperturæ vel tranſitus montium inter Tarchinem & Alpenos altiſſima juga præcipiti tractu ad Oetam uſqve montem porrectus, ubi Spartanorum Dux Leonidas vitam

tam cum morte commutavit; prohibiturus Xerxi transitum, cæsis tamen antea 200000. Persarum. vid. Herodot. lib. 7. Urbibus addi possunt *Tempe* & *Demetrias*, prior locus ad Peneum fl. sacro celebris nemore.

§. 2.

Sinus Thessaliæ notiores sunt 1. Pelasgicus, nunc *Golfo de Armiro*. 2. Maliacus hodie dictus *Golfo del Ziton*.

§. 3.

Fluvii sunt Peneo ubi Larissa. 2. Sperchio ubi Hypata.

§. 4.

Montium nomine veniunt 1. Tarchines. 2. Alpeni. 3. Domonignisa seu Domonigniza. 4. Olympus, de qvo præced. cap. 10. §. 5. Gigantum fabula memoratus. 5. Pelius. 6. Ossa.

CAP. XIV.

De GRÆCIA strictè dicta, *seu* ACHAIA.

QVartam Græciæ partem conficit ipsa Græcia strictè sic dicta, alio nomine vocata Ptolemæo *Achaja*, nunc *Livadia*, terminatur ab *Ortu*

 Ægeo

Ægeo mari, ab *Occasu* Epiro; a *Meridie Peloponneso*; a *Septentrione* Epiri parte & Thessalia.

§. 1.

Caput Achaiæ est *Lepanto* ad Golfo de Lepanto olim *Naupactus* dicta.

§. 2.

Populi & Provinciæ Achaiæ sunt seqventes

1. *Ætolia*, ubi 1. *Calidon.* 2. *Chalcis.* 3. *Olenus.*

2. *Locri Ozolæ*, ubi 1. *Amphissa.* 2. *Naupactus* seu Lepanto. 3. *Ozolea* seu Ozolis.

3. *Doris*, ubi *Citinium.* 2. *Erineo.* 3. *Bium.* 4. *Corax* mons. 4. *Pindus.*

4. *Phocis*, ubi *Delphi* Oraculo celebris, de qvo Pausanias lib. 4. 2. *Pythia.* 3. *Cyrrha.* 4. *Anticyrrha.* 5. *Daulis.* 6. *Bulia.* 7. *Elatia.* 8. *Evello.* 9. *Salona.* 10. *Musarum montes* Parnassus & Helicon.

5. *Opuntii*, ubi *Opus.*

6. *Locri Epicnemidii*, ubi *Cnemides.* 2. *Thronium.* 3. *Opus.* 4. *Elatia.* 5. *Lilæa.*

7. *Bœotia*, ubi Thebæ Beotiæ duobus diis Alumnis Hercule & Libero maxumè celebres, potens qvondam civitas ad Golfo de Negroponte seu sinum Oeteum, alio nomine vocatur *Heptapylos* à septem portis. 2. *Platea* ubi Pausanias Spartanorum & Aristides Atheniensium Duces 260000 militum Xerxi stipendia facientium interfecerunt. 3. *Leuctra* Epaminondæ pugna adversus Lacedæmonios victoriaqve clara. 4. *Cherronea* Plutarchi Patria. 5. *Orcho.*

Orchomenus seu Orchomeno. 6. *Thespia*. 7. *Ascra* Hesiodi Patria. 8. *Cornia*. 9. *Leladia*.

8. *Megaris* ubi *Megara* Patria Euclidis Socratici & non Mathematici. 2. *Nisaea* seu Salina.

9. *Attica* ubi *Athenae* nobilissima olim florens Academia civitas Professores alebat *Musaeum* Poëtam. *Solonem, Socratem, Xenephontem*, *Platonem, Isocratem, Demosthenem, Thucydidem* &c. monti im posita est castello firmata à Turcis occupato inhabi tata & à Christianis cum Turcis. 2. *Marathon* ubi Miltiades Darii exercitum 600000 militibus compositum defecit reportata victoria. 3. *Thebae Attica*. 4. *Eleusis* templo Cereris clara.

§. 3.

Fluvii celebriores sunt 1. Ismenus ad Thebas Baeotiae. 2. Cnopus seu Asopus. 3. Evenus seu Lycormas.

§. 4.

Montes sunt notiores 1. Parnassus Phoebo & Bromio sacer. 2. Helicon Musis sacratus. 3. Hermettus. 4. Citharon à Cithara instrumenti musici genere notus in Baeotia, fabulis celebratissimus.

§. 5.

Archiepiscopi Graeciae sunt 1. Philippensis. 2. Seressanensis. 3. Thebanensis. 4. Castoriensis. 5. Corcyrensis. 6. Duracensis. 7. Thessalonicensis. 8. Laricensis. 9. Neopatensis. 10. Atheniensis.

CAP. XV.

De

PELOPONNESO,

seu

MOREA.

GRæciæ qvintam & ultimam Morea partem constituit alias *Peloponnesus* dicta; illud nomen ab incursionibus Maurorum; hoc à Pelope Rege accepit. Terminos habet ab *Occasu* Mare Jonium, à *Meridie* Mediterraneum; ab *Ortu* Ægeum; à *Septentrione* sinum Corinthiacum & sinum Saronicum: Peninsulam format duo inter maria Ægeum scil. & Jonium extensa: Tota ferè victricibus Christianorum armis hactenus obedivit.

§. 1.

Provinciæ Populiqve Moreæ sunt

1. *Achaja* propriè dicta, ubi 1. *Corinthus* nunc Coranto in ipso Isthmo, exstructa ab Alete Hippotis filio, destructa à L. Mummio post 952. annos, qvod incolæ Romanorum Legatos pro voto non susceperint. 2. *Sicyon.* 3. *Pellene.* 4. *Patras*, unde Golfo de Lepanto Golfo de Patras vocatur. 5. *Lechеum.* 6. *Schenus.* 7. *Cenchrea.* 8. *Ægyra.* 9. *Helice.* 10. *Erineus.* 11. *Panormus.* 12. *Olenus.*

2. *Elis* ubi *Olympia* certamine Gymnico maximè nobilis.

nobilis. 2. *Cyllene* Mercurii patria. 3. *Pisa* ad fl. Alveum.

3. *Messenia* ubi *Messene* Ariſtomenis Patria. 2. *Pylos* Neſtoris Patria. 3. *Corone*, unde Golfo de Corona. 4. *Methone* nunc Modon, ſedes olim Sangiaci Turcici. 5. *Cyparissa* ſive Larcadia.

4. *Arcadia*, ubi *Megalopolis* Polybii Patria, hodiè Leoantari. 2. *Stymphalus.* 3. *Tegea.* 4. *Mantinea* ſeu Manti ubi *Styx* fons ex ſaxis profluens, exitioſus omnibus animantibus tantæ frigiditatis ut potus ſtatim enecet. 5. *Psophis.* 6. *Clitor*, ubi fons Clitorius, cuiqve guſtanti vini faſtidium afferens.

5. *Laconica* ſeu Saccania, ubi *Sparta* ſeu Lacedæmon nunc *Misithra* ad fl. Eurotam ſeu Vaſilipotamo, olim dicebatur *Hecatompylos*, qvod centum imperaret civitatibus. 2. *Leuctrum.* 3. Amyclæ. 4. *Colochina* ad Golfo de Colochina portu celebris, alias hic ſinus Laconicus dicitur. 4. *Thræcen.* Teſci Patria. 5. *Pharæ.* 6. *Muina.* 7. *Cænopolis.* 8. *Leuthrona.* 9. *Gythium.* 10. *Therapne.*

6. *Argia* ubi *Argos* ſeu Hippium ad Lacum Lernam ab Hydra Lernæa, qvam Hercules vicit notum. 2. *Epidaurus* Æſculapii templo inclyta nunc *Malvasia* dicitur vid. Atl. Min. P. II. p. 302. vino generoſiſſimo nota. 3. *Nauplia*, qvæ nunc *Napoli di Romania* audit. 4. *Træzena.* 5. *Nemea.* 6. *Mycenæ*, ubi Agamemnon Rex erat.

§. 2.

Longitudo Moreæ extenditur à Promontorio Tre-

pano prope Rhium & antiRhium, incolis Dardanelli, ad C. Malia ſeu Malea è regione Inſulæ Cerigo, h. e. 52. mill. germ.

Latitudo verò extenſa à C. Torneſſo è Regione Zante inſulæ ad C. Seilli numeratur 48. mill. germ.

§. 3.

Fluvii ſunt 1. Aſopus ſeu Arbon. 2. Pennajus ſeu Igliaco. 3. Alpheus ſeu Rophea ſeu Orphea ſeu Carbon. 4. Panniſius ſeu Pinnaza. 5. Eurota ſeu Baſilopotamo. 6. Inachus ſeu Planizza.

§. 4.

Montes celebriores vocantur 1. Stymphalus in Arcadia ſive Poglici. 2. Pholœ ſeu Xiria ſive Cyllenius. 3. Mænalus. 4. Zarex ſeu Zaraca. 5. Minthe ſeu Olono ſeu Evon. 6. Taygetus in Laconia tantæ altitudinis ut occupato cacumine qvis totam circumſpicere qveat peninſulam, ſacer eſt Baccho, Apollini; Dianæ & Cereri.

§. 5.

Archiepiſcopi Moreæ ſunt 1. Corinthiacus. 2. Petracenſis. Illi ſubeſt Epiſcopus Argivenſis. Huic Colonienſis, Mothonenſis, Coronenſis, Amyclenſis, Androvillenſis.

CAP. XVI.

De

INSULIS

ad Græciam ſpectantibus.

INſulæ adjacentes ſunt vel in mari Jonio, vel in mari Ægeo; Illæ pertinent partim ad Remp. Venetam, partim ad Turcas; *Quæ ad Venetos* ſpectant ſunt §. 1.

1. *Corcyra* ſeu Corfu, ubi munitiſſima urbs ejusdem nominis adverſus Turcas, clavis Adriatici vocatur Maris, qvod *Golfo di Venetia* audit. Oppida ſunt 1. *Corfu*, tribus firmatum caſtellis. 2. *Potamos.* 3. *Caſali* &c.

2. *Paxæ* ſeu Paxu ſeu Antipaxu.

3. *Leucadia* ſeu Santa Maura, ubi caput ejuſd. nominis.

4. *Cephalonia* habet caput *Ceſaloniam* munitam urbem portu celebri. 2. *Caſtel Peleo.* 3. *Portus Guiſcardo.*

5. *Zacynthus* ſeu Zante, cujus caput eodem gaudet nomine freqventi terræ motu ſubditus locus, adde 1. *Ambello.* 2. *Fedro.* 3. *Plamati,*

§. 2.

Inſulæ Maris Jonii Turcis parentes ſunt

1. *Saſo* ſeu Saſena.

2. *Echinades* ſeu Iſole de Morea ſeu Curzolari.

3. *Ithaca* ſeu Val. de Comapare.
4. *Strophades* ſeu Strivali.
5. *Sphagia* ſeu Sapienza.
6. *Prote* ſeu Prodeno.
7. *Oenuſæ.*

§. 3.

Inſulæ maris Ægæi Venetis obedientes.

Sola Cythera ſeu *Cerigo* venit hic commemoranda, ubi 1. *Cerigo* olim *Porphyris*, unde marmor Porphyrium celebre, difficillima aditu eſt. 2. *Chica.* 3. *Caverna.*

§. 4.

Inſulæ Maris Ægæi ad Turcas pertinentes ſunt

1. *Creta* ſeu Candia, qvæ omnium adjacentium Inſularum maxima; nomen ducit vel à Crete Nymphæ Heſperidis filia, vel à Crete Rege Curetum. *Càndia* dicitur à metropoli hujus nominis. vid. Atl. Min. P. II. p. 287.

§. 5.

Ab *Ortu* Carpathio pellitur mari; ab *Occaſu* Golfo di Venetia adjacet; à *Septentrione* Ægæis & Creticis verberatur æſtibus; à *Meridie* Lybico & Ægyptiaco circumdatur æqvore.

§. 6.

Longitudo maxima à promontorio Samonio ſeu C. Salamoni ad promontorium Corycum ſeu Cornico 70. mill. germ. eſt.

Latitudo circa mediam ſui partem maxime patens 15. mill. germ.

§. 7.

Centum in ea urbium clara eſt fama unde & Hecatom-

catompolin Plinius nominat: nobiliora oppida funt 1. *Candia* metropolis qvam anno 1669. Turcæ fub jugum miferunt. 2. *Cortyna.* 3. *Cydon,* qvæ Græcis Urbium Mater dicebatur. 4. *Cnoffus* Minois regia. 5. *Therapnæ.* 6. *Dium.* 7. *Lyctus.* 8. *Lycaftus.* 9. *Phæftus.* 10. *Manethufa.* 11. *Dictynna.* 12. *Canea.* 13. *Sitia.* 14. *Rhetimo.*

Loca qvæ adhuc Venetis funt munita feqvuntur 1. *Suda.* 2. *Spinalonga.* 3. *Carabufa.*

§. 8.

Fluvii funt 1. Meliponamus. 2. Scafinus. 3. Cladilis. 4. Epicidomus. 5. Giffo. 6. Divetro. 7. Nopuliàr. 8. Limens.

§. 9.

Montium celebriores funt 1. Idæus feu Ida, nunc *Monte de Geove* altiffimus Jovis memoriam ad urbem Candiam fervans, qvem in eo fepultum putant. 2. Dictæus feu Dicta feu *Serhia* perpetua uritur nive. 3. Leucis feu Cadifi feu Cadifcus nunc *Monte de Madana* cujus altitudo nubes fupprimit. 4. *Monte di St. Cruce.*

§. 10.

Archiepifcopus Candienfis fub fe habet Epifcopos Kirokenfem, Archadienfem, Gerapetrenfem, Suinenfem, Milopocannienfem, Arienfem, Calamonienfem, Agienfem & Riffanienfem. Præter Candienfem dantur adhuc tres alii hujus Infulæ Archiepifcopi nim. *Atridenfis.* 2. *Soltanienfis.* 3. *Vofprenienfis.* vid. Atl. Min. P. II. p. 287.

§. 11.

Inter ædificia nobiliora memoriam meretur *Labyrin-*

3. *Ithaca* seu Val. de Comapare.
4. *Strophades* seu Strivali.
5. *Sphagia* seu Sapienza.
6. *Prote* seu Prodeno.
7. *Oenusa.*

§. 3.

Insulæ maris Ægæi Venetis obedientes.

Sola Cythera seu *Cerigo* venit hic commemoranda, ubi 1. *Cerigo* olim *Porphyris*, unde marmor Porphyrium celebre, difficillima aditu est. 2. *Chica.* 3. *Caverna.*

§. 4.

Insulæ Maris Ægæi ad Turcas pertinentes sunt

1. *Creta* seu Candia, quæ omnium adjacentium Insularum maxima; nomen ducit vel à Crete Nymphæ Hesperidis filia, vel à Crete Rege Curetum. *Candia* dicitur à metropoli hujus nominis. vid. Atl. Min. P. II. p. 287.

§. 5.

Ab *Ortu* Carpathio pellitur mari; ab *Occasu* Golfo di Venetia adjacet; à *Septentrione* Ægæis & Creticis verberatur æstibus; à *Meridie* Lybico & Ægyptiaco circumdatur æqvore.

§. 6.

Longitudo maxima à promontorio Samonio seu C. Salamoni ad promontorium Corycum seu Cornico 70. mill. germ. est.

Latitudo circa mediam sui partem maxime patens 15. mill. germ.

§. 7.

Centum in ea urbium clara est fama unde & Hecatom-

catompolin Plinius nominat : nobiliora oppida funt 1. *Candia* metropolis qvam anno 1669. Turcæ fub jugum miferunt. 2. *Cortyna*. 3. *Cydon*, qvæ Græcis Urbium Mater dicebatur. 4. *Cnoffus* Minois regia. 5. *Therapnæ*. 6. *Dium*. 7. *Lyctus*. 8. *Lycaftus*. 9. *Phæftus*. 10. *Manethufa*. 11. *Dictynna*. 12. *Canea*. 13. *Sitia*. 14. *Rhetimo*. Loca qvæ adhuc Venetis funt munita feqvuntur 1. *Suda*. 2. *Spinalonga*. 3. *Carabufa*.

§. 8.

Fluvii funt 1. Meliponamus. 2. Scafinus. 3. Cladilis. 4. Epicidomus. 5. Giffo. 6. Divetro. 7. Nopuliar. 8. Limens.

§. 9.

Montium celebriores funt 1. Idæus feu Ida, nunc *Monte de Geove* altiffimus Jovis memoriam ad urbem Candiam fervans, qvem in eo fepultum putant. 2. Dictæus feu Dicta feu *Serbia* perpetua uritur nive. 3. Leucis feu Cadifi feu Cadifcus nunc *Monte de Madana* cujus altitudo nubes fupprimit. 4. *Monte di St. Cruce*.

§. 10.

Archiepifcopus Candienfis fub fe habet Epifcopos Kirokenfem, Archadienfem, Gerapetrenfem, Suinenfem, Milopocannienfem, Arienfem, Calamonienfem, Agienfem & Riffanienfem. Præter Candienfem dantur adhuc tres alii hujus Infulæ Archiepifcopi nim. *Atridenfis*. 2. *Soltanienfis*. 3. *Vofprenienfis*. vid. Atl. Min. P. II. p. 287.

§. 11.

Inter ædificia nobiliora memoriam meretur *Labyrin-*

byrinthus mirandum Dædali opus, itinerum ambages ac errores inextricabiles continens lapide polito, & fornicibus tectum, subterranea specus est intra montem cavata qvinqve & viginti passuum millibus in internis Cretæ à Candia urbe distans vid. *Petrus Martyr Leg. Babyl. l.* 2. *p.* 317. Spectatoribus advenis præire solet senex indigena, qvi meatus bene habet cognitos ardente funali occursus & inexplicabiles monstrans recursus.

§. 12.

Incolæ perpetuo vitiosissimi & piratica infames, pecudibus instar fœminis utentes & ipsosmet masculos muliebria pati cogunt. De sexu fœmineo referunt qvod iratarum morsus venenati & prope insanabiles sint, es ist eben als wann ein wütender Hund einen gebissen. vid. Georgii Christoph. Neitschütz. Itiner. p. 134.

§. 13.

2. *Ægina* seu Engia, unde Golfo d'Engia.

3. *Salamis* seu Esena seu Coluri, Xerxis clade à Themistocle accepta celebris.

4. *Eubœa* seu Negroponte, Turcis Egripos extenditur versus Meridiem ad Promontorium Geresto, versus Septentrionem, Cœneum, longitudo numeratur 15. mill. germ. Latitudo tantum sex. Frustra an. 1688. à Venetis corona cingebatur: Oppida sunt 1. *Chalcis* seu Negropont morte Aristotelis clara. 2. *Eretria* Simonidis Poëtæ Patria. 3. *Caristo.* 4. *Helliæa.* 5. *Pyraba.* 6. *Nesos.* 7. *Oechalia* &c.

§. 14.

§. 14.

Fluvii sunt duo *Cerus* & *Neleus*, ille bibentibus crines candidi coloris, hic nigri causat. Mare proximum seu Euripus 24. horarum spatio septies fluit & refluit.

Mons *Capbareus* Græcorum clade memorabilis.

§. 15.

5. *Sciros* seu Sciro.

6. *Lemnus* seu Stalimene intra montem Athonem & Chersonesum; ubi Myrina, Lemno, La Scala.

7. *Thasus* seu Thaso.

8. *Samothrace* seu Samandrachi.

9. *Imbrus* seu Lembro.

§. 16.

10. *Lesbus* seu *Metelino* seu Metelin ubi Antyssa. 2. *Pyrrha*. 3. *Eryssos*. 4. *Cirava*. 5. *Gieremia*.

11. *Chius* seu Scio, ubi 1. *Chia* Homeri Patria, portu gaudet & tribus promontoriis, qvorum nomina 1. *Posidium*. 2. *Phanæum*. 3. *Arvisium*, unde vina Arvisia nota (Malvasier) 2. *Pigrino*. 3. *Cardemile*.

12. *Sporades*, ita dicuntur qvod extra ordinem dispersæ jaceant, præcipuæ earum 1. *Astyphalea* seu Stampalia. 2. *Nixia* seu Naxus. 3. *Eubœa* seu Negroponte, de qva modo dictum. 4. *Anticyra* in sinu Maliaco. 5. *Sciros* seu Sciro. 6. *Lemnos* seu Stalimene. 7. *Imbrus* seu Lembro: qvarum qvarundam jam facta mentio. 8. *Samos* Pythagoræ Patria. 9. *Cos* Hippocratis Patria.

§. 17.

§. 17.

13. *Cyclades* insulæ dicuntur, qvod circulum qvasi situ formant; præcipuæ sunt

1. *Melos* seu Milo, ubi caput *Milo* & oppida 1. *S. Zorzi.* 2. *Apanocas.* 3. *S. Domini.*

2. *Therasia* seu Santarino, ubi 1. *Scaro.* 2. *St. Salvator.* 3. *Nebrio.*

3. *Tenoa* seu Tino, qvæ Venetis adhuc paret.

4. *Delos* seu Sdillo. 5. *Cimolis.* 6. *Siphnos* seu Siphano. 7. *Cia seu Cea.* 8. *Paros* seu Pario. 9. *Andros* seu Andri. 10. *Pathmos* seu Palmassa, exilio & Apocalypsi S. Johannis clara.

14. *Tenedos* seu Tenedo, qvam 1656. Veneti occuparunt Turcica ad Dardanellos devicta classe.

15. *Carpathus* seu Scarpanto, ubi Scarpanto. 2. *Cordamilla.* 3. *Lave.* 4. *Menete.*

16. *Rhodus*, de qva lib. 7. c. 5. §. 27.

§. 18.

17. *Icaria* seu *Nicaria*, unde Mare Icarium. Nomen natum ab *Icaro* hic submerso.

18. Cyprus Mediterranei Maris maxima insularum, nomen habet vel à Cypro virgine hic submersa, vel à Cypro arbore sola qvæ radices hic agit, vel à cupri inventione.

Terminatur ab *Ortu* Mari Syriaco & Golfo de Lacazzo; qvem olim sinum Issicum nominarunt; ab *Occasu* Mari Pamphilico, à *Meridie* Ægyptiaco & à *Septentrione* Cilicia nunc Caromannia. Ambitum numerant 130 mill. germ. hic conficitur pannus *Zambelotto* seu *Cammelot* dictus.

Oppi-

Oppida nobiliora sunt 1. *Bapho*. 2. *Palæ Paphos*, ubi Venus Mare relinqvens primum fixit pedem. 3. *Salamis* postea Constantia dicta, cujus Episcopus erat Epiphanius. 4. *Amathus*. 5. Ceraunia, qvæ urbes ut plurimum dirutæ; hodiè adhuc florent 1. *Nicosia*. 2. *Famagusta*.

Fluvii insulæ maximè duo sunt nim. Lycus & Lapethus.

Montium celeberrimus est Olympus Trohoden incolis dictus à Colojeris cultus; ambitum habens 54. mill. germ. plura vid. infra lib. 7. cap. 5. §. 24. *Omnes hactenus* enumeratas Insulas ordine Alphabetico disposuit Ricciolus in Geogr. Reform. l. 3. c. 15. qvas videre licet ap. Becman. hist. orb. terr. p. 138. Authorem Geogr. Stat. p. 1322.

CAP. XVII.

De SARMATIA, EUROPÆA.

SArmatia Europæarum regionum ultima differt ab Asiatica, limitata ab *Ortu* Tanai & Duina fl. ab *Occasu* Vistula amne & mari Suevico nec non sinu Finnico; à *Septentrione* verberatur Sarmatico Oceano seu concreto mari; à *Meridie* adest Mæotis palus, Tauricæ Chersonesi Isthmus, Pontus, Ister, Hierasus & Carpatici montes.

§. 1.

§. 1.

Longitudo ab *Istri* & *Patissi* confluentibus, ad *Obii* ostium porrecta est 350. mill. germ. Reichelto Elem. Geogr. p. 91. Cluverio vero Introd. Geogr. lib. 4. c. 21. hæc distantia est 540. mill. germ.

Latitudo inter *Ra* fl. & sinum *Granvicum*, illi est 150. huic 360. mill. germ.

§. 2.

Montes celebriores sunt 1. Carpathus seu Krapak dividens Poloniam ab Hungaria. 2. Riphæi seu Obii à sinu Albo ad Obii ostium extensi hodie dicuntur Weliki Kameny poyas, h. e. magnum lapideum cingulum, qvia orbis cingulum eos perhibent.

§. 3.

Fluvii nobiliores sunt 1. *Vistula* seu Weixel. 2. *Chronus* seu Mammel/ Polonis Niemen. 3. *Rubo* nunc *Diviná*; Polonis & germanis die Dune/ se exonerat in Veneticum sinum prope Rigam. 4. *Duina*. 5. *Rha*. f. Volga. 6. *Turuntus* in Moscovia nunc *Welikarzeka*. 7. Chesinus se evolens in sinum Granvicum hodiè dicitur *Louat*. 8. *Borysthenes* seu Nieper. 9. Tyras seu Niester.

§. 4.

Dividitur in Regnum Poloniæ, Provincias Polonicas, & Magnum Moscoviæ Ducatum: de qvibus seqventi ordine.

CAP.

CAP. XVIII.

De REGNO POLONIÆ.

PRimam igitur partem Sarmatiæ Europææ Poloniæ Regnum conſtituit terminatum ab *Occaſu* Moravia; Sileſia, Marchia Brandenburgica. & Pomerania. ab *Ortu* Maſſovia, Lithuania & Ruſſia à *Septentrione* Pruſſia & Pomerania. à *Meridie* Ruſſia & Hungaria. Nomen habet è Sclavonico vocabulo *Pole* qvod campum denotat; qvia tota campeſtris & plana regio.

§. 1.

Longitudo Poloniæ ducta ab oppido *Schwibuſſen* prope Sileſiam ad oppidum *Czirkaſſy* in ripa ſitum Boryſthenis, mill. germ. 200. eſt.

Latitudo à *Pernavia* Livoniæ oppido porrecta ad *Carpathum* montem numeratur 150. mill. germ.

§. 2.

Olim Poloniæ ducatus erat usqve ad annum 1001. qvo Otto III. Imp. Boleslao Chabri Polonorum duci coronam impoſuit, ad exhibendam gratam mentem qvod illi brachium S. Adelberti *Gneſnæ* ſepulti donaverit; tumulus Boleslai hoc verſu circumdatur:

Ob famam bonam Tibi contulit Otto Coronam.

vid. hac de re Melanchthon Chronic. Car. lib. 4. ſub Ottone III. p. m. 519. Conringius in tract. de finib.

Imp. cap. 18. existimat contra communem sententiam Polonos sub Imperio Conradi II. Imp. sibi propria elegisse authoritate Regem cum status esset turbulentus.

§. 3.

Fluvii Poloniæ sunt 1. Vistula seu Weixel. 2. Chronus seu Pregel 3. Rubon. 4. Viadruz seu Oder 5. Varta 6. Tyras seu Nyester. 7. Hypanis seu Bugh. 8. Nyeper.

§. 4.

Montium inopia est nisi qva regio Meridiem respicit ubi Carpathii incolis *Tarres* & Sarmatica juga; Eminet & *Calvus* mons in qvo monasterium S. Crucis, ligno celebre in qvo Salvator Noster pependit. Sylvis abundat qvæ tamen non nisi partes *Hercyniæ* variis hinc inde dictæ nominibus.

§. 5.

Academiæ Polonici Regni sunt 1. Cracoviensis 2. Regiomontana in Borussia 3. Vilnensis in Lithuania.

§. 6.

Polonia Europæ Ægyptus ac imprimis Belgii horreum qvamvis intemperie cœli nimium laborat, sterilitate ingruente messes totam fere alunt Europam; in Podolia ter fiunt qvotannis sparsis semel tantum seminibus; similiter Prussia lacubus, fluviis stagnisqve freqventer rigua, frumenti maxime ferax. Samogithia præstantissimo nota melle, Livonia omni tempore frumenti salutatur copia.

[Pol]a. Moscovia pascuis gaudet mire luxuriantibus. [P]*lumbi & Argenti* materia ap. *Ilcussiam* hauritur *Sclaucoviam* alibiq; *Æs & aurum* præbent montes circa *Sandiciam* ap. *Bochniam* pellucidi & candidi ingenii *salis* exscinduntur frusta è terra; *Marmoris* varii coloris ap. *Seleciam* copia est, *Nitri* ap. *Vislitiam*: *Vitrioli* ap. *Beciam*, *Cupri & Carbonum* ap. *Tencinum*, *Chalybis* ap. *Podoleneciam*, *Ferri simplicis* & vitreorum vasorum officinas ap. *Olstiniam Poloniæ commendat.* Vites hinc inde conspici sed vinum inde expressum acerbius qvam palato amabile, autor est Simon Starovolscius descr. Polon. p. 9. &c. 57. 58. &c. ubi pluribus legi poterit.

§. 7.

Status Polonicus membris sustentatur duobus, altero Ecclesiasticis altero Secularibus composito personis. Ecclesiasticæ sunt duo *Archiepiscopi* nim. *Gnesnensis* & *Leopolensis*; & *Episcopi* qvorum Sedes sunt 1. *Cracovia* 2. *Ploczko.* 3. *Chelma.* 4. *Vladislavia.* 5. *Pomesania.* 6. *Warmia.* 7. *Culma* 8. *Sambiens.* 9. *Posna.* 10. *Premislia* 11. *Cavenez.* 12. *Vilna.* 13. *Medniceqve* 14. *Luceoria.* 15. *Rigasis* in Livonia 16. *Derpta.* 17. *Abscl.* 18. *Revel.* Sed hi qvatuor posteriores Regi Sueciæ subsunt & qvidem Lutheranæ [r]eligionis.

§. 8.

Status Polinicus regitur Personis Politicis nim. *[N]obilitate* cujus Jura amplissima sunt; Regni Senat[us]

conſtituuntur è Nobilibus; Rex eligitur à Nobilitate; Statuta Regni conduntur à Nobilitate; Negotia Regni tractantur per Nobiles; &c. Primus in Regno poſt Regem honor eſt *Archiepiſcopis* & *Epiſcopis*. Hos ſeqvuntur *Palatini*. Hos *Caſtellani*. Palatini etiam *Weywodæ* dicuntur.

§. 9.

Reges eliguntur & non naſcuntur, quæ lex adhuc in Comitiis *Varſavienſibus* an 1662. celebratis confirmata denuo: notandum 1. antiqviſſimi moris eſſe Proximos ſanguine defuncti Regis non præteriri ob memoriam benefactorum ab Anteceſſoribus perceptorum 2. Reges non eligi niſi conjunctis omnium ſuffragiis ita ut ne quidem unus contradicat Senatorum vid. Becman. hiſt. orb. terr. p. 685.

§. 10.

Inter Jura Regis potiſſimum ſunt

1. Qvod ſummum Regni caput audiat ſed vivat contentus cenſu fiſci ſui à primordiis deſignato Regni qvi tamen talis ut ad ſuſtentandam Majeſtatis Gloriam ſufficiat, cæterum nec augeri nec minui poſſe leges volunt.

2. Solus Magiſtratuum titulos & honores conferat.

3. Eccleſiaſticas conſtituat Perſonas.

§. 11.

Senatorum Jura ſunt.

1. Qvod poteſtatem habeant delinqventem Nobilem puniendi vel privando bonis vel privando vita, ſecundum circumſtantias, qva facultate Rex non fruitur.

2. Tri-

2. Tributa Rex imponere neqveat nisi unanimi consensu Ordinum seu Senatorum.

3. Qvod sine eorum approbatione nulli regia stirpe nato officium nec munus publicum concedatur.

4. Qvod bona eorum a nemine acqviri possint qvàm a Nobile, intellige immobilia.

5. Qvod cum Rege Jus Belli & Pacis & fœderum habeant: de membris Senatus Regni Majoris vid. infr. Cap. XIX. §. 3. n. 11.

§. 12.

In Polonis observatur ut plurimum dura vita, ingens animi confidentia & degener in licentiam libertas; bello qvam otio aptiores reperiuntur duce non destituti; rebus promotionem facile procurant, sæpius cum pecudibus unum inhabitant conclave; (hinc non nemo percunctatus qvid sibi in mundo vellet, respondit *Italiam* Hortum, *Galliam* Granarium, *Germaniam* culinam & *Poloniam* Suile) rotunda in morem Monachorum tonsura utuntur capillorum, historiam Cromer. de Orig. & reb. gest. Polon. lib. 4. p. 450. hujus refert tenoris; Casimirus Rex indigne habitus a Polonis relicto Regno Cluniacense in Gallia monasterium intravit, elapsis sex annis cum iterum revocaretur ad Regnum, Benedictus IX. Papa, aliter consensum dare nolebat quam impositis pœnitentiæ signis.

1. Ut singula capita exceptis nobilibus & qvi sacra

curarent qvotannis unum in lucernam Romæ in D. Petri æde arsuram solverent obulum,

2. Ut omnes Poloni capita raderent.

3. Ut festis solennibus dum sacra peraguntur, singuli Eqvites candidi coloris fasciam linteam in modum stolæ qva Sacerdotes in Sacris utuntur, è collo suspensam ferrent. Ab eo tributaria est Romanæ Sedi facta tempore.

§. 13.

Duo nunc Regni summa habentur tribunalia an. 1578. à Stephano Rege erecta, qvorum alterum *Petricoviæ* ubi deciduntur lites Palatinatuum Majoris Poloniæ & Prussiæ; alterum *Lublini* pro decidendis controversiis Paladinatuum Minoris Poloniæ & Russiæ,

§. 14.

CATALOGUS
REGUM POLONORUM.

1. Boleslaus Chobrius ab Ottone III. creatur Rex 1001
2. Mesco fil. 1034
3. Casimirus fil. ex Monacho Rex ob. 1058
4. Boleslaus Audax fil. à Gregorio VII. P. M. depositus 1079. qvod S. Stanislaum Episc. Cracoviensem occidisset ob. 1081
5. Uladislaus Princeps tantum Poloniæ ob. 1102
6. Boleslaus III. Princeps ob. 1139

7. Ula-

7.	Uladislaus II. ob.	1145
8.	Boleslaus IV. Princeps ob.	1173
9.	Micceslaus Princeps ob.	1177
10.	Casimirus II. Princeps ob.	1194
11.	Lescus Albus Princeps ob.	1227
12.	Uladislaus III. Princeps ob.	1232
13.	Henricus I. Princeps ob.	1238
14.	Uladislaus IV. Princeps ob.	1239
15.	Henricus II. Pius Princeps ob.	1242
16.	Primislaus I. Princeps ob.	1259
17.	Boleslaus Pius II. Princeps ob.	1279
18.	Boleslaus VI. Princeps ob.	1279
19.	Lescus II. Niger Princeps ob.	1289
20.	Wenceslaus Princeps ob.	1295
21.	Primislaus II. iterum fit Rex. qvæ dignitas & penes successores mansit.	1295
22.	Uladislaus Lokteck ob.	1333
23.	Casimirus III. ob.	1370
24.	Ludovicus Hungarus ob.	1384
25.	Hedwig & Jagello.	1434
26.	Uladislaus VI. Junior.	1444
27.	Casimirus IV. ob.	1492
28.	Johannes Albertus	1501
29.	Alexander ob.	1506
30.	Sigismundus I. ob.	1548
31.	Sigismundus Augustus ob.	1572
32.	Henricus Andegavensis creatur Rex 1574 tribus regnans mensibus & 26. diebus evasit in Galliam & Carolo fratri mortuo successit.	

33. Stephanus Battori Transsylvanus ob. 1586. 13 Dec. æt. 53.

34. Sigismundus III. Suecus natus in carcere 1566 ob. 1632

35. Vladislaus VII. fil. ob. 1648

36. Johannes Casimirus an. 1643. Jesuita anno 1646. Cardinalis factus; Rex eligitur 1648. Regno tamen finito bello Cosacico & Suedico iterum abdicabat.

37. Michael Wisnovecius eligitur - 1668 obiit sanguinis profluvio 1673. 31. Oct.

38. Johannes III. evectus è præfecto Armorum generali in Regem anno 1674. 20. Maji coronatus an. 1676. 2. febr.

§. 15.

Dividitur Polonia in Majorem & Minorem; utraqve subdividitur in Palatinatus seu Satrapias. Majoris Poloniæ palatinatus sunt.

1. *Posnaniensis* ubi *Posnania* seu Posen urbs præclara ac supra Polonorum cultum splendida, emporium celeberrimum, Sedes Episcopi ad fl. Wartan & Promam; reliqva oppida sunt 1. *Koscien*, 2. *Miedzyrzecze*. 3. *Ostresow*. 4. *Wschow*. 5. *Sremick*. 6. *Pronez*. 7. *Rogozno*. 8. *Stupeza*.

2. *Calisiensis* ubi *Calisia* seu Calisch ad fl. Prosna seu Pezosna reliqua oppida sunt 1. *Gnesna*. 2 *Pyzdry*. 3. *Wartha* 4. *Nacklo*. 5. *Land*. 6. *Konin*. 7. *Slupeza*. 8. *Kolo*. De *Gnesna* notandum qvod incolis vocetur *Gniezno*

Gniezno germ. Gniesen. Sedes Archiepiscopi & Primatis Regni qvi tempore Interregni *Pro Rex* dicitur; Caput Regni fieri cœpit sub Mieczislao Rege, exstructa ab Archiepiscopo Jaroslao & egregie munita.

2. *Lancisiensis*, ubi *Lancicia* Lanzitz paludibus undiqve cincta nunc *Plotsko* dicitur. oppida reliqua sunt 1. *Orlowia*, 2. *Piatec*, 3. *Bresinia* 4. *Kornazew*. 5. *Biechow*. 6. *Inowlotz*.

4. *Siradiensis* ubi *Siradia* ad Wartam fl. oppida sunt 1. *Petricovia* seu Piotrkow Tribunali regio celebris, vid. præced. §. 12. 2. *Warta* ad fl. ejusd. nominis 3. *Pobianice*.

5. *Ravensis* ubi *Rava* castello firmata; reliqva oppida sunt 1. *Sochaezovia*, 2. *Gostinin*. 3. *Gambin*. 4. *Lowitz*.

§. 16.

DE CUJAVIA.

Ad Poloniam majorem referenda est Provincia *Cujaviæ*, cujus Palatini Sedes est *Brzestye* germ. Brest; Castellanorum vero *Brest*. *Cruswick* & *Cowal*. Oppida regionis sunt 1. *Presle* munita urbs, 2. *Uladislavia* seu Wladislaw ad Vistulam seu Weixel Sedes Episcopi Cujaviensis. 3. *Kreuswick* ad lacum *Goplo* ubi arx coctis exstructa lapidibus in qua Rex *Popielius* murium cibo inserviebat. 4. *Plotzko*. 5. *Dobrinia* seu Dobrzin Castellania 6. *Kruswick*. 7. *Rippin*.

§. 17.

Poloniæ Minoris Palatinatus seu Weywodæ seu Starostey sunt.

1. *Cracoviensis* ubi *Cracovia* seu Cracau, caput decusqve totius Regni ac Sedes Regia, urbs magna & ingens, magnifice superbeqꝫ exstructa præterfluenti Vistulæ adjacet; Academia celebris erecta an. 1400. à Jagellone Vladislao R. consentiente Bonifacio IX. P. M: vid. Bucholcer. Ind. Chronol. ad an. 1400. Castello firmata cui in monte sedes nominato *Kavel*; Castellanus Cracoviensis præter morem Palatino præfertur in Senatu: tandem magnæ authoritatis Cracoviensis Episcopus est. Oppida reliqva hujus Palatinatus sunt. 1. *Clepardia* 2. *Stradomia* 3. *Casimiria* qvam partem Cracoviæ credunt 4. *Osvick*, 5. *Zator* 6. *Sziewor*. 7. *Ziewicz*. 8. *Sandeez*, 9. *Wisnia*. 10. *Bochniam* ubi pellucidi & candidi ingentia salis frusta è terra exscinduntur.

2. *Sandomiriensis* ubi *Sandomiria* seu Sandomirtscz ad Vistulam. reliqva oppida sunt 1. *Checiny* ubi argenti fodinæ 2. *Korezin*. 3. *Wislicia* 4. *Pilzno*. 5. *Opoczno*, 6. *Radomia*. 7. *Poloniec*. 8. *Zannichost* 9. *Zarnow*. 10. *Malogost*. 11. *Schydlow*.

3. *Lublinensis* ubi *Lublinum* seu Lublin Tribunali Regio celebris vid. præced. §. 13. in fin. adjacet Vistulæ arce munita. reliqva oppida

a sunt 1. *Urzendow*. 2. *Lolow*. 3. *Parcow*. 4. *Casimiria* seu Kazimiers.

CAP. XIX.

De

PROVINCIIS POLONICIS.

ALteram Poloniæ partem constituunt Provinciæ Polonicæ qvæ sunt 1. *Masovia*. 2. *Podlassia*. 3. *Lithuania*. 4. *Russia*. 5. *Podolia*. 6. *Volinia*. 7. *Prussia* 8. *Samogitia*. 9. *Livonia*.

§. 1.

Masoviæ Palatinatus sunt *Plocensis* ubi *Plocum* seu *Ploczko* & *Masoviensis* ubi *Varsovia* seu *Warsow* seu *Warschau* ad Vistulam Comitiis Regni celebris. reliqva oppida sunt 1. *Stanislavia*. 2. *Czyrcko*. 3. *Sgaro* ad Vistulam 4. *Wisky* ad fl. Bugel. 5. *Kaminiecz*. 6. *Livo*. 7. *Ziechovonis* 8. *Ostrow*. 9. *Nuv*. 10. *Novigrad* ad Narow. fl. 11. *Ostrolenka*, 12. *Szielin*. 13. *Wischegrad*. 14. *Zakriotzin*.

§. 2.

§. 2.

Podelassia seu Podlachiæ Palatinatus sunt 1. *Bielcensis* ubi *Bielka* seu Bielsko 2. *Mielnicensis*, ubi *Mielnik*. 3. *Drobicinensis* ubi *Drobicina* seu Drogiczin. Reliqva oppida sunt 1. *Augustaw*. 2. *Tykoczyn*. 3. *Sienwatycze*. 4. *Knysin*.

§. 3.

Lithuania Magni Ducatus titulo decorata terminatur ad *Septentrionem* Livonia; ad *Occasum* Samogitia. Prussia. Massovia. & Podelasia. ad *Ortum* Tartaria Minori. Ducatu Severiensi & Russia Majori seu Moscovia. ad *Meridiem* Volinia. Nomen habet ab Italis hanc provinciam petentibus, à Romanis perpetuo bello obductis, qvos incola stupidus *Litalos* vocabat, postea *Litavos*, tandem *Lituanos*. Poloniæ Regno adjuncta fuit à R. Vladislao anno 1413. 2. Oct. in Comitiis *Hrodloensibus*.

Longitudo ejus à fontibus Palottæ ad Borysthenis atqve Bous confluentes est 260. mill. germ. vid. Cluver. Intr. Geogr. lib. 4. c. 25.

Latitudo ab Oceano Orientali juxta Chromum fl. ad Kowno & inde ad Borysthenem ducta est 105. mill. germ. vid. Cluver. l. c. qvi hanc distantiam tantum 80. mill. germ. facit.

Dividitur in varios Palatinatus qvorum nomina seqvuntur.

1. *Vilnensis* ubi *Vilna* seu Wilde, ampla ac spatiosa, Cracoviæ magnitudini minimè cedens, at ligneis plurimum constans ædificiis, sede Episcopali & Tribunali Lithuaniæ nec non Academia celebris,

bis. Reliqva oppida sunt 1. *Bratislavia* seu Braslau. *Osmiana*. 3. *Wilkomirtz*.

2. *Trocensis* ubi *Troca*, Troki 2. *Grodna* seu Grodno, throno Stephani R. clara nec minus Comitiis Regni. 3. *Cowno*. 4. *Lida*. 5. *Upiz*. 6. *Launa*. 7. *Vilia* 8. *Cronio*.

3. *Breslienfis* ubi *Breslia* seu Bressiki intra fl. Bug & Muchavez. 2. *Biala*. 3. *Pinsko*.

4. *Pinscensis* seu Polesia ubi *Pinscum* seu Pinsk ad Pinam fl.

5. *Novogradiensis* ubi *Novograda* seu Novogrodeck ad fl. Niemen. 2. *Slonim*. 3. *Nesvisium* 4. *Wolkawisko*. 5. *Sluezk*.

6. *Minscensis* ubi *Minscum* seu Mincko. 2. *Keidanou*. 3. *Radaskou*. 4. *Borissou*. 5. *Loboisko*. 6. *Swisloez*. 7. *Bodroisko*. 8. *Odruczk*.

7. *Poloçensis* ubi *Polota* seu Poloczko ad Polota & Duna fl. 2. *Disna*. 3. *Drissa*. 4. *Druba*.

8. *Vitebscienfis* ubi *Vitebscia* seu Witepsk ad Dunam fl. 2. *Orsba*. 3. *Uswiatb*. 4. *Wielis*.

9. *Mscislaviensis* ubi *Mscislavia* seu Mcislaw; Comitatus hujus Palatinatus sunt 1. *Dambrounensis* 2. *Mscislaviensis*. 3. *Copyckzensis* 4. *Sloukensis*. Oppida vero 1. *Molibou*. 2. *Bybou*. 3. *Reçycza*. 4. *Strisin*. 5. *Orscha*.

10. *Fluvii* Lithuaniæ sunt 1. Oscol. 2. Jugra. 3. Borysthenes 4. Vilia. 5. Niemen. 6. Bug. 7. Muhavez. 8. Pina, 9. Duna. 10. Palota.

11. *Sena-*

11. *Senatus Lithuaniæ* cum Polonico unus est qvi consistit.

1. XV. Episcopis de qvib. Cap. 18. præc. §. 6.

2. XXXI. Palatinis seu Waywodis qvorum nomina sunt. 1. *Posnaniensis* 2. *Calisiensis* 3. *Lanciciensis*. 4. *Siradiensis*. 5. *Ravensis*. 6. *Uladislaviensis*. 7. *Brestiensis*. 8. *Cracoviensis*. 9. *Sandomiriensis*. 10. *Lublinensis*. 11. *Plocensis*. 12. *Masoviensis*. 13. *Bielcensis*. 14. *Mielnicensis* 15. *Drohicinensis*. 16. *Vilnensis*. 17. *Trocensis*. 18. *Pinscensis*. 19. *Novogradiensis* 20. *Minscensis*. 21. *Polocensis*. 22. *Vitebscensis*. 23. *Mscislaviensis*. 24. *Lancisensis* 25. *Russiensis* 26. *Podoliensis* 27. *Vitelliensis* 28. *Culmensis*. 29. *Marienburgicus*. 30. *Pommeranus*.

3. XXX. Castellanis Majoribus & V. minoribus. Duobus Mareschallis. Duobus Cancellariis, totidem Vice-Cancellariis, totidemqve Thesaurariis. Hi omnes constituunt Senatum Regni Polonici, cujus Jura præced. cap. 18. §. 11. enarrantur.

Præter hunc Senatum, qvælibet Provincia peculiare tribunal habet.

12. De Lithuanis porro notandum qvod matrimonium non tantum consensu mutuo Conjugum facile dissolvatur sed & durante matronio consensu mariti aliis impune corpus offerre qveat utendum.

13. Ad supplicium damnati sibi ipsis violentas inferre manus coguntur. vid. Act. Min. p. 1. p. 141.

§. 4.

Russia seu *Roxolania* seu Reussen dividitur in *Ni-*

Nigram & Albam; *illa* pertinet ad Poloniam; *hæc* ad Moſcoviam; *illa* dicitur minor, Polonis *Czarna Rufz*: *hæc* major. De Nigra hic agendum terminata Minori Polonia, Volinia, Lithuania, Podolia, Moldavia, Tranſſilvania & Hungaria. ſuos aliqvando duces habuit, poſtmodum Poloniæ adjecta. Palatinatus ejus ſunt.

1. *Leopolenſis* ubi 1. *Leopolis* ſeu Lewenburg ſeu Lemburg emporium Turcicis celeberrimum mercibus, ſedes Archiepiſcopalis, Gymnaſio clara duobus munita caſtellis; Arminianis & Judæis liberum relinquit exercitium religionis tractandi arbitrium 2. *Preſmilia* ſeu Przemysl. 3. *Halyck*. 4. *Jaworow*.

2. *Belcenſis* ubi *Belza* ſeu Belz.

3. *Chelmenſis* ubi *Chelma* ſeu Chelm 2. *Jaworow*. 3. *Stry*. 4. *Jaroslavia*. 5. *Reſou*. 6. *Zamoſcia* ſeu Zamoſcie ad fl. Wieprz Academia celebris. 7. *Zborow*. 8. *Brody*. 9. *Zolkiew* 10. *Bloczow*.

Montium nomine veniunt 1. *Joegria* qvod jugum à termino Auſtrali Tartariæ ad Oceanum Septentrionem usqve progreditur, plurimorum fluminum fontem concedit v. g. *Witſagda*, *Neem*, *Wisſera & Petſiora*, qvod omnium maximum. 2. *Cooſvinſcoy Camen* inter Sibiriam & Ruſſiam, cujus latitudo duorum dierum iter reqvirit. 3. *Cirgins Koy Camen* 4. *Podvins*

4. *Bodvins Coy Camen*, qvod altiſſimum, multis in partibus per totum annum tegitur nivibus; involutum nube, iter facientibus tranſitum qvatuor facit dierum.

Flumina nobilioris notæ ſunt. 1. Witſagda, 2. Neem, 3. Wiſſera, 4. Petſiora &c.

§. 5.

Podolia dividitur in ſuperiorem & inferiorem, *illa* comprehendit Palatinatum *Kamanienſem* ubi *Camienicum* ſeu Kaminieck munimentum inexpugnabile Polonis, á Turcis anno 1672. occupatum. 2. *Barum* ſeu Bar. 3. *Paniouce* caſtellum. 4. *Choczim* munimentum. 5. *Zwanik*. 6. *Jaſlwiez*. 7. *Tramloba*. 8. *Grudeck*. 9. *Chmielnik*.

Inferioris Podoliæ Palatinatus eſt *Braclavienſis* ubi 1. *Braclavia* ſeu Bracklau, munimentum ad fl. Bug. 2. *Sitomiria* ſeu Zitomiria 3. *Niemirovv* 4. *Human*. 5. *Zyvvatovv*. 6. *Borſczovv*. 7. *Szarigord*. 8. *Ladizin*. 9. *Cerniovviecze*. 10. *Bercad*. 11. *Czaczanick*. 12. *Nevvekoniecpol*. Tanta fertilitate beata regio ut ſemel ſpargantur ſemina & tertia vice capiantur per annum fructus; gramen in pratis ad bovis altitudinem aſcendit.

§. 6.

Volinia ſita infra Lithuaniam verſus Auſtrum Poloniæ & Minori Ruſſiæ contermina, dividitur in *Superiorem* & *Inferiorem*; *In illa* eſt Palatinatus *Luſucenſis* ubi 1. *Luccoria* ſeu Luczko ad fl. Ster caſtello firmata

2. Gro-

Grodeck ad Lacum Amodocum. 3. *Volodimiria* seu Ulodimirz ad fl. Bug. 4. *Cremenecia* seu Krzemieniec. 5. *Visnioviece.* 6. *Zaslaw.* 7. *Constantinovia* seu Constantinovve. 8. *Miedirecz.* 9. *Zytomicr.* 10. *Olyka.* 11. *Ostrog.* 12 *Olescum* seu Olovvsko. 13. *Orilow.* 14. *Czartorysko.* 15. *Korzec.* 16. *Alexandria.* 17. *Rebesow.*

In inferiori Volinia est Palatinatus *Kyoviensis*, ubi 1. *Kiovia* seu Kiovv cryptis clara, qvarum servant memoriam subterranei ductus, & cadavera per 600. annos nondum putrefacta; meatuum miranda varietas inextricabilis exitus; prima semper Paschatos feria Presbyter cum nonnullis fratribus speluncam intrat, peractis ante auroram precibus; defunctorum Patrum corpora sacro suffimigat thure, preces postea recitat & mortuos ita alloqvitur. *Sancti Patres & Fratres hodie Christus fracto crucis jaculo à mortuis resurrexit*; ad qvæ reliqvi Clerici adstantes respondent: *Verè resurrexit Dominus Christus*; qvibus dictis infumantes denuo corpora abeunt. vid. Joh. Herbinius de religiosis Kioviensium Cryptis. 2. *Bialacerkiew* ad fl. Ros munimentum 3. *Czecherin.* castell. 4. *Circassium* seu Czyrkassy. 5. *Kersum.* 6. *Listanki.* 7. *Boguslaw.* 8. *Ryssow.* 9. *Powoloez.* 10. *Dialagrodko.* 11. *Czernickow.* 12. *Brusilow.* 13. *Horoszk.* 14. *Borasze.* 15. *Uszinir.* 16. *Owrucze.* 17. *Radomysl.* 18. *Czernobel.* 19. *Wyzgrod.* 20. *Lojowogrod.* 21. *Lubiecz.* 22. *Nawos.* 23. *Rumne.* 24. *Orezica.* 25. *Korol.* 26. *Ottawa.* 27. *Pultava.*

4. *Rodvins Coy Camen*, qvod altiſſimum, multis in partibus per totum annum tegitur nivibus; involutum nube, iter facientibus tranſitum qvatuor facit dierum.

Flumina nobilioris notæ ſunt. 1. Witſagda, 2. Neem, 3. Wiſſera, 4. Petſiora &c.

§. 5.

Podolia dividitur in ſuperiorem & inferiorem, *illa* comprehendit Palatinatum *Kamanienſem* ubi *Camienicum* ſeu Kaminieck munimentum inexpugnabile Polonis, á Turcis anno 1672. occupatum, 2. *Barum* ſeu Bar. 3. *Paniouce* caſtellum. 4. *Choczims* munimentum, 5. *Zwanik*. 6. *Jaſlwiez*. 7. *Tramloba*, 8. *Grudeck*. 9. *Chmielnik*.

Inferioris Podoliæ Palatinatus eſt *Braclavienſis* ubi 1. *Braclavia* ſeu Bracklau, munimentum ad fl. Bug. 2. *Sitomiria* ſeu Zitomiria 3. *Niemierovv* 4. *Human*. 5. *Zyvvatovv*. 6. *Borſczovv*. 7. *Szarigord*. 8. *Ladizin*. 9. *Cerniovviecze*. 10. *Bercad*. 11. *Czaczanick*. 12. *Nevvekoniecpol*. Tanta fertilitate beata regio ut ſemel ſpargantur ſemina & tertia vice capiantur per annum fructus; gramen in pratis ad bovis altitudinem aſcendit.

§. 6.

Volinia ſita infra Lithuaniam verſus Auſtrum Poloniæ & Minori Ruſſiæ contermina, dividitur in *Superiorem* & *Inferiorem*; *In illa* eſt Palatinatus *Luſucenſis* ubi 1. *Luccoria* ſeu Luczko ad fl. Ster caſtello firmata

2. *Gro-*

2. *Grodeck* ad Lacum Amodocum. 3. *Volodimiria* seu Ulodimirz ad fl. Bug. 4. *Cremenecia* seu Krzemieniec. 5. *Visnioviece*. 6. *Zaslaw*. 7. *Constantinovia* seu Constantinovve. 8. *Miedirecz*. 9. *Zytomier*. 10. *Olyka*. 11. *Ostrog*. 12 *Olescum* seu Olovvsko. 13. *Orilow*. 14. *Czartorysko*. 15. *Korzec*. 16. *Alexandria*. 17. *Rebesow*.

In inferiori Volinia est Palatinatus *Kyoviensis*,ubi 1. *Kiovia* seu Kiovv cryptis clara, qvarum servant memoriam subterranei ductus, & cadavera per 600. annos nondum putrefacta; meatuum miranda varietas inextricabilis exitus; prima semper Paschatos feria Presbyter cum nonnullis fratribus speluncam intrat,peractis ante auroram precibus; defunctorum Patrum corpora sacro suffimigat thure, preces postea recitat & mortuos ita alloqvitur. *Sancti Patres & Fratres hodie Christus fracto crucis jaculo à mortuis resurrexit*; ad qvæ reliqvi Clerici adstantes respondent: *Verè resurrexit Dominus Christus*; qvibus dictis infumantes denuo corpora abeunt. vid. Joh. Herbinius de religiosis Kioviensium Cryptis. 2. *Bialacerkiew* ad fl. Ros munimentum 3. *Czecherin*. castell. 4. *Circassium* seu Czyrkassy. 5. *Kersum*, 6. *Listanki*. 7. *Bogislaw*. 8. *Ryssow*. 9. *Powolocz*. 10. *Dialagrodko*. 11. *Czernickow*. 12. *Brusilow*. 13. *Horoszk*. 14. *Borasze*. 15. *Uszinir*. 16. *Owrucze*. 17. *Radomysi*. 18. *Czernobel*. 19. *Wyzgrod*. 20. *Lojowogrod*. 21. *Lubiecz*. 22. *Nawos*. 23. *Rumne*. 24. *Orezica*. 25. *Korol*. 26. *Ottawa*. 27. *Pultava*.

Pp §.7.

§. 7.

Pruſſia qvam Boruſſiam, germ. Preuſſen vocant, habet à *Meridie* Poloniam & Maſoviam; ab *Occaſu* Caſſubiam; a *Septentrione* ſinum Codanum; ab *Ortu* Lithuaniam & Podelaſiam; tota olim ad Germaniam pertinebat; nunc dividitur in *Regalem* & *Electoralem*. *Illa* paret Poloniæ Regi immediatè; *hæc* Electori Brandenburgico olim qvidem feudi titulo, hodiè abſoluto jure vi Transactionis *Velavienſis* inter Elect. Brandenburgicum nuperrimè defunctum Wilhelmum Fridericum & Johannem Caſimirum R. Poloniæ an. 1657. initæ, vid. art. 4. Transact. hujus. In genere latitudinem 50. longitudinem 60. mill. germ. habet. Urbium Illuſtrium, oppidorum, arciumqve freqventia, opimis incolarum divitiis, opibusqve & Terræ ipſius ubertate ſupra claret modum; licet metallorum non ferax, pecoris tamen omnigeni & inæſtimabili copia, piſcationibus, venationibus, & ſilvis ridentibus beata. vid. Atl. Min. P. I. p. 143. Teutonici Eqvites ab anno 1215. qvo Chriſtianiſmum regioni introduxerunt ad an. 1419. hanc occuparunt Provinciam, cum vero nimium ſubditos premerent, tradiderunt ſe eodem anno Caſimiro Poloniæ Regi, unde novum exortum bellum, Alberto Electore Brandenburgico, ordinis Magiſtro Anteceſſorum jurejurando ſtare recuſante, verum cum ſe fruſtra auxilium expectare cerneret, transegit tandem cum Rege avunculo ſuo, & partem Bruſſiæ Feudi titulo ab eo accepit, qvæ Electoralis poſtmodum dicebatur, qvam partem in præſentiarum

...m ut modo dictum absoluto tenet jure. vid. supr. lib. 4. c. 44. §. 6.

§. 8.
DE PRUSSIA REGALI.

Dividitur hæc Prussiæ pars in Pomerelliam, Cassubiam, Palatinatum Culmensem & Mariæburgicum atqve Episcopatum Varmiensem.

1. *Pomerelliæ* oppida sunt 1. *Dantiscum* seu Danzig, nobilissimum Suecici Maris emporium, granarium & caput totius Regni, civitas dives opulentaqve, mœnibus, fossa ac vallo munitissima, præterfluens fluvii sunt Nottlau & Rodaun, qvi cum Vistula se miscent. 2. *Weixelmünde*, castellum. 3. *Dirsaw*. 4. *Pautzke* & *Zernowitz*. 5. *Oliva* pace Polonorum cum Suecis facta celebris an. 1660. Hæc Pomerellia Pomeraniæ & Vistulæ fl. contermina qvondam Vandalorum sedes erat.

2. *Cassubiæ* oppida sunt 1. *Conicia* seu Konitz. 2. *Slochow*. 3. *Butow*. 4. *Lawenburg*. 5. *Hammerstein*. 6. *Tauchel*. 7. *Schœnek*. 8. *Mirchaw*.

3. *Palatinatus Culmensis* oppida sunt 1. *Culma* seu Culm ad Vistulam. 2. Episcopalis sedes vocatur *Culmensee*. 3. *Thorunium* seu Thorn / à colloqvio trium Religionum Doctorum an. 1645. habito clara ad Vistulam urbs. 4. *Brodnitia* seu Straßburg ad fl. Drebentz. 5. *Golup*. 6. *Javernik*. 7. *Lauterburg*. 8. *Lubavia* seu Lobau. 9. *Lessen* ad fl. Osta. 10. *Neumarck*. 11. *Grudentum* seu Graudentz, ubi Osta se in Vistulam conjicit.

4. Palatinatus *Mariæburgensis* oppida sunt 1. *Mariaburgum* seu Margenburg, cui sedes in insula

qvam Viſtula conficit,firmiſſimum audit munimentum. 2. *Elbinga* ſeu Elbingen ad fl. Nogoth, munita maxumè, Anglorum opibus, qvi pannis heic negotiantur,in ſingularem nitorem indies creſcens. 3. *Stuma* ſeu Stum. 4. *Starigrodum* ſeu Stargard ad fl. Fres. 5. *Gneovum* ſeu Gnievv. 6. *Ornetta* ſeu Wormit ad fl. Paſſerg.

5. Epiſcopatus *Varmenſis* ſeu Ermeland, oppida habet *Heisbergam* ſeu Heilsberg. 2. *Braunsberg* ad confluentes Paſſergi & Biberæ. 3. *Frauenberg* ad portam Friſchen Haffen.

6. Fluvii hujus Boruſſiæ ſunt 1. Viſtula ſeu Weixel. 2. Nattlau. 3. Rodaun. 4. Nogoth. 5. Freſs. 6. Paſſerg. 7. Drebentz. ad Straßburg. 8. Oſta ad Leſſen. 9. Biber ad Praunsberg &c.

§. 9.

DE PRUSSIA ELECTORALI.

Pruſſiæ Electoralis Provinciæ ſunt

1. *Sambia*,ubi Regius Mons ſeu Königsberg / ſedes Pro-Ducis, Academia celebris urbs inſtitutâ ab Alberto Duce Pruſſiæ an. 1544. & ſolenni introducta ritu 17. Aug. primo Rectore Georgio Sabino, celebre maritimis mercimoniis emporium; in Camera Bibliothecaria repoſitorium conſpicitur libris maximi folii argento compactis ornatum. 2. *Lebenicht*, 3. *Kneybak*. 4. *Fiſchhauſen*. 5. *Leckſtatt*. 6. *Muimelburg*.

2. *Nattangia* ſeu Nantangiæ oppida ſunt 1. *Valdonia*. 2. *Girania*. 3. *Centia*. 4. *Creneburg*. 5. *Heiligenbeil*. 6. *Friedland*. 7. *Schippenbeil*. 8. *Brandenburg*.

3. *Scla-*

3. *Sclavoniæ* oppida sunt 1. *Filsa*. 2. *Ragneta*. [3.] *Renum*. 4. *Liccovia*. 5. *Salavia*. 6. *Labia*. 7. [T]*abia*. 8. *Vintburg*. 9. *Christader*. 10. *Baytia*. 11. *Cestia*. 12. *Norbeitia*. 13. *Vensdorf*. 14. *Angenburg*. 15. *Dringoforde*.

4. *Bartoniæ* oppida sunt 1. *Bartonia* seu Bartenstein. 2. Nordenburg. 3. Johansburg. 4. Jürgburg. 5. Inserburg. 6. Richtenerder. 7. Rhenum seu Rhein.

5. *Galindiæ* oppida sunt 1. *Ortelsburgum*. 2. *Rastenburg*. 3. *Neyburg*. 4. *Passenbum*. 5. *Dreschlovia*. 6. *Lucia*. 7. Lutzenburg.

6. *Pomesaniæ* oppida sunt 1. *Risenburgum*. 2. *Menticha*. 3. *Danova*. 4. *Stum*. 5. Christburg. 6. *Prensmarch*. 7. Salfeld. 8. Merineck. 9. Holland. 10. *Lubsladia*. 11. *Osteroda*. 12. Rosenburg. 13. Marienwerder. 14. *Garnesia*. 15. *Eulonia*. 16. *Germanica*. 17. Holtzenstein. 18. Schonenberg. 19. Eulenburg &c.

7. *Hockerlandiæ* oppida sunt 1. *Holland*. 2. *Tolkiewit*. 3. *Munhusen*. 4. *Scharpovia*.

8. *Fluvii* hujus Borussiæ sunt 1. Alla. 2. Pregel ad montem Regium. 3. Inster ad Georgenburg. 4. Passerg in Pomesania.

9. *Academia* est Regiomontana.

§. 10.

Samonithiæ Ducatus terminatur à *Meridie* Prussia & Lithuania; ab *Occasu* Mari Baltico; à *Septentrione* Livonia; ab *Ortu* iterum Lithuania. Russis dicitur *Samotzkasemla*, h. e. vasta regio, nullo nec oppido, nec castello, nec eximio qvodam ædificio

insignis, sylvis horrida, solo melle qvod hic præstantissimum colligitur, nota: regitur per Præfectum: parum incolæ amant vinum; Ignem qvondam pro Deo habebant; Vates agunt; Plures ducunt uxores &c. Præcipuus locus est *Resiene* ad fl. Dabissa. 2. *Couna* ad fl. Niemen. 3. *Mednicia* seu Medniky 4. *Kawn.* 5. *Keydan*, 6. *Retow*, 7. *Szawles.*

§. II.

Livonia terminatur à *Meridie* Somogitia & Lithuania, à *Septentrione* sinu Finnico, qvo à Finlandia separatur; ab *Occasu* Mari Balthico & magno Livoniæ sinu; ab *Ortu* Lituania & Moscovia, à qva separatur Lacu Peylas & Narva amne.

1. *Longitudo* ejus inter Narvam & Memel fl. est 90. mill. germ.

Latitudo inter Windoniam oppidum, Mare Balticum & Bodinam oppidum in ripa Dunnæ est 60. mill.

2. Olim Ducatus erat ab Eqvitibus Teutonicis possessus ad an. 1570. qvo in potestatem Sigismundi Augusti, Poloniæ R. redactus sub Magistro Ordinis Teutonici, Gothardo Ketler. vid. Atl. Min. P. I. p. 124. & supra lib. 4. c. 44. §. 6. nec non in fin. hujus §.

3. Dividitur hodie in *Poloniam* & *Suecicam*; Alii eam dividunt in 4. partes, nim. *Esthoniam*; *Littlandiam*, *Curlandiam* & *Semigalliam*, qvarum primam Suedicæ ditionis faciunt; reliqvas Polonicæ, Cluverius Intr. Geogr. lib. 4. c. 26. Schott. Curs. Math. p. 347.: sed malè, dum & *Littlandia* Suecis paret.

4. *Estho-*

4. *Esthonia* seu Esten, rursus dividitur in 6. Territoria nim.

I. *Harriam* seu Harnland / ubi 1. *Revalia* seu *Reveld* sinum Finnicum, nobile emporium. 2. *Parnovia* seu Parnau ad fl. Pernau. 3. *Oesel*, qvæ Suecis paret insula, ubi *Donneberg*, *Arnsberg*. 4. Dago, cujus reditus Christinæ, Reginæ Sueciæ debebantur, ea verò an. 1689. mortua ipsius Regis sunt

II. *Viriam* seu Wirland / ubi 1. *Weisenburg* 2. *Tolsberg*. 3. *Borgholm*.

III. *Allantakiam*, ubi *Neuschlos*. 2. *Narva*. 3. *Iwanowgorod*. Moscovvitis parens.

IV. *Odenpoam*, ubi *Topatum* seu *Derpt*, sedes Episcopalis & Academia celebris, à Gustavo Adolpho, R. fundata. 2. *Wernebec*. 3. *Helmede*. 4. *Ringen*.

V. *Jerviam* ubi *Weisenstein*. 2. *Lais*. 3. *Overpolen*. 4. *Wellin*.

VI. *Wikkiam* ubi *Hapseel*. 2. *Lode*. 3. *Pernau*. seu *Parnovia*.

5. *Littlandia* seu *Letten*, secunda Livoniæ Suecicæ Provincia, ubi caput *Riga* nobilissimum emporium; reliqva oppida 1. *Ascerode*. 2. *Dunemunde*, ad exitum Duinæ fl. inexpugnabile munimentum. 3. Duneburg. 4. Creutzburg. 5. Kockenhausen. 6. *Wolmer* ad fl. Treider. Ut *Rigam* repetamus maxima urbs erat sedes olim Magistri Ordinis Teutonici in Livonia, nunc Pro-Regis, vallo fossaqve munita, à Moscovitis an. 1656. frustra obsessa.

6. *Curlandia* Ducatum ad Polonicam Livoniam relatum; Fiduciario titulo à Polonis possidebat supremus Ordinis Teutonici Magister, Gothardus

Ketlerus, qvi cum an. 1570. Sigismundo Augusto, Polonorum R. hanc Provinciam tradidisset à Rege primus Dux Curlandiæ & Semigalliæ fuit renunciatus nec non Pro-Dux Livoniæ, ficuti adhuc Duces Curlandiæ hanc terram possident feudi titulo à Polonis. vid. Conring de finib. Imper. c. 19. & Franc. Iren. ad Burgoldens. p. 3. d. 8. p. 85. Atl. Min. P. I. p. 124. Becman. hist. orb. terr. p. 690. Oppida sunt 1. *Goldinga*. 2. *Veneda* seu Windavv. 3. *Libaw*. 4. *Pinsen*.

7. *Semigalliæ* oppida sunt *Mittavia* seu Mittau, sedes Ducis Curlandiæ & *Semigalliæ* ad fl. Mussa, hodie paret Suecis. 2. *Pilkyn*. 3. *Dublen*. 4. *Banske*. 5. *Condaw*. 6. *Selburg*. 7. *Bauschenburg*.

8. *Academia* Livoniæ est *Derpatensis* seu Topatana, germ. Dörpt in Esthonia.

9. *Fluvii* sunt 1. Duina. 2. Winda. 3. Boca seu Beca, & alii.

CAP. XX.

De

MOSCOVIA,

seu

RUSSIA ALBA.

TErtiam Polonici Regni partem conficit Magnus Moscoviæ Ducatus, qvi alio titulo *Russia major*,

major, item *Russia Alba*, ad differentiam Nigræ, de qva præced. cap. 19. §. 4. actum dicitur.

§. 1.

Terminatur à *Meridie* Tartaria Minori, Tanai, Desna & Psola, fluviis; ab *Occasu* Poloniæ & Sueciæ Regnis, nec non Borysthene & Narva amnibus; à *Septentrione* Glaciali mari, ab *Ortu* Obio ac Tanai fluminibus lineaqve ab uno ad alterum ducta. Nomen habens a fl. *Mosch*.

§. 2.

Regionis situs planus est, paludibus silvisqve invia regio, montibus tamen aut vallibus non fluxuosa; longa damnatur hyeme, æstate nimium igne solis premitur; & tantus ei calor ut si sub initium Junii semina spargant, post duorum mensium lapsum metere possint; Ceræ, Mellis, Melonum, Rhabarbari ad Volchdæ ripas, & pretiosarum ingens proventus pellium Hermelinarum & Zibellinarum. Urbes licet magnæ, barbaræ tamen & incultæ sunt.

§. 3.

Moscovitæ rudam componunt gentem, qvæ perfida, servituti supra modum addicta, libertatis incapax; omnes ignorat litteras, sicuti pauci orationum memoriter Dominicam recitant, astutissimi tamen & ad fallendos incautos exercitatissimi; Principem colunt instar Dei terrestris, valent eqvitatu, cito frontem hostibus offerunt, territi citius tergum: religionem Græcam profitentur, qvam an. 1587. assumpserunt; existimant Spiritum S. à solo Patre procedere; preces pro mortuis spernunt; Purgatorii fabulam neglectui tradunt; uni duas ducendi uxores licentia

eſt, concubitum nullum credunt peccatum niſi cum alterius uxore fiat, nitidiſſimo veſcuntur cibo &c. vid. Ad. Min. P. I. p. 131. Cluver, Introd. Geogr. lib. 4. c. 28.

§. 4.

Magnus Dux vocatur Czar ab Incolis & ſubditis, h. e. Imperator, primus qvi hoc titulo utebatur erat Johannes Baſilides; famoſus ille præcedenti ſeculo Ruſſiæ Tyrannus; hodiè adeò urgent hunc titulum ut cum à Polonis aliqvando in literis non appareret miſſis, nec litteras nec munera acceperint, reſignaverint. vid. Thuan. l. 138. ad an. 1607. Majorem in Mundo dominum Hoc Duce ſubditi dari non arbitrantur, unde nec alius qvam Dei terreſtris ei honor eſt; vid. Horn. orb. Polit. p. 537. Num de jure ſe nominet Imperatorem qværitur & negat Beſoldus in diſcurſ. Polit. de Monarchia.

§. 5.

Montes Riphæi hic conſpiciuntur, exeuntes à ſinu Moſcovitico, ad Obii uſqve exitum, ab incolis dicti Weliki Kamenypoyas, h. e. magnum lapideum cingulum, illis totum circumdari terrarum orbem, exiſtimantibus.

§. 6.

Fluvii ſunt nobiliores Wolga ſeu Rha, Tartaris Edel, qvod flumen immani oſtio in Mare Caſpium ſe evolvit. 2. Boryſthenes ſeu Dnieper. 3. Tanais ſeu Don. 4. Soſna. 5. Ocka. 6. Toboll. 7. Tura. 8. Juga. 9. Dvvina. 10. Onega.

§. 7.

Partes hujus Ducatus ſunt vel *Occidentales* vel *Orien-*

Orientales; *Illæ* ſunt vel *Septentrionales* vel *Meridionales*; *Septentrionales* ſunt Provinciæ:

1. *Lapponia Moſcovitica* ſeu Leporia, qvæ ſubdividitur 1. in *Maritimam* ſeu Mourmanskoi Leporie *ubi Kola.* 2. *Terſam* ſeu Terskoy Leporie, ubi *Jockena.* 3. *Granvicenſem* ſeu Bella-Moreskoy Leporie, ubi *Kandalax.*

2. *Duina* ubi *Emporium S. Archangeli.*

3. *Cargapolia*, ubi *Cargapol.*

4. *Vologda*, ubi *Vologda* ad Lacum Ladoga.

5. *Biele Jezoro*, ubi *Bielozera.*

6. *Ingria*, ubi *Nolteburgum.*

7. *Pleſcovienſis*, ubi *Pleskovia* ſeu Pleskovv ad Lacum Peipus.

8. *Novogardienſis* Magna, ubi *Novogardia Magna*, ſeu Novogorod Weliki, ad lacum Ilmen: proverbium incolis eſt: *Qvis poteſt contra Deum & Novogrod qvid tentare*; ſed eam nihilominus occuparunt Sueci an. 1661.

Meridionales Provinciæ ſunt

1. *Moſcovienſis* Ducatus, ubi *Moſcovia* ſeu Moſcau/ſedes Czar, dividitur hæc civitas in qvinq; partes, qvarum prima vocatur *Kremelena-Gorod*, h.e. Reſidentia Imperatoris. Secunda *Kitaygorod*, h. e. media urbs. Tertia *Tzar gorod*, h.e. civitas Imperatoris. Qvarta *Skorodum*, h. e. extrema urbs. Qvinta *Areletzka Sloboda*, h. e. civitas militum. Reliqva oppida ſunt 1. *Nialeuki.* 2. *Opryzna* Arx.

2. *Roſthovienſis* Ducatus, ubi Roſthovia ſeu Roſthovv ad Cleſma fl.

3. Jaroslavienſis Ducatus, ubi *Jaroslavia* ſeu Jaroslau ad Volgam fl. 4. *Twe-*

4. *Tvverensis* Ducatus, ubi *Tvvera* seu Tvver.

5. *Ruszoviensis*, ubi *Ruszovia*, seu Ruschovv. 2. *Tаropiecz.*

6. *Bielkia* Princip. ubi *Biela* seu Bielski ad Dunam fl.

7. *Smolencensis*, Duc. ubi *Smolenscum* seu Smolensko, ubi 1632. Russi ingentem a Polonis cladem acceperunt; junge *Mosaisca* urbem.

8. *Severiensis* Duc. ubi *Novogardia Severia* seu Novogorod Sevvierski.

9. *Czernichoviensis*, Duc. ubi *Czernichovia* seu Czernichovv.

10. *Vorotiniensis* Ducat. ubi *Vorotinum* seu Worotin.

11. Resanienfis Duc. ubi *Resania* seu Rezan. 2. *Kerislavv.* 3. *Coluge.* 4. *Tule.*

12. *Volodimeriensis*, ubi *Volodimeria* seu Wolodimer.

13. *Susdaliensis*, ubi *Susdalia* seu Susdal.

14. *Novogardiæ* Inferioris Ducatus, ubi *Novogardia*, seu Nisi Novogorod ad confluentes Ockæ & Wolgæ.

Orientales vergunt partim versus Tartariam, partim sunt in ipsa Tartaria, de qva in Asia. Versus Tartariam occurrunt

1. *Regio mortua.*
2. Populi *Czeremissi Nagornoy.*
3. *Czeremissi Logovvoy.*
4. Regio *Ustiuga*, ubi *Ustiuga.*
5. *Wiatka* Ducatus, ubi *Wiatka* seu Wiatski.

6. *Per-*

6. *Permia* Ducat. seu Permsky, ubi *Perma Weliki.*

7. *Condora* Duc. seu *Condinsky*, ubi *Wircbaturia.*

8. *Jugboria* seu Jughorsky Duc. ubi *Jugbora.*

9. *Petzora* ubi Petzora.

§. 7.

Montes sunt 1. Juga orbis Zonæ. 2. Tavonetescoi in Condorensi Provincia.

§. 8.

In præsentiarum Magno Moscoviæ Ducatui præsunt duo Filii, (qvod rari qvid sapit) Magni Ducis seu Czar, *Alexii Michalovvitz*; qvi natus an. 1630. 17. Mart. succedebat *Michaeli Federovvitz*, has res relinqventi an. 1634. 12. Jul. Anno 1647. primam duxit uxorem. Anno 1671. secundam nim. Zarizam Nataliam Korilasnam.

LIB. VI. CAP. I.

De

DANIA.

SUpersunt explicationi Regna Arctoa sive *Scandia* ingens illa ad Septentrionem Peninsula, cujus partes hodiè Dania, Suecia & Novagia, tota terminatur ab *Ortu* Moscoviæ Provinciis, qvibus Isthmo conjungitur, à *Septentrione* Mari glaciali; ab *Occasu* Germanico; à *Meridie* Germania; intercurrente Mari. Sed nunc ad partes

§. 1.

§. 1.

Daniam aliqvi putant dictum à *Dan*, uno Noæ Succesſorum vid. du Val. ed. germ. P. II. p. 288. alii à *Danis* ſeu Codanis populis. Cluver. Intr. Geogr. lib. 3. c. 19. In re piſcaria & frumentaria eminet hoc regnum, alto licet prematur frigore.

§. 2.

Terminatur Dania ab *Occaſu* Mari Germanico; ab *Ortu* Mari Baltico ſeu Oſt-See; à *Septentrione* Norvagia & Svedia; à *Meridie* Holſatia, Pomerania & Mecklenburgico Ducatu.

§. 3.

Academiæ titulo venit *Hafnienſis* ſeu Copenhagen, cujus fundamenta poſuit Chriſtianus I. Rex. an. 1478. Atl. Min. P. I. p. 158. 2. *Lundinenſis*. 3. *Soarenſis* in Seelandja.

§. 4.

Fluvii celebriores ſunt 1. *Egidora* ſeu Eyder, qvi Friſios à Ditmarſia ſeparans tandem in Britannicum ſe conjicit æqvor. 2. *Stora* è meditullio Holſatiæ emanans tandem ſe cum Albi commiſcet.

§. 5.

Epiſcopi ſunt 1. *Ripenſis*. 2. *Arhauſanus* 3. *Viburgenſis*. 4. *Aldenburgicus*. 5. *Rotſchildenſis*. 6. *Ottonienſis*. 7. *Slesvicenſis*. Cumqve Scania adhuc pertineret Danis, h. e. ante Inſtrumentum Pacis Hafnienſis, Archiepiſcopus *Londenſis*, ſupremus inter Eccleſiaſticos Danicos erat.

§. 6.

Regnum electitium à prima fuit origine ad tempora Friderici III. R. qvi an. 1660. hereditarium, qvod

qvod tamdiu electitium erat reddidit. vid. Becman. hist. orb. terr. p.617. Hornii orb. Polit. p. 384.

§. 7.

Ordo Regius est Elephantinus, qvod animali Danorum & Norvagiorum signi instar militis in militia cruciata cum in Palæstinam sacræ susciperentur expeditiones Christianorum, utebantur: Clinodium ordinis itaqve erat Elephas cum castello, qvem tamen familia Oldenburgica mirum in modum auxit, Institutionem ejus Friderico II. R. adscribunt qvidam cum anno 1580. 26. Jun. filia Ejus Augusta, sacro baptismate muniretur; sed non nisi ordinis erat renovatio. Anno 1672. Christianus V. modernus Rex novum qvasi instituit ordinem Frugi Danorum seu Proborum Virorum, des Dänischen Biedermans/ Danicè Dannebrou, unde & Dannebrogicus vocatur, cujus primus author erat Waldemarus, R. Daniæ, qvi 35. Eqvites creabat: Insigne ordinis est Crux Aurea Diamantibus interstincta ex vinculo subalbido dependens qvod limbus circumdat Ruber. vid. Dissertat. Thomæ Bartolini de origine ordinis Danebrogici.

§. 8.

Status in Dania qvatuor sunt: *Nobiles*, 2. *Ecclesiastici*. 3. *Civici* 4. *Rustici*. *E Nobilibus* eligit Rex 1. *Suum Senatum*, qvi raro 28 membra superat; 2. *Præfectum Aulicum*, qvi eodem fungitur officio ac ap. Gallos olim Major domus. 3. *Marcschallos*, qvorum cura circa res bellicas versatur. 4. *Admiralios*, qvi rem nauticam curant & armaturam marinam. 5. *Præfectum ærarii* & alios Ministros.

2. / ...

2. *Ecclesiasticus status* consistit in Archiepiscopo, Episcopis & Canonicis, qvi tamen omnes Lutheranæ addicti religioni, ac consequenter nullam cum Papa rem habent; constituuntur â Rege sine cujus præscitu nec ulla bona immobilia emere possunt, decidunt controversias, qvæ conscientiam tangunt, nec non eas qvæ scholam concernunt. Ducunt uxores ut alii.

3. *E Civico statu* desumuntur Episcopi, Canonici; Pastores, Senatores urbani, Gubernatores navium; Scribæ &c. qvorum partim literis imbuti reqviruntur in aliis studia adeo necessaria non sunt.

4. *Status rusticus* est vel liber vel tributarius; ille consistit rusticis, qvi propria & hæreditaria possident prædia, propter qvæ qvotannis certum solvunt nummum. Reliqvi rustici nulla habent propria prædia, sed conducta à nobilibus pro annua pensione colunt qvidam, aliis domino operas præstantibus, germ. Frohndienste.

§. 9.

1. *Senatus Regius* consistit 28. ad 38. Senatoribus, penes qvos Jus Belli & Pacis & Fœderum, & Legationum nomine Regni, & tributa imponendi rusticis Nobilium vel Episcoporum; Postrema ad hunc Senatum dirigitur appellatio; imò summa Regni dirimit, judicat.

2. Alterum Tribunal est Cancellarii Regni, à qvo appellatur ad Senatum Regium vel Regem. Assessores sunt 8. Nobiles.

3. *Tertium Judicium* Præfecti Diœcesium constituunt, à qvibus appellari potest ad Cancellarium.

Judi-

Judicantur autem lites juxta Jura à *VValdemaro I.* præscripta, nisi noviora habeantur decreta & constitutiones Regum; ad summum processus per annum durat, qvæ consvetudo laudibus absolvi neqvit.

4. *Peculiare* Judicium Præfectus Ærarii constituit, coram qvo omnes controversiæ, qvæ reditus regios concernunt, finiuntur: Assessores habet duos Nobiles & multos scribas.

§. 10.

CATALOGUS
Regum Danicorum.

Qvi fabulosam Regum antiqvitatem credunt, hunc construunt ordinem:

1.	Dan è posteritate Noæ primus Rex.	
2.	Humblus.	
3.	Lotherus I.	
4.	Skiolus.	
5.	Gramus.	
6.	Suthdagerus.	
7.	Gutherinus.	
8.	Haddingus, an. Mundi	2960
9.	Froto I.	3020
10.	Haldanus I.	3075
11.	Roe	3104
12.	Helgo	3130
13.	Rolpho	3169
14.	Rotherus II.	3206
15.	Roricus	3250
16.	Wicletus	3298

17.	Wermundus	3339
18.	Uffo Gigas	3389
19.	Dan. II.	3440
20.	Huclerus	3500
21.	Froto II.	3569
22.	Dan. III.	3607
23.	Fridlevus I.	3655
	Interregnum.	
24.	Froto III.	3915
25.	Hiarnus Poëta	3936
26.	Fridlevus II.	3962
27.	Froto IV. anno Christi	76
28.	Ingellus	100
29.	Olavus I.	132
30.	Heraldus I.	174
31.	Froto V.	208
32.	Heraldus II.	259
33.	Haldanus II.	294
34.	Unguinus	348
35.	Sivvaldus I.	392
36.	Sigarus	416
37.	Sivvaldus II.	444
38.	Haldanus III.	476
39.	Haraldus III.	499
40.	Hetha puella	522
41.	Olo Vegethus	549
42.	Ovvundus	556
43.	Sivvardus I.	581
44.	Berthlus	612
45.	Jarmericus	639

46. Bro-

46.	Brodenus	681
47.	Sivvaldus	711
48.	Snio	733
49.	Biornus	764
50.	Haraldus IV.	778
51.	Gormo I.	793
52.	Gotricus	803
53.	Olavus	811
54.	Henningus	815
55.	Sivvardus II.	818
56.	Ringo	818
57.	Regnerus Lochbrod	818
58.	Ubbo Spurius	832
59.	Sivvardus III.	840
60.	Ericus I.	851
61.	Ericus II.	859
62.	Canutus I.	863
63.	Froto VI.	874
64.	Gormo II.	888
65.	Haraldus V.	901
66.	Gormo III.	931
67.	Haraldus VI.	980
68.	Sueno	1014
69.	Canutus II. Magnus	1036
70.	Canutus III. Durus	1041
71.	Magnus	1046
72.	Sueno II.	1074
73.	Haraldus VII.	1076
74.	Canutus IV.	1088
75.	Olavus Famelicus	1095
76.	Ericus IV.	1102

77. Nicolaus 1134
78. Ericus V. 1139
79. Ericus VI. 1149
80. Sueno IV. 1160
81. Waldemarus I. 1184
82. Canutus V. 1202
83. Waldemarus II. 1242
84. Ericus VII. 1250
85. Abel 1252
86. Christophorus I. 1259
87. Ericus VIII. 1286
88. Ericus IX. 1321
89. Christophorus II. 1333
91. Waldemarus III. 1340
92. Waldemarus IV. 1375
93. Margaretha Semiramis Danorum Regna Arctoa simul administravit capto Alberto Rege Sueciæ clar. 1415
94. Ericus X. D. Pomeraniæ adoptatus à Margaretha; sed an. 1438. relictis Regnis in Pomeraniam suam recessit.
95. Christophorus III. ob. - - 1448
96. Christianus I. Comes Oldenburgicus ob. 1481. 2. Jul.
97. Johannes I. fil. ob. - 1513
98. Christianus II. fil. Tyrannus, ob crudelitatem tribus privatur Regnis an. 1523. & æternis per 27. annos damnatus carceribus. ob. an. 1559. sub hoc Regnum Sueciæ defecit.
99. Fridericus I. patruus, Dux Holsatiæ Luthera-

theranam doctrinam publicè recipi mandavit factus Rex 1523. ob. 1534.

100. Christianus III. fil. n. 1503. 12. Aug. ob. 1559. 1. Jan.

101. Fridericus II. fil. n. 1534. 1. Jul. ob. 1588. 4. Apr. scribitur à nonnullis author ordinis Elephantici, qvem an. 1580. 16. Jan. instituisse dicunt.

102. Christianus IV. ejus fil. n. 1577. 12. Ap. ob. 1648.

103. Fridericus III. fil. primo Episcopus Verdensis, deinde Archiepiscopus Bremensis, Parenti successit an. 1660. regnum hereditarium reddidit qvoad utrumqve sexum, Comitatum Oldenburgicum Regno adjecit. ob. 1670. 9. Febr.

104. Christianus V. modernus Rex Patri succedens nascitur 1646. 18. Apr. Matre Sophia Amalia Brunsvicensi; instituit ordinem Danebrogicum an. 1672. An. 1667. m. Jun. in uxorem duxit Carolam Amaliam Hassiacam, è qva præter Christianum n. 1675. 25. Mart. Sophiam Hedvvigen n. 1677. 28. Aug. Sponsam Georgii IV. Principis Elect. Saxoniæ, Christinam Carolam, n. 1679. 18. Jan. & Carolum n. 1680. 26. Oct. provenit

Fridericus Regni hæres, n. 1671. 11. Oct.

§. II.

Dividitur Regnum in continentem terram & in Insulas; Illa vocatur *Jutia* seu Jüdland / qvæ vel *Septentrionalis* vel *Meridionalis*. *Illa* terminatur à

Septentrione Wenslia parte, ab *Ortu* Mari Baltico, ab *Occasu* Germanico; à *Meridie* Fionia, subdivisa in qvatuor Diœceses seu Episcopatus, nim. *Aldenburgensem, Ripensem, Viburgensem* & *Arbusiensem*.

1. *Ripensis* Episcopatus oppida sunt 1. *Ripa* ad fl. Nipsam, castello munitissimo, firmata portu celebris. 2. *Coldinga* ad Fretum *Mittelfarth-Sund*, ubi præclara arx *Arnburg*. 3. *Fridereichsœde*, à Suecis in cineres redacta an. 1658. 4. *VVela* ad Fretum idem. 5. *VVard*. 6. *Holsterbroa*. 7. *Rinkœping*. 8. *Lemvick*.

Insulæ huc pertinentes sunt 1. *Fanoe*. 2. *Mandoe*. 3. *Rim*. 4. *Silt*. 5. *Amrod*. 6. *Fare*. 7. *Buble*.

2. *Arbusani* Episcopatus oppida sunt *Arnhusium* seu Arnhausen / portu insigne, qvem Promontorium Hellenis constituit, 2. *Horsens*. 3 *Ebeltod*. 4. *Randersen*. 5. *Mariacker*. 6. *Grimstadt* 7. *Oruntburg*. 8. *Scanderburg*. 9. *Emelcloster*.

Insulæ huc spectantes sunt 1. *Grotholm*. 2. *Romso*. 3. *Melsa*. 4. *Tons*. 5. *Endelo*. 6. *Ebelo*. 7. *Hiarne*. 8. *Kitholm*. 9. *Jordholm*. 10. *Arva*. 11. *Gernoa*. 12. *Worsen*.

3. *Episcopatus Viburgensis* oppida sunt 1. *Viburgum* s. Viburg. 2. *Nibe*. 3. *Scheve*. Viburgi summum Tribunal Jutiæ est, à nobilibus germ. die Dreyerherren / dictis constitutum.

Insulæ adjacentes sunt 1. *Salling*. 2. *Lessoa*. 3. *Fafferland*. 4. *Nieding*. 5. *Haselin*. 6. *Anholt* multo naufragio nota.

4. *Alburgensis* Episcopatus sunt 1. *Alburgum* seu Alburg. 2. *VVensyste*. 3. *Seby*. seu Zeebuy. 4. *Hiorring*. 5. Promontorium *Scagen*.

Insulæ adjacentes sunt 1. *Grysholm*. 2. *Hertzholm*.

3. *Tis-*

3. *Tysholm.* 4. *Hansholm.* 5. *Ostholm.* 6. *Egholm,* 7. *Aggeroë.*

Ad hunc Episcopatum etiam referuntur oppida, *Thye. Hombeeret*, *Orum* arx. *Bodumna* peninsula *Morsungen*, *Niekœping.*

§. 12.

Jutia Meridionalis alio nomine vocatur Ducatus *Slesvvicensis*, qvi vel Juris Regii, vel Ducalis: *Illius* oppida sunt 1. *Flensburg.* 2. *Hadersleben.* 3. *Osterholm.* 4. *Holle.* 5. *Gammelgard.* 6. *Tonder.* 7. *Alnsen* Ins. qvæ duo alia eximia oppida refert, nim. *Sunderburg* & *Norburg*; Illud olim sedes erat *Christiani Adolphi*, nat. 1641. 3. Jun. Patre *Christiano* in Sunderburg / & *Anna Maria* Oldenburgica matre; nimio pressus alieno ære, civitatem *Sunderbergensem*, Daniæ Regi adigebatur permittere, atqve sedem suam figere in Saxonia Inferiori *Franzhagæ* socrus dotalitio, habens in matrimonio *Eleonoram Carolam*, Francisci Henrici Duc. Saxo-Lauenburg: & Julianæ Nassoviæ filiam ductam an. 1676. 1. Nov. suscepit ex ea an. 1678. 25. Aug. *Leopoldum Christianum.* *Norburgum* sedes est *Ernesti Güntheri*, Vice-Regis Ins. *Alnsen* seu Elysiæ; è Patrueli *Augusta* genuit præter aliam sobolem *Fridericum* n. 1652. 27. Dec.

§. 13.

Partis Ducalis sunt 1. *Slesvvicum* seu Schleßwick. 2. Eckelnförd. 3. *Husum.* 4. Tonningen. 5. Friderichstatt. 6. Gottorff. hoc oppidum sedem sibi elegerat ab initio adhuc vivens *Christianus Albertus*, nat. 1641. 3. Febr. Patre *Friderico*, Duce Gottorpiensi, mortuo an. 1659. 10. Aug. & matre *Elisabe-*

tha Maria, Johannis Georgii I. Elect. Sax. filia. E *Friderica Amalia*, Friderici III. Daniæ Regis filia, qvam an. 1667. 24. Sept. jugali fœdere ſibi vinxit, præter filias, hactenus genuit *Fridericum* an. 1671. 18. Oct. & *Chriſtianum Auguſtum* n. 1673. 11. Jan. Multum controverſiæ egerat cum Danorum Rege moderno, qvi propterea non per aliqvot ſaltem annos Eum terris privabat, licetqve aliqvoties interventu Magnatum Exterorum lis decidenda qværeretur amicabiliter, nihilominus ſemper iterum recruduit, qvod funditus non ſanatum erat , præſens tamen tempus meliora Duci attulit, Gallo enim undiqve cincto hoſtibus; Sueciæ Rex atqve Brandenburgicus Elector modernus rem ſuam credendo, imminere qvoqve tempus Duci reſtituendo fauſtum, Daniæ R. Galli auxilio deſtituto, Suecus propterea Auguſto *Leopoldo I.* literas an. 1689. 30. Jan. dederat, qvibus aſſiſtentiam Ejus implorabat ad reſtituendum Gottorpienſem; Cæſar perlectis novis omnem ſimiliter propoſito contulit operam; electis Mediatoribus (præter Imperatorem) Electoribus Saxone atqve Brandenburgico, res Duci felicem nacta exitum, Dano Gallorum auxilium ſe fruſtra expectaturum cogitante, ſi reſiſteret petitis, ſalubrius ſibi fore credendo tranſigere; qvam arma commutare: convenerant itaqve utrinqve pacis compilatores *Altonæ* an. 1689. 20. 30. Jun. qvibus præſentibus ſeqventia promiſerunt litigantes:

1. Damnandam eſſe memoriam hactenus actorum, & erigendum amicitiæ æternum fœdus inter Regem Daniæ & Ducem Gottorpienſem, Eorumqve Heredes. 2. Re-

2. Regem Daniæ reſtituturum omnia Duci, qvibus hactenus erat privatus, non tantum poſſeſſionem terrarum, ſed & Jus ſuprematus cum annexis Regalibus, atqve juribus Collectarum, Fœdera pangendi, fortalitia exſtruendi, poſſedendi, reliqvaqve exercendi qvæ vigore Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ, Auſtralis & Fontisbellaqveæ (Fontainebleau de an. 1679.) Ei competunt.

3. Regem Daniæ reſtituturum Duci Gottorpienſi Inſulam *Femern* cum Præfectura *Trittovv*, & qvidem absqve ullo onere, renuntiata hypotheca Regi competente.

4. Regem eo allaboraturum, ut Frater Ejus *Georgius*, reliqvas præfecturas ejusdem Inſulæ, *Steinbort* nim. & *Tremsbüttel*, itidem ſine ullo onere reſtituat Duci Gottorpienſi, licet hypothecario jure eas poſſideat.

5. Reliqva gravamina ordinario Judici eſſe committenda.

6. Ducem Gottorpienſem renunciaturum omni prætenſioni qvam habuerat cum Regia Majeſtas Ejus terras poſſideret.

7. Ducem Gottorpienſem renunciaturum qvoqve Proceſſui, qvem contra domum *Plœnenſem* alebat.

Et ita mutuis ſubſcriptionibus compoſitio in præſentiarum facta, durationem futura oſtendent.

Cap. II.

De

INSULIS DANICIS.

INsulæ Danicæ occurrunt vel in ſinu Codano vel in Mari Septentrionali. *Illæ* ſunt ſeqventes:

§. 1.

DE SEELANDIA.

Cadanonia ſeu Seelandia, latitudinem habet 12. mill. germ. longitudinem verò 18. Oppida ejus ſunt 1. *Hafnia* ſeu Coppenhagen/ caput totius Regni, ſedes Regis, Academia celebris, de qva præced. c. 1. §. 3. celebre emporium, an. 1658. fruſtra obſidebatur à Suecis; anno 1689. 19. April. flammis ablatam arcem Amalienburg/ orto incendio in ædibus qvas paucis antea dieb. ſolo inædificari Rex juſſit, ut ibi ludi ſcenici, oculis ſpectantium ſatisfacerent, amiſit, numeratis combuſtorum corporibus ad 300. 2. *Rotſchilda* ſeu Rotſchilde. 3. Friederichsburg/ muniri à Friderico II. incepta & à Chriſtiano IV. ad finem perducta. 4. *Helſignora* ad fretum *Oreſund*, caſtello firmatur. 5. *Ringſtadium* ſeu Ringſtade/ olim Regum ſepultura celebre oppidum. 6. *Soar*, Academia celebris, pro nobilibus. 7. *Herleffsholm.* 8. *Nicoping.* 9. *Schlagels* cum arce Anderſchovv. 10. *Lorſœr* ad fretum Balticum. 11. *Schelſorra.* 12. *Neſt-*

12. *Neſtvveda.* 13. *Preſtoa.* 14. *Kallenburg.* 15 Schlangendorff. Huc pertinent Inſulæ *Huena* ſeu Ween, ubi arx Uranieburg/ ſedes Tychonis Brahe, Mathematici, qvam dono accepit à Friderico II. R. 2. *Saltholm.*

§. 2. DE FüNEN.

Fionia ſeu Fünen, longitudinem habet 12. mill. germ. latitudinem tantùm 4. in re pecuaria & frumentaria valdè eminet; oppida ſunt 1. *Ottonia* ſeu Ottenſee/ ſedes Epiſcopalis. 2. *Neoburgum* ſeu Nyburg/ ad qvam Sueci an. 1659. magnam acceperunt cladem. 3. *Cartemund.* 4. *Suenoburgum* ſeu Schwynborg. 5. *VVoburgum* ſeu Voburg, portu gaudens. 6. *Aſneſum* ſeu Aſſens. 7. *Bouſonia* ſeu Bovvens. 8. *Middelfortum* ſeu Mittelfarth. 9. *Seby.* 10. *Husby.* Arces *Hingsgagel*, *Hagenſchau* & *Eſcheborg.*

Inſulæ huc ſpectantes ſunt 1. *Langeland.* 2. *Laland.* 3. *Falſter.* 4. *Arr.* 5. *Taſſingen.*

Montes nobiliores ſunt 1. Ochenberg ad arcem *Hagenſchovv*, ubi Joh. Ranzovius an. 1537. 11. Jun. Chriſtophorum Comitem Oldenburgicum defecit. 2. *Fauſſeburg* ad urbem Aſſens ubi bellum ruſticum demptum.

§. 3. DE LANGELANDIA.

Langenlandia longitudinem habet 7. mill. germ. latitudinem verò 2. oppida ejus ſunt 1. *Rudkeping.* 2. *Arx Tanckera.*

§. 4.
DE LALANDIA.

Lalandiæ oppida sunt 1. *Nascoa* seu Nascoë, qvam Sueci an. 1659. occuparunt. 2. *Maribo.* 3. *Aelholm.* 4. *Sascoping.* 5. *Rotbuy* &c.

Longitudinem ejus numerant 8. mill. germ latitudinem qvinqve tantùm.

§. 5.
DE TASSINGIA.

Tassingia longitudine unum tantum comprehendit milliare, & oppidum *Kettdorf.*

§. 6.
ARRA seu ARROE.

Arra longitudinem amat 2. milliarium comprehendens præter alia oppidum *Kæpingen* arce munitum.

§. 7.
DE FALSTRIA.

Falstria longitudo est 4. mill. germ. latitudo verò duorum, oppida sunt 1. *Nikoping.* 2. *Stubbekoping.*

§. 8.
DE FEMERN.

Femern Insulæ oppida sunt 1. *Petersdorp.* 2. *Borch.* 3. *Landkerck.*

§. 8.
DE MOENA.

Mœna seu Mœn oppida habet *Elmeland* & *Stega.*

§. 9.

§. 9.
DE BORNHOLMIA.

Bornholmiæ oppidum primarium eſt *Nexoa* ſeu Nex. 2. *Haſel.* 3. *Slot.* 4. *Rattenby.* 5. *Sandvvik.* 6. *Hamershuſen.* Inſulæ longit. eſt 4. mill. Latitudo verò 2.

§. 10.

Reliqvæ minores inſulæ adjacentes ſunt 1. *VVeyro.* 2. *Feo.* 3. *Fenno.* 4. *Aſcho.* 5. *Bœgo.* 6. *Bytte.* 7. *Huen.* 3. *Soltholm.* 9. *Draken.* 10. Kyholm. 11. *Samſo.* 12. *Spro.* 13. *Agger.* 14. *Egholm.* 15. *Grotebelm* &c.

CAP. III.

De

INSULIS DANICIS in Mari Septentrionali.

INſulæ Danicæ qvæ occurrunt in Mari Septentrionali ſunt ſeqventes:

§. 1.
DE ISLANDIA.

1. *Islandia* alio nomine etiam *Schnelandia*, item *Gardartsholm* vocata, longitudinem habet 140. mill. germ. nim. à promontorio *Adelvig* ad promontorium *Langanes.* Latitudinem verò 65. ductam à C. *Tangi* ad promontorium *Skagin:* antiqvitus *Thule* dicebatur; præſens retinet nomen ab immenſis frigoribus & perpetua glacie, qvibus damnata, interim

rim ingenti pecorum beata copia, licet boves vaccæq; careant cornubus, Frumenti haudqvaqvam ferax propter ingentes Boreæ flatus: Tota Daniæ paret Regi.

§. 2.

Montes tres hic noti sunt, *Hecla*, *Mons crucis* & *Helga*, perpetuo flagrantes igne, imprimis *Hecla* rudioribus seculis fabulam fabricabat qvasi introitum inferni ostenderet, & cum ignium libero exitu destitutorum sonus lamentis haud exaudiretur absimilis, credidit superstitiosa vetustas se boatum hominum Cruciatorum à diabolis percipere.

De *Helga* monte adhuc mirabilia protulerunt antiqvi, qvod non tantùm æternis accensus conspiciatur flammis, sed & diabolus appropinqvantibus ostendat corpora cruciata damnatorum; qvam fabulam Atl. Min. P. I. p. 118. refert.

§. 3.

Fontes duos habet disparis naturæ, qvorum alter *lanas albas denigrat*, alter *nigras dealbat*. Supersunt adhuc alii duo, qvorum unus, immissa qvæcunqve *in lapidem* indurat, alter bibentibus *vitæ lineam intercidit*. vid. Atl. Min. l. c.

§. 4.

Thesaurus ingens piscium mari circumfertur, præcipui sunt 1. *Nahual* 60. pedum longus, cujus caro ejus naturæ ut gustantem vivere amplius prohibeat, dente firmatur septem cubitorum longo, qvem pro *Unicornu* vendunt. 2. *Roider*, cujus longitudo 130. cubitorum, dentibus caret, & palato caram alit carnem. 3. *Cetus Britannicus*, cujus longitudinem nume-

numerant 30. cubitorum nullo instructus dente, lingvam 7. ulnarum habet.

§. 5.

Dividitur 1. in *Nordlendinga Fiordungur*, ubi *Hala*, sedes Episcopalis.

2. in *Austfirdinga* Fiordungur, ubi *Kurbar*.

3. *Sunnlendinga* Fiordungur, ubi *Scalholt*, sedes Episcop.

4. *VVestfirdinga* Fiordungur, ubi *Stadur*.

§. 6.

Reliqvæ Insulæ sunt 1. Grims ey. 2. Geie fuelasker. 3. Geye eyar. 4. Londranga. 5. Rykianes.

CAP. IV.

De NORWEGIA.

ALterum versus Septentrionem spectantium Regnorum est *Norvagia* seu Norvvegia: nomen à situ recepit, Sevone monte *Orientali* ejus latere; sinus Codani faucibus,& Oceano, *Meridionali*; *Occiduum* eodem clauditur Oceano, à *Septentrione* Finnomarchia ei obtenditur.

§. 1.

Vastum Regno spatium est, sed terra aspera; regio sylvestris, solum sterile ac raro habitatum; atroci premitur hyeme; magnam sæpius vim nivium sentit; opes in piscatura marinæ consistunt; aptior nullus

nullus locus qvoad ligna pro ſtruendis navibus: olim Norvagiorum & in Danos Friſiosqve imperium erat, hodie Danis parent ipſimet; Latitudo regni abſolvitur 45 mill. germ. Longitudo 135.

§. 2.

Alta paupertate gens preſſa veneficiis redditur infamis nec aliter qvam captura ferarum & piſcatura vitam prorogat, laboris perpatiens.

§. 3.

Dividitur hoc regnum in qvinqve præfecturas ab arcibus nominatas:

1. *VVardhuſia* ubi Wardhuſium in Inſ. Warda qvod ultimum totius Europæ dicunt oppidum. Huc ſpectat *Finnmarchia* ubi *Jetaborg*.

2. *Nidroſia* ubi *Nidroſia* ſeu Drundtheim / olim ſedes Archiepiſcopi & Regum.

3. *Bergershuſia*, ubi *Berga* metropolis Norvvegiæ emporiumqve celeberrimum. 2. *Stafanger*. 3. Inſula *Seutenes*. 4. *Eſterdal*. 5. *VValders*. 6. *Roemsdal*. 7. *Sundhornleen*. 8. *Nordviorde*. 9. *Sundmerleen*,

4. *Agoershuſia* ubi *Alsloa* ſeu Opslo ſeu Alslo. 2. *Fridericſtatt*. 3. *Saltzburg*. 4. *Hammaria magna & parva*. 5. *Tonsberga*. 6. *Hedmarck*. 7. *Schin*, aurifodina celebris.

5. *Babuſia* ubi *Babuſia* ſeu Bahus. 2. *Marſtrand*. 3. *Chriſtiania* ſeu Chriſtianopolis ſ. Chriſtianſtadt exſtructa à Chriſtiano IV. R. in locum igne delectæ Ansloæ urbis. 4. *Congel*. 5. *Odovvat*. 6. *VVichia* ſeu Wyck. Hæcqve præfectura Suecis paret vi Pacis Rotſchildenſis de an. 1658. Becman. *hiſt. orb. Terrar. p.* 657. §. 4.

CAP.

CAP. V.

De

SVECIA,

ULtimum Boream respicientium *Sueciæ* Regnum est ab *Ortu* Finnico sinu Codanoqve mari clausæ, à *Meridie* confinio Daniæ; *Occasum* versus Suevone jugo à Norvagia submotæ; à *Septentrione* Botnia & Lappia. Nomen regioni dedit incolarum mascula virtus & Juvenilis vigor, *Suen* masculum denotante, unde & *Sueonum* Provincia antiqvitus vocabatur *Sueod*, donec *Sued* omissa litera *O*, pronuntiatum.

§. 1.

Antiqvissimum hoc Europæ censetur Regnum, imprimis primum Regem aut ipsum Japhetem aut hujus filium ponentibus, montosa est regio, sylvis repleta & lacubus, freqventibus rigatur fluviis, piscium maxima captura celebris, licet qva Boream respicit frumento careat pars, pabulo gaudet nobiliori; & Australior bonitate soli eo magis superbit; Plumbum producit, stannum producit, argentum producit ad Slaburgum & Arosiam in Westmannia, cupri venæ nec exhauriri possunt, Ferri ingens materies, horrendo tamen frigore premitur.

§. 2.

De Incolis *Barclajus* hoc reliqvit judicium,

qvod in omnem propenſi ſint polituram, conſilia ſua provide celent, merita ex virtute æſtiment, bellorum cupidi, laborum deniqve amantes & in perferendis moleſtiis infracti; qvotidiana docet experientia Suecum militem ad omne belli genus aptum: Lutheranam colunt religionem amplexam an. 1544. ſub *Guſtavo à Waſa*, R. qvi etiam *Eriiſonius* dicitur.

§. 3.

Primis temporibus hoc Regnum Electitium usq; ad tempora *Guſtavi à Waſa*, de qvo modo dictum innotuit; hic obſes datus Chriſtiano II. R. Daniæ an. 1523 habitu bubulci indutus effugiens *Lubecam* pervenit (cujus veſtimenta adhuc ibi aſſervantur) ubi agnitus, veſte nummoqve inſtructus remittebatur in Sueciam ut gentem ad defectionem à Danis irritaret, ipſe electus Dux à Suecis brevi tempore Danicum ſubmovebat jugum, ob qvam rem eod. anno 1523. à liberatis Suecis Rex eligebatur obtento adhuc Regno hæreditario ſuæ familiæ, qvoad lineam maſculinam; His peractis & Lutheranam introduxit religionem qvam miro zelo adhuc amplectuntur: Ejus Nepos Guſtavus Adolphus maſcula prole deſtitutus tantum ap. Populum effecit ut & Fœminæ in Regno ſuccederent, ſicuti & filia Chriſtina Parenti ſucceſſit.

§. 4.

Academiæ ſunt 1. *Derpatenſis* in Livonia, de qva ſupra lib. V. c. 19. §. 11. n. 4. 2. *Upſalienſis*, 3. *Lundenſis* in Scania. vid. Auth. Geogr. Ital. p. 1143. 4. *Albenſis* ſeu Abenſis in Finnia. vid. Becman. hiſt. orb. terr. p. 215.

§. 5.

§. 5.

Fluvii sunt 1. Lusa. 2. Dalecarlia. 3. Cola. 4. Volckenborg.

§. 6.

Terræ qvas Sueci hactenus lucrati sunt, seqventes innotescunt:

1. Anno 1648. per Instrum. Pac. Osnabrug. pro redditione locorum qvas durante bello tricennali sibi subjecerat, Suecus accepit, *Totam Pomeraniam citeriorem seu* Vor-Pommern / & ex ulteriori sive Hinter-Pommern / ea loca qvæ habentur superius lib. 4. c. 51. §. 3.

2. Vi ejusd. Instrumenti Pacis accepit *Rugiam* insulam & reliqva qvæ l. c. allegantur.

3. In Ducatu Megapolitano, nactus est Suecus civitatem portumqve *Wismariensem*, cum fortalitio *Walfisch*, & Præfecturis *Poël* (exceptis pagis Seedorff / Weidendorff / Brandenhausen & Wangern / qvippe qvi spectant ad Hospitale Spiritus S. in urbe Lubeca) & Neuenkloster; ita ut plenissimo jure ut feudum Imperii hæc possideat; salvis tamen civitatis Wismariensis privilegiis, sicuti ulterius explicatur art. 10. Instrum. Pac. § 6.

4 In Saxonia inferiori Ei cedebantur vi Ejusdem Instrum Pac. l. c. §. 7. Archiepiscopatus *Bremensis* & Episcopatus *Verdensis* cum Præfectura Wildhausen / omniqve Jure qvo ultimi Archi-Episcopi Bremenses gaudebant in Capitulum & Diœcesin Hamburgensem; salvo interim Jure Civitatis qvoqve Bremensis: vid. Instrum. Pac. l. c. qvid hactenus cum Civitate Bremensi actum fuit, exhibet Gastelius

Rr 2 de

de ſtat. publ. Europ. noviſſ c. 32 p. 1051. Daß nemlich die Statt Bremen zu Ende des heutigen Reichstags zu Regenſpurg / ſich ihres Voti und Sitzes auf Reichstägen begeben / biß auf das künfftige Seculum, (da man zehlen wird 1700. Jahr nach Chriſti Geburt) wann aber binnen dieſer Zeit nichts neues zwiſchen der Cron Schweden und der Statt Bremen ſolte decidiret und abgehandelt werden / ſich ihres vorigen Rechtes ſich wieder gebrauchen wolle.

5. Vi tractatus Bromſebroenſis a. 1645. Suecis tradebantur *Gotlandia*, *Oeſela* & *Dago* Inſulæ, licet hasce tres Inſulas a. 1675 Danus occupaſſet nihilominus Suecis reſtituebantur anno 1679. vi Inſtrumenti Pacis Lundenſis.

6. Anno 1660. vi Inſtrumenti Pacis *Hafnienſis*, Suecus à Dano obtinuit *Scaniam* Inſ germanicè Schonen. *Hallandiam* & *Bleking* cum magno oppidorum numero; anno 1675 & 1678. hæc loca licet amiſſa viderit à Danis, nihilominus anno ſeqventi 1679. 26. Sept. Pacis Lundenſis Inſtrumentum ea iterum Sueco attulit.

7. Anno 1661 vigore Inſtrumenti Pacis *Olivenſis*, à Polonis accepit *Eſthonia* atqve *Liefland*, Livoniæ partes, de qvibus lib. V. cap. XIX. §. 11.

§. 7.

Rex nullus creatur niſi Lutheranæ addictus ſit religioni. Nullam niſi Lutheranam in uxorem ducat. Nullum niſi Lutheranum ad officia promoveat. Nulli conceditur ſceptrum, qvi aliud acceptaverit

verit Regnum. Qvæ omnia patent ex Receſſ. Comit. Norcopenſ.

§. 8.

Summa rerum perficitur 44. Senatoribus, qvorum conſilio utitur Rex in arduis negotiis v. g. qvando bellum gerendum, pax facienda, fœdus ineundum &c.

§. 9.

Senatus Intimus uti vocatur conſtat 6. Perſonis. 1 *Rege*. 2. *Archidapifero* ſeu Drockſedo, cujus alias munus eſt Leges latas cuſtodire: Præſidemqve ſummi Dicaſterii Holmenſis agere &c. 3. *Mareſchallo Regni*, cui cura militiæ terreſtris omnis incumbit. 4. *Archi-Thalaſſo*, penes qvem eſt Leges nauticas cuſtodire & militiæ navalis curam agere. 5. *Cancellario*, qvi Legum normam dirigit. 6. *Theſaurario*, qvi reditus Regni qvæqvẽ ad Fiſcum pertinent, obſervat. Et hi Qvinqve ſummi Miniſtri ſtatus una cum Regina Matre, ſi ſuperſtes, conſtituuntur Curatores Regis Minorennis. Olim Rex propria Authoritate nihil facere poterat ſine conſenſu ad minimum horum qvinqve Miniſtrorum, hodie ſumma Ei poteſtas eſt tractandi negotia ſua ſoli.

§. 10.

Perſonæ eccleſiaſticæ ſunt 1. Archiepiſcopi *Upſalienſis* & *Londenſis* in Scania. 2. *Lincopenſis* Epiſcopus in Oſt Gotlandia. 3. *Albenſis* in Finnia. 4. *Rigenſis* in Livonia. 5. *Hapſajenſis* in Ingria. 6. *Scarenſis* in *Gothia*.

§. II.

CATALOGUS REGUM SUECORUM.

Qvi fabulosam Regum seriem à Magoge Japheti filio credunt ductam ordinem struunt nullum; qvi veritati propiores sunt, hunc componunt;

1.	Sichtrugus an. M.	2876
2.	Gram	2884
3.	Suibdragerus	2932
4.	Hasmundus	2960
5.	Uffo	2972
6.	Hundingus	2984
7.	Regnerus	2998
8.	Hotbrodus	3132
9.	Athislus I.	3144
10.	Hotherus	3163
11.	Athislus II.	3178
12.	Alricus.	
13.	Ericus I.	
14.	Haldanus.	
15.	Sivvardus.	
16.	Ericus II.	
17.	Haldanus II.	
18.	Unguinus.	
19.	Sivvaldus.	
20.	Alvarus.	
21.	Ingo.	
22.	Ingellus.	
23.	Ringo.	

24. Go-

24. Gotharus.
25. Jarmericus, sub hoc Dani & Sueci conjungebantur.
26. Pro. post 300 an. 803
27. Herotus.
28. Sorbius.
29. Biornus I. R. Christianus factus ab Ansgario.
30. Wichsertus.
31. Ericus III.
32. Ostenris.
33. Sturbiornus.
34. Ericus IV.
35. Olanus.
36. Emundus.
37. Stinckel.
38. Halstnuus.
39. Amander.
40. Aqvinus.
41. Magnus I. an. 1135.
42. Suerco I. 1139
43. Carolus 1142
44. Suerco II. 1146
45. Johannes I. 1148
46. Ericus Sanctus 1150

Finlandos ad fidem Christianam convertit.

47. Canutus 1168
48. Ericus VI. 1222
49. Ericus VII 1249
50. Waldemarus 1264

51.	Magnus II.	1289
52.	Birgerus	1307
53.	Magnus III.	1326
54.	Magnus IV.	1336
55.	Magnus Schmech	1374
56.	Albertus	1363
57.	Margaretha	1412
58.	Ericus Pomeranus	1439
59.	Chriſtophorus	1448
60.	Carolus Suecus	1470
61.	Chriſtianus I.	1482
62.	Johannes II.	1513
63.	Chriſtianus II.	1532

ſub hoc Regnum Sueciæ defecit an. 1523. vid. præced. §. 3. hujus cap.

64. Guſtavus Ericſonius fit Rex 1523. vid. præced. §. 3. ob. 1560. æt. 70.

65. Ericus patri ſuccedens regno exuitur à fratre an. 1568.

66. Johannes III. fratris loco Regnum adeptus, Livoniam Moſcovitis & Polonis eripuit; ob. 1592. 17. Nov.

67. Sigiſmundus R. Poloniæ creatus an. 1587. Cum vero in Sueciam retroducere vellet religionem Catholicam, Regno ejectus fuit 1604.

68. Carolus coronatus Rex 1607. frater Johannis III. qvi jam 1604. Sigiſmundo ſurrogatus. ob. 1611.

69. Guſtavus Adolphus Patri ſucceſſit; hic

Re-

Regnum hereditarium reddidit etiam qvoad fœminas: Obiit tandem in prælio apud Luzenam in Mifnia commiffo 1632. 6. Nov. cum Tillio Cæfareo Duce.

70. Chriftina, cognomento Alexandra, qvod fub Alexandro VII. P. R. Pontificiam fe exhiberet, Patri fuccedit regnans ad an. 1654. fceptrum fponte dedit Carolo Guftavo. ob. 1689. 17. Apr. Romæ.

71. Carolus Guftavus, è forore Catharina Guftavi Adolphi nepos, Patrem habens Johannem Cafimirum in Kleeberg, educabatur in aula Avunculi; an. 1649. Regni hæres pronuntiatus. an. 1654. accepto à Chriftina Avunculi uxore fceptro, Upfaliæ coronam accepit; ob. tandem 1660. 13. Febr.

72. Carolus XI. Patri fucceffit; nat. 1655. 24. Nov. Matre Hedvvige Eleonora Holfata; Anno 1680. 16. Maji duxit in uxorem Ulricam Eleonoram Friderici III. Daniæ Regis filiam. Corona ornabatur an. 1675. 28. Sept. Upfaliæ. Hic an. 1680. in Comitiis Holmienfibus liberam & infinitam accepit poteftatem, etiam qvoad defignationem fucceffloris, fi improlis effet moriturus, imò tantum effecit ut Reges Sueciæ in pofterum non amplius teneantur qvinqve fupremos Regni Miniftros in confilium vocare, fi qvid rerum agere velint: Filii Ei nati funt

13.

Nortlandicæ Provinciæ ſunt ſeqventes.

1. *Geciſtria* ubi *Gevalia*. 2. *Elskarby*.

2. *Helſingia* olim Regnum dividitur in *Helſingiam* propriè dictam & *Lappiam*. *Illius* Provinciæ ſunt

1. *Helſingia* propriè dicta ubi *Hundingswaldia*. 2. *Soderhampen*.

2. *Medelpardia*, ubi *Tuna*, & Comitatus *Sunzwald*.

3. *Angermannia*, ubi *Hernoſandia*. 2. *Nordmaling*. 3. *Torſacker*.

4. *Bothnia* ſeu Boddia, ubi *Tornia*.

§. 14.

Lapponia ſeu *Lappia*, regio vaſta, inculta tamen & barbara, incolis per ſylvas ſpeluncasqve in tuguriis habitantibus; nomen habet à ſitu qvaſi inhabitatores exules Europæ eſſent, *Lap* n. Exul illis vocatur: Dividuntur *Lappones* in *Orientales*, qvi parent Moſcovvitis, & dicuntur *Diekiloppi*, h. e. feri Lappones & *Occidentales*, qvi Sueco ſubſunt nominati *Trennes*: Alias dividitur in ſuas *Lapmarckias* nim. *Umalapmarck*, *Lulalapmarck*; *Tornelapmarck*, & *Kimilapmarck*. vid. pluribus du Val. ed. germ. P. II. p. 309.

§. 15.

Gothiæ Regnum alteram Sueciæ partem facit diviſum in Orientalem Gothiam & Occidentalem: *Orientalis* Provinciæ ſunt

1. *Oſtrogothia* Ducatus, ubi *Vadſtenum*. 2. *Lincopia*,

copia, Olai Magni Historiographi Patria. 3. *Suderkœping.* 4. *Skenning.* 5. *Wastera.*

2. *Smalandia* Ducat. ubi *Calmaria.* 2. *Vexio.* 3. *Westerwick.* 4. *Junkœping.* 5. *Ekesio.*

3. *Scania* Ducat. seu Schonen/qvi ultima Transactione Sueco - Danica Suecis cessit; oppida sunt 1. *Lundinum* Scanorum, seu Lunden in Schonen/ ad differentiam alterius in Anglia; sedes Archiepiscopalis, Academia celebris. 2. *Coronia* seu Landscron/ad Oresund, castello & portu gaudet. 3. *Helsingoburgum* seu Helsingburg/ munimentum è regione fortalitii Danici Helsingör. 4. *Malmogia* seu Malmö / etiam munimentum. 5. *Falsterburgum.*

4. *Blekingia*, ubi *Trelleborg.* 2. *Ustede.* 3. *Christianopolis* seu Christianstatt. 4. *Ave.* 5. *Ahusia.* 6. *Selsburgum.* 7. *Elcholmia.* 8. *Rotveby.* 9. Insulæ *Hano*, *Utklippa* & *Utlengia.*

5. *Spectat* huc Insularis Tractus, ubi *Oelandia*, in qva arx *Burcholm.* 2. *Gottlandia*, ubi *Wubi* & *Ottembi.* 3. *Huena*, ubi *Uraniburgum* nunc destructum.

§. 16.

Gothiæ Occidentalis Provinciæ sunt

1. *Westrogothia* Ducat. ubi 1. *Gotheburgum.* 2. *Scara;* 3. *Elsburg.* 4. *Itio.* 5. *Mariæstatt.* 6. *Licœping.* 7. *Nilesia.*

2. *Dalia :*

3. *Vermelandia*, ubi *Carolstadium.* 2. Philipsstatt. 3. *Christinæ Hampen.*

4. *Hallandia* terminatur ab *Ortu* Gothlandia; à *Meridie* Scania, ab *Occasu* sinu Codano, à *Septentrione*

trione Norvagia. Oppida sunt 1. *Halmstadia* seu Halmste. 2. *Laholmia.* 3. *Volckenburgum,* 4. *Warburgum.* 5. *Consback.* 6. *Ulimenes.* 7. *Gosewar.* 8. *Insulæ Lello & Anbalt.*

§. 17.

Finniæ seu *Finnlandiæ*, Magnus Ducatus, tertiam Sueciæ partem absolvit inter Botnicum Finnicumqve sinum positus, nomen habet à Boreali latere, sinus Finnici qvod Suecis Feindes Land vocabatur antiqvitus, cum Finni æterni Suecorum hostes essent, donec an. 1050. subjugarentur: hunc Ducatum Ericus Suecorum Rex Moscovitis abstulit: fertilis regio Arvis, læta pascuis, animalia alit vulgò Renn-thier; latinè Rengiferos.

Oppida præcipua sunt 1. *Albo* seu Abo, sedes Episcopalis. 2. *Viburgum* seu Wiburg.

Dividitur aliàs in Provincias seqventes:

1. *Finlandiam* propriè dictam, cujus partis *Septentrionalis* oppida sunt 1. *Biorneborghum.* 2. *Raumo.* 3. *Neustatt.* 4. *Wasburg* &c. *Meridionalis* verò *Albo* seu Abo, de qvo modò dictum sedes nim. Episcopalis est, Academia celebris.

2. *Cajaniam* Comitatum, ubi *Vasa* seu Wassa, seu Mustesar. 2. *Ulaburgum.* 3. *Cajaneburgum.* 4. *Ny Carleby.* 5. *Alt Carleby* seu Carolina vetus.

3. *Savolaxiam*, ubi *Nyslot.*

4. *Tavastiam*, ubi *Tavasthus.*

5. *Nylandiam*, ubi 1. *Hesinfors.* 2. *Ratzeburgum*, ubi nautica acus perpetuò se movet.

6. *Careliam* ubi *Viburgum* seu Wiburg in ultimo sinus Finnici recessu nobile emporium. 2. *Kexholm.* 3. *Mala.* Lacus

Lacus hujus Provinciæ *Onega* dicitur, cujus longitudo 45. mill. latitudo 30. censetur. vid. Varen. Geogr. Gen. lib. 1. c. 15. prop. 6.

§. 18.

De *Grœnlandia* dicetur infra lib. 8. c. fin.

CAP. VI.

De

ITALIA.

ITaliæ nomen natum ab *Italo* Siculorum Rege, qvi agrum Sabinorum & Latinorum primum incoluit; Græcis vocatur *Hesperia* ab Hespero sydere; Italia namqve illis in occasum jacet: Aliis nominibus, vocatur *Oenotria* ab Oenotro Sabinorum Rege. Item *Saturnia* à Saturno Rege Latinorum. It. *Ausonia* à Rege Ausone. It. *Latium* à Latinis populis.

§. 1.

Ab *Ortu* terminatur Italia, Arsia fl. & mari supero; ab *Occasu* Varo fl. & Alpibus; à *Septentrione* iterum Alpibus; à *Meridie* mari infero seu Tusco. vid. Cluver. Introd. Geogr. lib. 3. c. 22.

§ 2.

Longitudo Italiæ extensa ab Alpino fine Augustæ Prætoriæ, qvæ nunc Aosta vocatur ad promont. Leucopetram, sive C. del. l' Arme absolvitur 225. mill. germ.

Latitudo à Varii fl. ostiis ad Arsiam fl. Histriam versus,

versus, ea qvam Alpes monstrant via, ducta absolvitur 140. mill. germ,

§. 3.

Montibus Aspera Regio est, nemorum opaca, sterili torrida æstu, solum vel segetes non patitur vel rubigine adurit; Tritici tamen copia hic est; in Liguria ingens olei proventus; Regnum Neapolitanum Vini Græci ferax; Vinum Falernum sapit Nectar; Calabria Mannam suppeditat: hinc inde manant rivuli, freqventes videntur lacus, tot amnium fontiumqve ubertas cernitur &c.

§. 4.

Incolæ animo capaci nec pingvi impetu pollent, in amorem & odium nimii; semel offensi ultionis animum haud nisi cum vita deponunt, Benevolentiæ prolixè indulgent; hominis vitam exiguo æstimant pretio, nummo conducti qvemlibet occidi curabunt: Rebus maxumè Physicis inhærent & Medicinam excolunt.

§. 5.

Præcipuarum Italiæ urbium characteres sunt seqventes:

1. *Roma*, Sancta.
2. *Venetiæ*, Opulentæ.
3. *Neapolis*, Nobilis.
4. *Florenza*, Pulchra.
5. *Milano*, Magna.
6. *Padua*, Docta.
7. *Genua*, Superba.
8. *Ravenna*, Antiqva.

9. Ve-

9. *Verona*, Veneranda.
10. *Ferrara*, Politiſſima.
11. *Bologna*, Munita.
12. *Mantua*, Arrogans.
13. *Siena*, Elegans.
14. *Luca*, Laborans.
15. *Breſcia*, Inſtructæ armis.
16. *Modena*, Felix.
17. *Piſa*, Infidelis.
18. *Urbino*, Fidelis.
19. *Fano*, Muliebris.
20. *Capua*, Amori dedita.
21. *Peſaro*, Hortus.
22. *Recanate*, Longa.
23. *Aſcoli*, Circularis.
24. *Cremona*, Paupera.

Pluribus vid. Atl. Min. P. II. p. 180

§. 6.

Academiæ Italiæ ſunt 1. *Patavienſis.* 2. *Bononienſis.* 3. *Piſana* 4. *Sinenſis.* 5. *Peruſiana.* 6. *Auguſta Taurinorum.* 7. *Ferrarienſis.* 8. *Romana.* 9. *Firmenſis.* 10. *Neapolitana.* 11. *Salernana.* 12. *Maceratenſis.* 13. *Parmenſis*, de qvibus ſuo loco erit dicendum.

§. 7.

Montes Italiæ nobiliores ſunt, 1. *Apenninus.* 2. *Pauſilyppus* ſeu Baſilipo, medius inter Neapolim & Puteolos, Crypta Neapolitana, celebris, h.e. via per imas montes radices mirabili artifici 12. ped. alta totidemqve exciſa in latitudine; tenebris adimpletur omnis, in oſtiis tantùm lumen ingreſſu refulgens veluti

ſtella procul apparet. 3. *Maſſicus.* 4. *Garganus* ſeu Monte di S. Angelo. 5. *Veſuvius* in Campania, hodie Monte di Somma, refertur inter Vulcanos, haud longo diſtans ſpatio à Neapoli; æternùm ejicit ignem, & tamen vini Falerni ferax eſt. 6. *Alpes* qvæ ſecundum ſitum vocantur vel *Maritimæ*, vel *Cottiæ*, vel *Grajæ*, vel *Penninæ*, vel *Rhætiæ*, vel *Tridentinæ*, vel *Noricæ*; vel *Carnicæ*, vel *Pannoniæ* &c.

§. 8.

Fluvii partim oriuntur ex Alpibus, partim Apennino monte, partim aliunde; Notiores ſunt

1. *Eridanus* ſeu Padus vulgò Po fontem habet in monte Veſulo ſeu Veſo, inde rigans Lombardiam, tandem ſeptem Oſtiis in Mare Adriaticum ad oppidum Ferraram ſe conjicit.

2. *Tiberis* nunc Tevere naſcitur in finibus Aretinorum ferè ad ortum Arni: Romam aliaqve perfluens oppida, tandem duobus oſtiis Mare Hetruſcum influit.

3. *Arnus* originem haurit in monte Apennino ad oppidum Aretium inde rigans Romam multasqve Provincias tandem Mare Tyrrhenum ingreditur.

4. *Athesis* ſeu Adeſe vulgo Etſch / oritur ex Alpibus Tridentinis, curſu rapidiſſimo ad Veronam uſqve currens naves tamen non patitur donec egrediatur urbem & in Mare ſe volvat ad portum Foſſione.

5. *Mintius* ad Mantuam: permeat Lacum Benacum ſeu Lago di garda.

6. *Ticinus* seu Tesin fontem haurit in monte Sumano seu St. Gottardi, Lympidissimus progrediens & aurum secum vehit: Lacum Verbanensem dividit, in Pado undas relinqvendo.

7. *Addua* seu Addæ origo est in monte *Braulio* transiens lacum Larium seu Lago di Como, tandem in multas divisus partes se perdit.

8. *Duria Minor* seu Dorietta.

9. *Duria Major* seu Dora.

10. *Sessites* seu Sessia.

11. *Ollius* seu Oglio lacum Sebinum seu Lago d' Iseo transit. Hi omnes ex Alpibus descendunt.

Qvi ex Apennino veniunt sunt 1. *Tanarus* seu Tanaro. 2. *Trebia.* 3. *Rhenus Bononiensis* seu Rheno. 4. *Clanis* seu Chiana. 5. *Nar* seu Nera. 6. *Anio* seu Teverone. 7. *Liris* seu Garigliano. 8. *Vulturnus* seu Vulturno. 9. *Silarus* s. Silaro. 10. *Sibaris* seu Cochile 11. *Crathis* seu Crati. 12. *Aufidus* seu Lofanto. 13. *Aternus.* 14. *Pescara.* 15. *Truentus* seu Truento. 16. *Æsis* seu Asone 17. *Metaurus* seu Metro &c.

§. 9.

Sylvarum nobiliores sunt 1. Lucus Feroniæ ad Romam. 2. Saltus Dianæ Ærolicæ. 3. Nævia. 4. Lucus Camœnarum seu Sylva del Aglio. 5. Sylva Albunea. 6 Lucus Furniæ. 7. Sylva Gallinaria. 8. Sylva Junonis Argivæ &c.

§. 10.

Archiepiscopi notiores sunt Aqvilejensis in foro Julii. 2. Mediolanensis 3. Turinensis in Pedemontio. 4. Genuensis. 5. Pisanus. 6. Romanus.

7. Ra-

7. Ravennensis in Romaniola. 8. Bononiensis. 9. Neapolitanus. 10. Bisignanus. 11. Manfredonensis. 12. Barensis. 13. Pelosanus. 14. Brandusinus. 15. Tarentinus. 16. Venetianus.

Episcopi nobiliores sunt 1. Polensis. 2. Parentinus in Istria. 3. Paravinus. 4. Veronensis. 5. Vincentius. 6. Chizonensis. 7 Brescienlis. 8. Mantuanus. 9. Andrinus in Ducatu Milano. 10. Augustanus. 11. Tossanus in Principatu Barcillonette. 12. Aostensis. 13 Aqvensis. 14. Parmensis. 15. Modenensis. 16. Reggiensis. 17. Sorezanus. 18. Nolensis. 19. Albenqvinus. 20. Florentinus. 21. Sienensis. 22. Luccensis. 23. Assisiensis. 24. Fulginatensis. 25. Nucerinensis. 26. Eugutinensis. 27. Spoletanus. 28. Tudentinus. 29. Ameliensis. 30. Narniensis. 31. Interamnensis. 32. Anconitanus. 33. Belicastrensis. 34. Strongalensis. 35. Tavernensis. 36. Gentazarus. 37. Macleranus. 38. Cassanus. 39. Amantinus. 40. Ortonensis. 41. Isterniensis 42. S. Angelitanus. 40. Castrensis. 41. Messanensis & alii.

§. 11.

Regitur Italia partim à Papa partim à Principibꝰ Italicis, qvorum inferius fiet mentio & Rebuspublicis:

§. 12.

CATALOGUS PONTIFICUM ROMANORUM, ut communiter series struitur.

1. Petrus Apostolus, regnat an. 24. mens. 5 dies 22. ob. anno Christi 69.

2. Linus Hetruscus, regnat an. 11. mens. 2. dies 23. ob. anno 80.
3. Cletus Romanus regnat an. 12. mens. 7. dies 2. ob. an. Chr. 93.
4. Clemens Romanus regn. an. 9. mens. 6. dies 6. ob. an. Chr. 02.
5. Anacletus Athenienf. regn. an. 9. menf. 3. dies 10. ob. an. 112.
6. Evaristus Betlehemita, regnat an. 9. menf. 3. ob. an. C. 121.
7. Alexander Roman. regnat an. 10. menf. 5. dies 20. ob. an. 132.
8. Sixtus I. Roman. regnat an. 9. menf. 10. dies 8. ob. an. 142.
9. Telesphorus Græcus, regnat an. 11. menf. 8. dies 27. ob. an. 154.
10. Hyginius Athenienf. regn. an. 3. menf. 11. dies 28. ob. an. 158.
11. Pius I. Aqvilejensis, regn. an. 9. menf. 6. dies 3. ob. an. 167.
12. Anicetus Syrus, regn. an. 8. menf. 9. dies 21. ob. an. 175.
13. Soter Campanus, regn. an. 3. menf. 11. dies 18 ob. an. 179.
14. Eleutherius Græcus, regn. an. 15. dies 23. ob. an. 194.
15. Victor Afer, regn. an. 9. menf. 2. ob. an. 203.
16. Zephyrinus Romanus, regn. an. 18. dies 18. ob. an 222.
17. Calistus Romanus, regn. an. 5. menf. 1. d. 12. ob. an. 226.

18. Ur-

18. Urbanus Romanus, regn. an. 6. menſ. 4. dies 4. ob. an. 233.
19. Pontianus Roman. regn. an. 4. menſ. 4. dies 24. ob. an. 237.
20. Antherus Græcus, regnat menſ. 1. ob. an. 238.
21. Fabianus Rom. regnat an. 15. dies 4. ob. an. 253.
22. Cornelius Rom. regn. an. 1. menſ. 3. ob. an. 255.
23. Lucius Rom. regn. an. 2. ob. an. 257
24. Stephanus Rom. regn. an. 3. menſ. 3. dies 22. ob. an. 260.
25. Sixtus II. Athen. regn. menſ. 11. dies 13. ob. an. 261.
26. Dionyſius Græcus, regn. an. 11. menſ. 3. dies 14. ob. an. 271.
27. Felix Romanus, regn. an. 2. menſ. 4. dies 29. ob. an. 275.
28. Euthychianus Tuſcus, regn. an. 8. menſ. 6. dies 10. ob. an. 286.
29. Cajus Dalmata, regn. an. 12. menſ. 4. d. 5. ob. an. 298.
30. Marcellinus Rom. regn. an. 7. menſ. 11. dies 23. ob. an. 304.
31. Marcellus Rom. regn. an. 5. menſ. 6. dies 21. ob. an. 309.
32. Euſebius Græcus, regn. an. 1. menſ. 7. dies 27. ob. 311.
33. Melchiades Afer, regn. an. 3. menſ. 2. ob. an. 313.

34. Sylvester Rom. regnat an. 21. dies 4. ob. an. 335
35. Marcus Roman, regn. mens. 8. dies 22. ob. an. 336.
36. Julius Rom. regn. an. 16. mens. 5. dies 16. ob. an. 352.
37. Liberius Rom, regn. an. 13. mens. 4. dies 16, ob. an. 367.
38. Damasus Hispanus, regn. an. 18. mens. 2, dies 11. ob. an. 384.
39. Syricius Rom. regn. an. 13. mens. 1. dies 25, ob. an. 388.
40. Anastasius Rom. regn. an. 13. dies 21. ob. an. 402.
41. Innocentius Albanus, regn. an. 15. mens. 2, dies 21. ob. an. 417.
42. Sozymus Cappadox, regn. an. 3. mens. 4. dies 7. ob. an. 420.
43. Bonifacius Rom, regn. an. 3. mens. 9. dies 28. ob an. 423.
44. Cœlestinus Rom. regn. an. 8. mens. 5. dies 3. ob. an. 431.
45. Sixtus III. Rom. regn. an. 7. mens. 11. ob. an. 440.
46. Leo M. Rom. regn. an. 20. mens. 11, ob. an. 461.
47. Hilarius Sardus, reg. an. 6. mens. 3. dies 10. ob. an. 467.
48. Simplicius Tiburtinus, regn. an. 15. mens. 6. dies 23. ob. an. 483.

49. Fe-

49. Felix II. Rom. regnat an. 8. menſ. 9. dies 17. ob. an. 492.
50. Gelaſius Afer, regn. an. 4. menſ. 8. dies 19. ob. an. 496.
51. Anaſtaſius II. Rom. regn. an. 1. menſ. 11. dies 24. ob. an. 498.
52. Symmachus Sardus; regn. an. 15. menſ. 7. dies 28. ob. an. 514.
53. Hormisda Campan. regnat an. 9. dies 18. ob. an. 523.
54. Johannes Hetruſcus, regn. an. 2. menſ. 9. dies 16. ob. an. 526.
55. Felix III. Samnus, regnat an. 4. menſ. 2. dies 18. ob. an. 530.
56. Bonifacius II. Rom. regn. an. 1. dies 2. ob. an. 531.
57. Johannes II. Rom. regn. an. 2. menſ. 4. dies 6. ob. an. 535.
58. Agapetus Rom. regn. an. 2. ob. an. 537.
59. Sylverius Campanus, regn. an. 7. ob. an. 544.
60. Virgilius Rom. regn. an. 11. ob. an. 555.
61. Pelagius Rom. regn. an. 4. menſ. 10. dies 18. ob. an. 559.
62. Johannes III. Rom. regn. an. 12. menſ. 11. dies 21. ob. an. 572.
63. Benedictus Rom. regn. an. 4. menſ. 2. dies 15. ob. an. 577.
64. Pelagius II. Rom. regn. an. 12. menſ. 2. dies 27. ob. an. 590.

65. Gregorius M. Rom. regn. an. 13. menſ. 6. dies 9. ob. an. 604.

66. Sabinianus Tuſcus, regn. menſ. 5. dies 21. ob. an. 605.

67. Bonifacius III. Rom. regn. menſ. 3. dies 23. ob. an. 606.

68. Bonifacius IV. Valerius, regn. an. 6. menſ. 8. dies 13. ob. an. 614.

69. Deodatus Rom. regn. an. 2. menſ. 11. dies 25. ob. an. 617.

70. Bonifacius V. Neapol. regn. an. 7. menſ. 10. d. 1. ob. an 625.

71. Honorius Campanus, regn. an. 12. menſ. 4. dies 27. ob. an. 638.

72. Severinus Rom. regn. an. 1. ob. an. 639.

73. Johannes IV. Dalmat. regn. an. 1. menſ. 9. dies 6. ob. an. 641.

74. Theodorus Hieroſolymit. regn. an. 7. menſ. 5. dies 20. ob. an. 649.

75. Martinus Italus, regn. an. 5. menſ. 4. dies 12. ob. an. 654.

76. Eugenius I. Rom. regn. menſ. 2. dies 23. ob. an. 654.

77. Vitalianus Italus, regn. an. 13. menſ. 3. dies 27. ob. an. 669.

78. Adeodatus, Rom. regn. an. 7. menſ. 7. d. 17. ob. an. 676.

79. Domnus, Rom. regn. an. 1. menſ. 5. dies 10. ob. an. 677.

80. Agatho, Siculus, regn. an. 3. menſ. 8. ob. an. 682.

81. Leo

81. Leo II. Siculus, regn. menf. 10. dies 8. ob. an. 684.
82. Benedictus II. Rom. menf. 8. dies 17. ob. an. 685.
83. Johannes V. Syrus, regn. an. 1. dies 11. ob. an. 686.
84. Conon Thrax, regn. menf. 11. dies 23. ob. an. 687.
85. Sergius Antiochenus, regn. an. 13. menf. 8. dies 14. ob. an. 701.
86. Johannes VI. Græcus, regn. an. 3. menf. 2. dies 12. ob. 705.
87. Johannes VII. Græcus, regnat an. 2. menf. 7. dies 17. ob. an. 707.
88. Sifinus Antiochenus, regn. dies 20. ob. an. 708
89. Conftantinus Syrus, regn. an. 6. m. 1. d. 1. ob. an. 714.
90. Gregorius II. Rom. regn. an. 16. menf. 8. dies 20. ob. an. 731.
91. Gregorius III. Syrus, regn. an. 10. menf. 9. dies 12. ob. an. 741.
92. Zacharias Græcus, regn. an. 10. menf. 3. dies 10., ob. an. 752.
93. Stephanus II. Rom. regn. dies 4. ob. an. 752.
94. Stephanus III. Rom. regn. an. 5. dies 28. ob. an. 757.
95. Paulus Romanus, regn. an. 10. menf. 1. ob. an. 767.
96. Stephanus IV. Siculus, regn. an. 3. menf. 5. dies 28. ob. an. 772.

97. Adrianus Romanus, regn. an. 23. menſ. 10. dies 17. ob. an. 795.

98. Leo III. Rom. regn. an. 20. menſ. 5. dies 17. ob. an. 816.

99. Stephanus V. Rom. regn. menſ. 7. dies 3. ob. 817.

100. Paſchalis I. Rom. regn. an. 7. menſ. 3. d. 17. ob. an. 824.

101. Eugenius II. Rom. regnat an. 3. menſ. 2. dies 23. ob. an. 827.

102. Valentinus Rom. regnat menſ. 1. dies 19. ob. an. 827.

103. Gregorius IV. Rom. regn. an. 16. ob. an. 844.

104. Sergius II. Rom. regn. an. 3. menſ. 1. ob. an. 847.

105. Leo IV. Rom. regn. an. 8. menſ. 3. dies 5. ob. an. 856.

Obiter hic monendum poſt *Leonem IV.* per duos annos ſolium Papale aſcendiſſe fœminam qvandam *Gilbertam*, qvæ hactenus non tantùm virum ſe profitebatur, ſed & in Academiis tantum hauſit ſapientiæ, ut ad hanc pervenerit dignitatem, ſeqve *Johannem VIII.* vocaverit; coronam tulit ad an. 858, qvo ſtuprata à qvodam famulorum petitis ſolemni pompa Petri & Pauli liminibus, parturiens, una cum juniori Papa obiit; Loco ubi hæc accidebant, inciſa legitur ſepties littera *P.* cujus ſenſus: *Papa, peperit, puerum, penes, Portam, Petri, Pauli*; In

In serie Paparum omittitur, hocqve nomine utitur alius qvi ob. 882. vid. Matthiæ Hoë D. Bedencken/wie man sich zu verhalten/wenn man Catholisch zu werden gezwungen.

106. Benedictus III. Rom. regn. an. 2. mens. 6. dies 10. ob. an. 858

107. Nicolaus M. Rom. regnat an. 9. mens. 6. dies 20. ob. an. 867.

108. Adrianus II. Rom. regn. an. 4. mens. 10. dies 17. ob. an 872.

109. Johannes VIII. Rom. regn. an. 2. d. 1. ob. an. 882.

110. Martinus II. Hetrusus, regn. an. 12 dies 20. ob. an. 884.

111. Adrianus III. Roman. regn. an. 1. mens. 3. dies 19. ob. an 885.

112. Stephanus VI. Rom. regn. an. 6. ob. an. 891.

113. Formosus Portuensis, regn. an. 4. mens. 6. dies 18. ob. an. 896.

114. Bonifacius VI. Rom. regnat dies 15. ob. an. 896.

115. Stephanus VII. Rom. regn. an. 4. mens. 2. dies 19. ob. an. 900

116. Romanus Hetruscus, regn. mens. 4 dies 20. ob. an. 901.

117. Theodorus II. Rom. regn. dies 20. ob. an. 901.

118. Johannes IX. Tiburt. regn. an. 3. dies 15. ob. an. 905.

119. Benedictus IV. Rom. regn. an. 3. mens. 6. dies 15. ob. an. 906.

120. Leo V. Ardentinus, regn. dies 40. ob. 907.
121. Christophorus Rom. regn. mens. 7. ob. an. 907.
122. Sergius III. Rom. ob. an. 910.
123. Anastasius III. Rom. regn. an. 2. mens. 2. ob. an. 912.
124. Lando Sabinus, regn. mens. 6. dies 22. ob. an. 913.
125. Johannes X. Ravennens. regn. an. 15. m. 2. dies 16. ob. an. 929.
126. Leo VI. Roman. regn. mens. 6. dies 15. ob. an. 929.
127. Stephanus VIII. Rom. regn. an. 2. mens. 1. dies 15. ob. an. 931.
128. Johannes XI. Rom. regn. an. 5. ob. an. 936.
129. Leo VII. Rom. regn. an. 3. mens. 6. ob. an. 939.
130. Stephanus IX. Germanus. regn. an. 3. m. 4. dies 5. ob. an. 942.
131. Martinus III. Rom. regn. an. 3. m. 6. d. 13. ob. an. 946.
132. Agapetus II. Rom. regn. an. 10. m. 10 d. 10. ob. an. 956
133. Johannes XII. Rom. regn. an. 9. m. 4. d. 6. dejicitur an. 963.
134. Leo VIII. Rom. regn. an. 1. mens. 3. dies 7. ob. an. 964.
135. Johannes XIII. Rom. regn. an. 5. mens. 11. dies 5. ob. an. 969.
136. Domnus II. Rom. regn. m. 3. ob. an. 969.

137. Benedictus VI. Rom. regnat an. 5. menſ. 3. occiditur an. 974.
138. Bonifacius VII. Rom. regn. an. 1. menſ. 1. pellitur an. 975.
139. Benedictus VII. Rom. regn. an. 9. m. 1. d. 10. ob. an. 984.
140. Johannes XIV. Papienſ. regn. m. 8. d. 6. ob. an. 985
141. Johannes XV. Rom. regn. an. 11. m. 6. d. 12. ob. an. 996.
142. Johannes XVI. Calaber. regn. menſ. 4. Pſeudopapa. ob. an. 996.
143. Gregorius V. Saxo. regn. an. 2. m. 8. d. 4. ob. an. 999.
144. Sylveſter II. Aqvitanus, regn. an. 4. m. 6. d. 12. Magus. ob. an. 1003.
145. Johannes XVII. Rom. regn. m. 4. d. 25. ob. an. 1004.
146. Johannes XVIII. Rom. regn. an. 7. m. 7. d. 29. ob. an. 1011.
147. Sergius IV. Rom. regn. an. 2. m. 8. d. 13. ob. an. 1013.
148. Benedictus VIII. Rom. regn. an. 12. ob. 1024.
149. Johannes XIX. Rom. regn. an. 9. m. 8. d. 9. ob. an. 1033.
150. Benedictus XIX. Rom. regn. an. 11. ob. 1045
151. Gregorius VI. Rom. Magus. regn. an. 1. m. 7. d. 20. reſignat 1046.

hoc tempore tres Pontificatum ambibant.

152. Clemens II. Saxo. regn. menſ. 8. dies 7. ob. an. 1047.

poſt

post hunc sedes Papalis *Avennionem* transferebatur.

153. Damasus II. Bavarus. regn. d. 23. ob. an. 1048.

154. Leo IX. Germanus. regn. an. 5. m. 2. d. 8. ob. an. 1054.

155. Victor II. Germ. regn. an. 3. m. 3. d. 16. ob. an. 1057.

156. Stephanus X. Lotharing. regn. m. 8. d. 15. ob. an. 1058.

157. Nicolaus II. Allobrox, regn. an. 2. m. 6. d. 1. ob. an. 1062.

158. Alexander II. Mediol. regn. an. 11. m. 6. d. 22. ob. 1073.

159. Gregorius VIII. Hetruscus. Magus erat. regn. an. 12. m. 1. d. 3. ob. an. 1085.

160. Victor III. Benevent, regn. an 2. m. 3. d. 24. ob. an. 1087.

161. Urbanus II. Gallus. regn. an. 11. m. 4. d. 18. ob. an. 1099.

162. Paschalis II. Tuscus. regn. an. 18. m. 5. d. 4. ob. an. 1118.

163. Gelasius II. Cajetanus. regn. an. 1. dies 5. ob. an. 1119.

164. Calistus II. Burgundus, regn. an. 5. m. 10. dies 13. ob. 1124.

165. Honorius II. Bonon. regn. an. 5. m. 1. d. 17. ob. an. 1130.

166. Innocentius II. Rom. regn. an. 13. mens. 7. ob. an. 1143.

167. Cœ-

167. Cœlestinus II. Tuscus. regn. m. 5. d. 13. ob. an. 1144.

168. Lucius II. Bonon. regn. mens. 11. dies 14. ob. an. 1145.

169. Eugenius III. Pisanus, regn. an. 8. mens. 4. dies 13. ob. an. 1153.

170. Anastasius IV. Rom. regn. an. 1. m. 4. d. 24. ob. an. 1154.

171. Adrianus IV. Angelus regn. an. 4. mens. 8. dies 24. ob. an. 1159.

172. Alexander III. Senensis. regn. an. 21. m. 11. d. 21. ob. an. 1181.

173. Lucius III. Lucanus. regn. an. 4. m. 2. d. 18. ob. an. 1185.

174. Urbanus III. Mediol. regn. an. 1. m. 10. d. 25. ob. an. 1187.

175. Gregorius VIII. Benev. regn. m. 1. d. 27. ob. an. 1187.

176. Clemens III. Rom. regn. an. 3. m. 2. d. 20. ob an. 1191.

177. Cœlestinus III. Rom. regn. an. 6. m. 9. d. 11. ob. an. 1198.

178. Innocentius III. Anagn. regn. an. 18. m. 6. d. 3. ob. an. 1216.

179. Honorius III. Rom. regn. an. 10. mens. 8. ob. an. 1227.

180. Gregorius IX. Anagninus. regn. an. 14. m. 5. d. 2. ob. an. 1241.

181. Cœlestinus IV. Mediolan. regn. dies 17. ob. an. 1241.

182. Innocentius IV. Genuenſ. Parricida. regn. an. 11. m. 5. d. 15. ob. an. 1252.

183. Alexander IV. Anagninus, regn. an. 7. m. 5. d. 4. ob. an. 1260.

184. Urbanus IV. Gallus. regn. an. 3. m. 1. d. 4. ob. an. 1263.

185. Clemens IV. Narbonenſ. regn. an. 3. m. 9. d. 14. ob. an. 1268.

186. Gregorius X. Placent. regn. a. 7. m. 4. d. 10. ob. an. 1276.

187. Innocentius V. Allobrox. regn. m. 5 d. 1. ob. an. 1276.

188. Adrianus V. Genuenſis. regn. m. 1. d. 6. ob. an. 1276.

189. Johan. XX. Luſitanus. regn. m. 8. d. 8. ob. an. 1277.

190. Nicolaus III. Roman. regn. an. 2. m. 8. d. 29. ob. an. 1280.

191. Martinus IV. Turonenſ. regn. an. 4. m. 1. d. 7. ob. an. 1285.

192. Honorius IV. Rom. regn. an. [illegible] dies 7. ob. an. 1287.

193. Nicolaus IV. Apulus, regn. an. 5. menſ. 1 dies 14. ob. an. 1292.

194. Cœleſtinus V. Ital. regn. an. 2. m. 5. d. 7. ob. an. 1294.

195. Benifacius VIII. Anagninus. regn. an. 8. menſ. 9. d. 18. ob. an. 1303.

196. Benedictus IX. Tarviſin. regn. m. 8. d. 6. ob. an. 1304.

197. Cle-

197. Clemens V. Burdigal. regn. an. 8. menſ. 10. dies 16. ob. an. 1314.
198. Joh. XXI. Cadurcenſis. regn. an. 19. menſ. 13. dies 28. ob. an. 1334.
199. Benedictus X. Toloſan. regn. an. 7. menſ. 4. dies 6. ob. an. 1342.
200. Clemens VI. Lemovicenſ. regn. an. 10. menſ. 7. ob. an. 1352.
201. Innocentius VI. Lemov. regn. an. 9. menſ. 8. dies 26. ob. an. 1362.
202. Urbanus V. Mimutenſ. regn. an. 8. menſ. 2. dies 23. ob. an. 1370.
203. Gregorius XI. Lemovic. regn. an. 7. menſ. 2. dies 29. ob. an. 1378.
204. Urbanus VI. Neapolit. regn. an. 11. menſ. 6. dies 7. ob. an. 1389.
205. Bonifacius IX. Neapol. regn. an. 14. m. 11. ob. an. 1404.
206. Innocentius VII. Sulmonenſ. regn. an. 2. dies 21. ob. an. 1406.
207. Gregorius XII. Venetus. regn. an. 2. m. 7. d. 5. ob. an. 1408.
208. Alexander V. Cretenſ. regn. an. 1. menſ. 10. dies 8. ob. an. 1410.
209. Johannes XXII. Neapolit. regn. an. 5. d. 15. deponitur an. 1415.
210. Martinus V. Roman. regn. an. 13. menſ. 3. dies 10. ob. an. 1431.
211. Eugenius IV. Venetus. regn. an. 15. menſ. 11. dies 21. ob. an. 1446.

212. Nicolaus V. Lucanus. regnat an. 8. dies 15. ob. an. 1455.
213. Calixtus III. Valentinus. regn. an. 3. menſ. 4. ob. an. 1458.
214. Pius II. Senenſis. regn. an. 5. menſ. 11. dies 27. ob. an. 1464.
215. Paulus II. Venetus. regn. an. 6. menſ. 10. dies 26. ob. an. 1471.
216. Sixtus IV. Savonenſis. regn. an. 13. dies 4. ob. an. 1484
217. Innocentius VIII. Genuenſ. regn. an. 7. menſ. 10. dies 27. ob. an. 1492.
218. Alexander VI. Hiſpan. regn. an. 11. dies 8. ob. an. 1503
219. Pius III. Senenſ. regn. dies 14. ob. an. 1503.
220. Julius II. Ligur. regn. an. 9. menſ. 3. dies 21. ob. an 1513.
221. Leo X. Florentinus. regn. an. 8. menſ. 8. dies 20. ob. an. 1521.
222. Adrianus VI. Belga. regn. an. 1. menſ. 8. dies 6. ob. an. 1523.
223. Clemens VII. Florentin. regn. a. 10. menſ. 10. dies 7. ob. an. 1534.
224. Paulus III. Roman. parricida & ſcortator. regn. an. 15. dies 28. ob. an. 1549.
225. Julius III. Aretinus. regn. an. 5. menſ. 1. dies 16. ob. an. 1555.
226. Marcellus II. Politian. regn. dies 21. ob. an. 1555.

227. Pau-

227. Paulus IV. Neapolit. regn. an. 4. menf. 2. dies 27. ob. an. 1559.
228. Pius IV. Mediolanenf. regn. an. 5. menf. 11. dies 14. ob. an. 1565.
229. Pius V. Alexandrin. regn. an. 6. menf. 3. dies 16. ob. an. 1572.
230. Gregorius XIII. Bononienf. regn. an. 12. menf. 10. dies 27. ob. an. 1585.
231. Sixtus V. Calaber. regnat an. 5. menf. 4. dies 3. ob. an. 1590.
232. Urbanus VII. Roman. regn. dies 12. ob. an. 1590.
233. Gregorius XIV. Rom. regn. menf. 10. dies 10. 1591.
234. Innocentius IX. Bonon. regn. menf. 2. ob. an. 1591.
235. Clemens VIII. Florent. regn. an. 13. menf. 1. ob. an. 1605.
236. Alexander VII. Rom. regn. dies 26. ob. an. 1605.
237. Leo XI. Senenfis. regnat dies 28. ob. an. 1605.
238. Paulus V. Burghefius. regn. an. 16. ob. an. 1621.
239. Gregorius XV. Rom. ob. an. 2. menf. 1. dies 4. ob. an. 1623.
240. Urbanus VIII. Barberinus. regn. an. 20. menf. 7. dies 5. ob. an. 1644.
241. Innocentius X. Pamphilus. regn. an. 10. menf. 4. dies 20. ob. an. 1655.

242. Alexander VII. qvi v. VIII. esse debet Senens. proprium ei nomen est Fabinus Chisius, electus 1655. 7. Apr. sedit 12. an. 1. m. 15. dies. ob. an. 1667. 22. Maji.

243. Clemens IX. Florentinus, hic antea vocabatur Julius Rospigliosus, electus a. 1667. 10. Jun. sedens an. 3. m. 7. ob. an. 1670.

244. Clemens X. Roman. dicebatur Æmilius Altieri electus 1670. 24. April. sed. an. 5. m. 7. d. 16. ob. 1676. 9. Decembr.

245. Innocentius XI. Modernus Papa, Comensis, antea dictus Benedictus Odeschalchi eligebatur an. 1676. 11 Sept.

§. 13.

In littore Italico, qvod Occasum spectat. Portus sunt nobiliores 1. Genua, 2. Livorno, 3. Neapolis. 4. Salernum. In altero latere sunt 1. Tarentum, 2. Brundusium, 3. Ancona, 4. Ravenna. 5. Venetiæ &c.

§. 14.

Dividitur variè Italia, nobis ea placet, qva dispescitur in *Septentrionalem* & *Meridionalem* divisio; Illa subdividitur a Pado fl. in *Transpadanam* & *Cispadanam*: In parte Transpadana occurrunt dominium *Venetum* & *Lombardia Transpadana*. In parte Cispadana v. *Liguria* & *Lombardia Cispadana*.

CAP.

CAP. VII.
De
VENETO
DOMINIO.

Potentissima Europæ Respublica Venetorum est, cujus fundatores Itali laudandi cum Insulas occupare inciperent Mare Adriaticum colentes antea, imminente Attilæ periculo: Duplici regitur Magistratu; Civilibus præest Dux & Senatores; Ecclesiasticum Regimen Patriarcha gerit, qvi Patriarcha *de Grado* vocatur: primum constituit Eugenius Papa an. 1354. Tutelaris est S. Marcus Evangelista, unde Eqvites S. Marci.

§. 1.

Terminatur hujus Reip. dominium ab *Ortu* Austria, & sinu Adriatico seu Golfo di Venetia; ab *Occasu* Ducatu Mediolanensi; à *Septentrione* parte Austriæ, Tridentinis, Rætis & Helvetiis; à *Meridie* Ducatu Mantuæ & Terris Papalibus.

§. 2.

Splendorem & Majestatem Reipubl. conciliat Dux Venetorum, qvem *Doge* vocant, qvæ dignitas electitia est; solo ipsius nomine mandata emittuntur, nummus cuditur &c. & tamen potestate destituitur;

§. 3.

Senatores Ordinarii sunt 60. Et totidem alii, qvos

della Gionta appellan ; penes hos est Jus Belli & Pacis, pecuniam exigendi à Rep. nova imponendi tributa, eligendi Oratores &c. vid. Becman. hist. orb. terrar. p. 770.

§. 4.

Senatoribus annexum est *magnum Consilium Nobilitatis*, cujus numerus mox major mox minor, sæpius 1500. numerabantur, hæcqve dignitas comparari potest pecunia, modo qvis nobilis sit & annum 25. superaverit ætatis ; penes hoc consilium potentia est constituendi & deponendi Magistratus.

§. 5.

Præter Cancellarium & Scribarum ordinem, illosqve qvi Senatui à Secretis, (hi enim Plebeji ordinis sunt) nemini licet in ullo Senatu comparere, nisi nobilitate sit præditus.

§. 6.

Prætendit hæc Respub. Maris Adriatici dominium, inqve hanc rationem singulis Ascensionis domini diebus, *Dux Bucentauro* (pretiosæ navis nomen est) vehitur, Mariqve Adriatico injicit annulum aureum, qvo illud sibi desponsare exclamat. pluribus vid. Petri Justiniani Historiam Venetam.

§. 7.

Dominium Terrestre qvod attinet, subjectas habet seqventes Provincias:

§. 8.

1. *Istria Marchionarum*, qvæ Peninsulam format terminata à *Septentrione* Alpibus Carnicis & Noricis, ab *Occasu* Formione amne nunc Risano; ab *Ortu* Arsia fl. à *Meridie* Mari Adriatico: Proximi adjacentes

centes sinus sunt *Golfo de Trieste* seu Tergestinus; & *Golfo Garnero* seu Carnarius freqventia naufragiorum notus. Hæc regio partim domui Austriacæ partim Venetæ Reip. subest.

Locorum Venetis parentium

Caput est *Justinopolis* olim Ægida, nunc *Capo d' Istria dicta*. Reliqva oppida sunt 1. *Pola*, sed. Episc. 2. *Parentium* seu Parenzo, sed. Episc. & portus. 3. *Civitas nova* seu Citta Nuova. 4. *Humago*. 5. Fanum S. Laurentii seu *S. Lorenzo*. 6. *Rovinium* seu Rovigno ad montem d' Auro: Duobus portubus gaudens. 7. *Albona* ad sinum Garnero. 8. *Petra Pilosa*. 9. *Montona*. 10. *Insula Brioni* seu Breonia. 11. *Insula St. Nicolai*.

Juris Austriaci oppida sunt 1. *Pedena* seu Pudina, sed. Episc. 2. *Pisinum*. 3. *Cossiacum* seu Coslach. 4. *Lupolianum*. 5. *Cominum*. 6. *Dorum*. 7. *Vipaum*. 8. *Fanum S. Angeli* & alia loca.

§. 9.

2. *Fori Julii Ducatum*; nunc dicitur *Patria di Friuli* habens ab *Ortu* Istriam; à *Septentrione* Alpes Julias; ab *Occasu* Alpes Noricas & Vindelicas; à *Meridie* sinum Adriaticum. Totus paret Venetis.

Oppida sunt 1. *Vedinum* seu Udina. 2. *Civita di Friuli* ad fl. Natisone. 3. Tergestum seu *Trieste*, unde Golfo de Trieste: Imperialibus subdita urbs, vino generoso nota, qvi Reinfall vocatur. 4. *Gradiscia* ad fl. Isnitz seu Lisonza. 5. *Palma* munitissimum oppidum. 6. *Aqvileja*, sedes Archiepiscop. 7. *Concordia*. 8. *Montefalcone*. 9. *Grado*. 10. *Duino*.

Huc referunt Comitatum *Goriciæ* seu Karstiæ inter Lisonzo & Timavo flumina, cujus caput *Goricia* seu Görtz.

Porrò marmora terræ hæc alit & ad fl. Hydram *Mercurium* fodiunt.

§. 10.

3. *Marchiam Tarvisanam*; Termini ejus sunt ab *Ortu* pars Maris Adriatici & Liqventia seu Livenza fl. à *Septentrione* Alpes, qvibus Italia à Germania separatur; ab *Occasu* Lombardia, Mintus & Saroa fluvii nec non Lacus de Garda; à *Meridie* ostium Athesis seu Adise, paludesqve Malerianæ & Brigantinæ, alii pro termino meridionali ponunt Padum fl.

Oppida sunt 1. *Venetiæ* seu Venegia ad Golfo di Venetia: ambitum 8. mill. Ital. habet; medium platearum rivi occupant unde & 60 insulis constare communiter dicitur; conditam scribunt anno Christi 401. tempore Belli Hunnici, totam terrore Italiam implente Atila; nec muro nec vallo munita, mari firmatur; in foro S. Marci Ducis Palatium superbit, inqve Eo Camera, ubi Senatus convenit, longitudine 150, latitudine 74. altitudine, 28. pedum longa, marmoreo lapide exstructa auroqve superinducta. Summum Templum S. Marco Evang. sacrum habent marmoreum; portæ maxumæ Templi impositæ conspiciuntur qvatuor eqvorum statuæ æneæ, obductæ auro, in memoriam Constantinopoli adductorum, occupantibus urbem Venetis. In Sacristia Thesaurus conditur, nec non reliqviæ; tecta inau-

inaurata ſplendent cuprea. Templo inſcripta legitur dialogus inter Advenam & Senem.

A. *Dic antiqve Senex Venetæ qvis Conditor Urbis*
S. *Jupiter* : A. *Unde Arces* ? S. *Attica*. A *Scorta* ? S. *Venus*.
A. *Mœnia* ? S. *Neptunus* : A. *Numi* : S. *Dido* :
A. *Bellica*. S. *Mavors*
A. *Artes* ? S. *Mercurius*. A. *Jura* ? S. *Minerva*
dedit:

Non mirum eſt ſi alias inter caput exhibet urbes,
Qvam tot cœleſtes compoſuere Deæ.

2. *Muran*, qvæ præſtantiſſima ſuppeditat vitra. 3. *Patavium* ſeu Padoua ad fl. Medeaco ſeu Brenta, ſedes Gubernatoris & Epiſcopi, exſtructa ab Antenore Trajano Patria Titi Livii & Pauli JCti. Academiam fundavit Fridericus Imp. an. 1221. Tutelarem colunt S. Antonium de Padoua ; 4. *Verona* urbs ædificiorum pulchritudine nobilis, ad fl. Atheſin ſeu Etſch, tribus firmata caſtellis, ſedes Epiſcopalis. Vetus Scaligerorum olim ſedes erat. 5. *Vincentia* ſeu Vincenza ad montem Berico; Cameram curia habet longitudinis 250, latitudinis 80. ped. nec columnis impoſitam nec trabibus ſuſtentatam, ſedes Epiſcop. eſt. 6. *Maroſtica*. 7. *Baſſano* ad fl. Brenta 8. *Lignano* munimentum. 9. *Montegallo* arce munita. 10. *Monſelice*. 11. *Chioza*, ſed. Epiſc. 12. *Zeneda*. 13. *Felze*. 14. *La Preve de Cadore* &c.

Huc referunt Poleſinum Rhodiginum ſeu Poleſino di Rovigo, cujus caput Rhodigium ſeu Rovigo.

§. II.

4. *Lombardiæ Transpadanæ partem*: Oppida hujus partis, qvæ ad Venetos ſpectat ſunt 1. *Brixia* ſeu Breſcia, ad fl. Garziam, ſedes Epiſc. modernus eſt Paulinus Mayer, elect. an. 1677. 2. *Bergamum* ſeu Bergamo, ſed. Epiſc. 3. *Crema*, nobiliſſimo munita caſtello, ſed. Epiſc. 4. *Peſchira.* 5. *Salo*, 6. *Garda*, unde Lacus Benacus di Garda vocatur. 7. *Gavardo.* 8. *Lonado.* 9. *Aſola.* 10. *Mardi.* 11. *Iſeo.* 12. *Chiori.*

CAP. VIII.

De LOMBARDIA TRANPADANA.

LOmbardiæ nomen natum à *Longobardis* germanica gente, qvæ relicta ad Albim ſede, per Pannoniam in Italiam migrans, maximam ad Padi amnis utramqve ripam partem occupatam ultra 200. annos tenuit, ejecta tandem à Carolo M. Pars, qvæ *Transpadana* vocatur, habet ab *Ortu* Mintium fl. & Sarcam cum Lacu di Garda; à *Septentrione* Alpes Italiam à Gallia ſeparantes; à *Meridie* Ferraræ Ducatum; ab *Occaſu* Parmæ Ducatum & Modenæ.

Dividitur in Ducatum *Mantuanum*, Ducatum *Mediolanenſem* & *Pedemontium.*

§. 1.

Ducatus *Mantuanus* ſubeſt Duci Mantuano: Modernus Dux eſt Carolus IV. n. 1631. 31. Aug. vivit ſine maſcula prole. Terminos habet ab *Ortu & Septentrione* Veronam; ab *Occaſu* Territorium Brixienſe & Cremonenſe; à *Meridie* Ducatum Mudinæ & Principatum Mirandulanum: Dux Vaſallus eſt Imperatoris.

Oppida ſunt 1. *Mantua* metropolis ſed. Epiſc. Conciliis Nicolai II. & Pii II Pontificum Romanorum nota adjacet fl. Mincio: Palatium Ducis viſum meretur. 2. *Goitum* ſeu Goito. 3. Caſtellum Gubernium ſeu *Gauvernolo* ad fl. Menzo. 4. Guarſtallum ſeu *Gurſtalla* ad Padum fl. Conciliis Urbani II. & Paſchaſii II. celebris. 5. Caſtillo Stiverorum ſeu *Caſtiglione della Stivere*, caſtello munita. 6. *Sabionetta*. 7. Canetum ſeu *Cameto* ad fl. Olho. 8. *Marcheria*. 9. *Volta*. 10. *Capriana*. 11. *Gonzaga Caſtra*. 12. Oſtianum ſeu *Uſtinno* ad Olho fl.

Pars Montferratenſis Ducatus, qvæ Duci Mantuenſi ſubeſt, infra occurret.

§. 2.

Ducatus *Mediolanenſis* ſeu *Stato di Milano*, Feudum Hiſpaniæ Regis à Carolo V. factum, olim à populis *Inſubribus*, *Inſubria* dicebatur.

Oppida ſunt 1. *Mediolanum* ſeu Milano magna urbs, rigata Ticino fl. ſeu Teſin, & Abdua amne; munitiſſimo firmatur caſtello, Academia celebris, Archiepiſcopalis ſedes nec non Gubernatoris nomine Hiſpaniæ Regis. 2. *Pavia* ad fl. Ticino. Academia

demia clara, fundata à Carolo M. ad hanc urbem Carolus Imp. Franciscum I. Gall. Reg. captivum duxit. 3. *Cremona* inter Padum & Olho fluvios castello jacens firmatur; turri nota quam altissimam Europæ credunt, unde proverbium: *Unus Petrus in Roma: una turris in Cremona: unus Portus in Ancona.* 4. *Comum* seu Como ad Lacum Larium seu Laco di Como: Castelli nomen est Turris rotundæ. 5. *Novaria* seu Novara ad fl. la Gogna, castello munita. 6. *Vercelli* ad fl. Sesiam. 7. *Alexandria* trans Padum seu Po, inter Tanaro & Bormiam fluvios, vocatur hodiè Alessandria della paglia; condita ab Alexandro III. Papa, sedes Episc. citadella instructa. 8. *Dertona* seu Tortona ad fl. Seriviam. 9. *Marignano* ad fl. Lambro. 10. *Pescbera*. 11. Laus Pompeji seu *Lodi*. 12. *Caravaggio* castellum. 13. *Soncino* ad Oglio fl. 14. *Picighiton* ad fl. Addam. 15. *Machastorma*. 16. *Funtanella*. 17. *Vescovata*. 18. *S. Salvadore*. 19. *Pieve* di S. Fabio. 20. *Casal maggiore*. 21. *Abriagras*. 22. *Binasco*. 23. *Certosa*. 24. *Codepila*. 25. *Schiatezzo*, castellum. 26. *Vogera* ad Stalpham fl. 27. *Vigevano*. 28. *Martara* ad fl. Gogna. 29. *Sartirano*. 30. *Santia*. 31. *Biela*, ad fl. Auremo. 32. *Fortede Fuentes*.

Huc spectant Lacus nonnulli v. g. Lago di Orta, ubi *Domo* ad fl. Tosam. 2. Lago Maggiore, ubi *Sesto*, *Angiera*, *Arona*, *Palenza*, *Canobio*, *Malvaga* insula. 3. Lago di Como, ubi *Como*, *Pilacium* & *Lecco*.

§. 3.

Pedemontium seu Piemont, regio Taurinorum ad radices

radices Alpium Galliam ac Sabaudiam ab Italia separantium, unde & Pedemontium vocata: interim & Ducatus *Taurinensis* vocatur à *Taurino* metropoli; Terminos habet ab *Ortu* Padum fl. seu Pò; à *Meridie* Alpes Liguriæ; ab *Occasu* Alpes Galliæ; à *Septentrione* Doriam fl. Pertinet ad Ducem Sabaudiæ. Caput est *Augusta Taurinorum* seu Turino Ducum sedes ad Padum fl. Academia & Archiepiscopali sede celebris; Emanuelis Philiberti Saxonum Ducis castello munita: Inter sanctas res & Sudarium Christi magni hic pretii habetur. Reliqva oppida sunt vel *Juris Sabaudici*, vel *Juris Gallici*; v. g. 1. *Augusta Prætoria* seu Aoust ad Doriam fl. sedes Episcop. 2. *Pinarolum* seu Piguerol, monti impositum pro clavi Italiæ, Galliæqve habetur, occupatum à Ludovico XIII. an. 1630. 3. *Susa* seu Suze ad fl. Doria etiam juris Gallici. 4. *Eporedia* seu Emprun, sed. Episc. ad fl. Durançe etiam juris Gallici. 5. *Pont S. Martin.* 6. *Inurea* seu Yurce. 7. *Vercelli* ad fl. Sesia. 8. *Santia.* 9. *Biela* ad fl. Auremo. 10. *Chivas.* 11. *Volpiano* inter Malon & Sturam fluvios. 12. *Montcarlier.* 13. *Qviers.* 14. *Carignan.* 15. *Ranello* munimentum.

Huc pertinet 1. Marchionatus *Staffardensis.*

2. Marchionatus *Saluciensis* seu Saluzze, ubi Saluces ad Padum fl. 2. *Carmaniola* seu Carmagnole. 3. *Dronero.*

3. Principatus *Barcillonette*, ubi caput ejusd. nominis. 2. *Coni* ad fl. Tanerum. 3. *Mondovi*, inter Ellam & Tanarum fl. 4. *Fossan*, sed. Episc. ad fl. Sturam.

4. Mar-

4. Marchionatus *Cevensis*, ubi caput *Ceve*.

5. Principatus *Oneille*, ubi *Oneille* ad Mare. 2. *Maro*.

6. Comitatus *Tende*, ubi caput *Tende*.

7. Comitatus *Nicaensis*, ubi *Nicaa* seu Nizza, monti imposita, triplici vallo fossaqve circumdata. 2. *Villa Franca* seu Ville franqve.

8. Ducatus *Aostensis*, ubi *Aosta* seu Ast, sed. Episc. in Territorio Monferratensi.

Fluvii hujus Ducatus sunt nobiliores. 1. Stura, 2. Padus seu Po, 3. Tanarus. 4. Duria &c.

CAP. IX.

De ÆMILIA seu LOMBARDIA CISPADANA.

LOmbardia Cispadana seu Lombardia *di qvà del Po*, dicebatur olim *Æmilia*, habens ab *Ortu* Romaniolam, à qva Panaro fl. separatur; à *Meridie* Apenninum & partem Hetruriæ; à *Septentrione* Padum; ab *Occasu* eundem cum Alpibus Galliam ab Italia separantibus; dividitur in Ducatum Montisferratensem, Placensem, Parmensem, Mutinensem, & Mirandulanum.

§. 1.

Ducatus *Montisferati* seu *Montferrat*, nomen à fertilitate soli habet, qvasi diceres *Mons ferax*; Marchionatus à Maximiliano Imper. an. 1575. in Ducatum

tum evectus; Guilhelmo III. Duce Mantuano, primo Duce Montisferratensi constituto; maxima pars hujus Ducatus feudi titulo ab Imperatore concessi possidetur à Ducibus Mantuæ; excepto Marchionatu Astensi, qvi Sabaudo donabatur à Carolo V.

Caput Ducatus est 1. *Casale S. Evasii* sive *Casal S. Vas* ad Padum fl. 2. *Citadelle Casal.* qvi locus Gallo subest. 3. *Aqvis* seu Aich, sed. Episc. 4. *Alba* seu Albe. 5. *Niza* seu Nice. 6. *Giaroli* ad fl. Grana. 7. *P. de Stura.* 8. *Bestianium* seu Bestangno. 9. *Crutimilium* seu Corte Miglia. 10. *Carni* seu Cairo. 11. *Kœnigsberga*, qvæ Sabaudo paret. 12. *Villa nova* 13. *Poirino.* 14. *Rovigliasco.* 15. *Carmania.* 16. *Polonciaria.* 17. *Reconicium.* 18. *Moreta.* 19. *Rana.* 20. *Savilianum.*

§. 2.

Ducatus *Parmensis* terminatur ab *Ortu* Regio; & Modenæ Ducatu; à *Meridie* Liguria; ab *Occasu* & *Septentrione* Mediolanensi Ducatu; Nomen habet à *Parma* fl. subest Duci Parmensi. Primus erat Petrus Aloysius Farnesius, Pauli III, P. R. filius. Unde adhuc feudum Papæ audit.

Oppida sunt 1. *Parma*, sedes Episc. Academia celebris; Palatio Ducis splendens 2. *Florentiola* seu Fiorenzola ad fl. Lurdam. 3. *Arqua* castellum. 4. *Vetro* castellum ad Padum fl. 5. *Burgus* S. Donini sive Burgo S. Donino munimentum ad fl. Taro. 6. *Busletto.* 7. *Gibellum* castellum. 8. *Burgus*, vallis Tarensis seu Borgo di Val di Taro. 9. *Rosana* seu Rossena. 10. *Pin.* 11. *Ciragulo.* 12. *Berzello.* 13. *Taro.*

Huc

Huc spectant 1. Ducatus *Civita di Penna* in Abruzzo. 2. Ducatus *Castro* & *Roncilion* in Toscana.

§. 3.

Ducatus *Placentinus* terminatur Mediolanensi Ducatu & Parmensi, Pado fl. Genuensi Rep. & Modenæ Ducatu: pertinet ad Ducem Parmensem. Oppida sunt 1. *Placentia* seu Piacenza ad Padum fl. munitissimum fortalitium. 2. *S. Joan* ad Padum fl. 3. *Caorso.* 4. *Monticello.* 5. *Ancarano.* 6. *S. Domiano.* 7. *Calendasco.* 8. *Rotto Freddo* &c.

§. 4.

Ducatus *Mutinensis* seu Modenensis, feudi titulo ab Imperio concessi subest Duci Modenensi; præsens est *Alfonsus*, cujus uxor Martinozia Mazarini è sorore neptis.

Oppida sunt 1. *Mutina* seu Modena, sedes Ducis & Episcopi. 2. *Castel franco.* 3. *Il forte Urbano* exstructa urbs ab Urbano VIII. Papa. 4. *Reggio*, sedes Episc. 5. *Carpi.* 6. *Brisello* ad Padum, qvod Dux Modenæ à Parmensi tanqvam feudum possidet. 7. *Verma.* 8. *Frignano.* 9. *Garfagnana.* 10. *Sassuolo.* 11. *Castel novo.* 12. *Mont' Alfonso.* 13. *Verruca.*

Huc spectat 1. Vallis *Comachii* seu Comachio, qvem sedes Romana nunc possidet 2. *Ayvaria.*

§. 5.

Mirandulanus Ducatus antea non nisi Comitatus nomen habet à metropoli *Mirandula;* Dux Vasallus est Imperatoris.

Huc pertinet Comitatus *Concordia*, ubi *Concordia.*

CAP.

Cap. X.

De

LIGURIA SEU GENUENSI REPUBLICA.

Liguria hodiè *Riviera di Genoua*, aliis Respublica Genuensis, terminatur ab *Occasu* Nicæensi Comitatu, Alpium & Pedemontii parte; ad *Meridiem* Mari Adriatico qvod ibi Ligusticum seu Mare di Genua vocatur; ad *Ortum* Thuscia; à *Septentrione* Apennino qvo à Ducatu Parmensi & Mediolanensi reliqva Pedemontii parte separatur Ducatu Montisferrati intercurrente.

§. 1.

Dividitur in Orientalem & Occidentalem; *Orientalis* incipit à Portu Lunæ in Thuscia, usqve ad Genuam metropolim; *Occidentalis* vero usqve ad Monachum. Regitur à Duce & 400. Senatoribus; Hi Ducem sibi eligunt, qvi non nisi per biennium hac dignitate fruitur; eo namqve elapso alius eligitur & priori Senatoris sufficit dignitas, plerumqve aut familia *Doria*, aut *Spinola*, aut *Adomis* aut *Tragisi* ad hunc honorem provenit; Protector hujus Reipubl. Hispaniæ Rex fuit jam à temporibus Caroli V. qvi Aristocratiam introduxit.

§. 2.

In parte Occidentali seu *Riviere du Ponant* occur-

runt oppida 1. *Genoua* ſeu Genua, Ducum ſedes, ſplendidiſſimis ornata ædificiis adjacet mari Ligustico, Camera ubi Senatores conveniunt latitudinis eſt 24. paſſuum, longitudinis 60. & altitudinis 20. mira ſtructura celebris: Archiepiſcopi Palatium eminens cernitur, mirabilia alia. 2. *Savona* caſtello & portu firmata. 3. *Serezana* ſeu Sarziana Sed. Epiſc. 4. *Spezza*. 5. *Levante*. 6. *Moneglia*. 7. *Portus Herculis* Monœci ſeu Monaco celebri gaudet portu, 8. *Vintimiglia*. 9. *Oneglia*. 10. *Noli*. Sed. Epiſc. 11. *Final*.

§. 3.

In parte Orientali occurrunt 1. *Nervium* ſeu Nervi 2. *Portus Delphini* ſeu Porto fino 3. *Segeſtum* ſeu Segeſtri di Levante portu celebre. 4. *Rapello*. 5. *Porto Venere*. 6. Lerice, 7. *Albengue* Sed. Epiſc.

CAP. XI.

De

ITALIA MERIDIONALI.

ABſoluta Italiæ parte Septentrionali in præſentiarum de Meridionali erit agendum; dividitur autem in Tuſciam: ditionem Pontificiam: & Neapolitanum Regnum: in genere eſt illa Italiæ pars quæ cis Apenninum, Æſin & Mæcram interjacet,

§. 1.

§. 1.

Tuscia seu Magnus Hetruriæ Ducatus seu *Gran Ducato di Toscana*, terminatur ab *Ortu* Latio Tiberi fl. adjuncto; à *Septentrione* Apennino monte; ab *Occasu* Liguria Macra amne separata, à *Meridie* Mare Thusco seu Tyrrheno seu Infero: ab initio namqve hæc Provincia à Tyrrhenis populis inhabitata, Tyrrhena vocabatur: Maximam partem absoluta regit potestate Magnus Dux v. g. Florentinum & Pisanum dominia: Sienam vero feudi titulo ab Hispanis concessi.

Longitudinem totius Ducatus numerant 200. mill. Italic. *latitudinem* 60. Modernus Dux est Cosmus III. de Medices n. 1642. 14. Aug. Patre Ferdinando 2. de Medices & Matre Victoria, Friderici ultimi Ducis Urbini filia.

§. 2.

Florentia facta Ducatus anno 1530. ejusqve primus Dux Alexander Medices à Carolo V. Imp. creabatur vid. Thuan. lib. 46. 54. & 60.

§. 3.

Dividitur in dominium Florentinum. Pisanum. Agrum Senensem. Partem ab Hispanis reservatam & Insertas ditiones.

§. 4.

Dominium Florentinum antea libera erat Respubl. postea in Ducatum mutatum; oppida sunt 1. *Florentia* seu Fiorenza ad fl. Arno, Ducum sedes, caput totius dominii & Ducatus, unde & Dux Ipse Florentinum se vocat; Palatium Ejus dicitur Palatio de Pithi, superba moles Patria Clementis VII. Papæ

& Leonis XI. 2. *Aretium* ſeu Arezzo. 3. *Monte Pulſiano.* 4. *Borgo di San Sepulchro.* 5. *Piſtoria.* 6. *Monte Catino.* 7. *Prato.* 8. *Poggia.* 9. *Peſcia.* 10. *Vallumbroſa.* 11. *Mont A cino* Sed. Epiſc. &c. Hocqve dominium ut & Piſanum abſoluto tenet jure Magnus Dux. vid. Hornii orb. Polit. p. 252. Conringius lib. de finib. Imp. c. 23. p. 513. contrarium probare vult.

§. 5.

Ager ſeu *Dominium Piſanum* itidem abſoluto jure ad Ducem Hetruriæ pertinet, caput eſt *Piſa* olim libera Reſpubl. ad fl. Arno Sed. Archiepiſcopalis qvæ Primas ſimul Corſicæ Inſulæ vocatur: Academiam fundavit Henricus VII. Imp. juxta Auth. Geograph. ſtat. p. 469. Alii vero originem ejus adſcribunt Benedicto X. P. R. ad an. 1339. vid. Schrader Tabb. Chronol. ad annum cit. celebris inſuper locus Eqvitibus S. Stephani qvos Coſmus Magnus Dux inſtituerat an. 1562. vid. Thuan. lib. 32. reliqva oppida ſunt 1. *Ligurnus Portus* ſeu Porto di Livorno ubi inexpugnabile caſtrum 2. *Volaterræ* ſeu Volaterra ubi ſalis fodinæ nec non metalli. 3. *Vada* 4. *Piſtoja* caſtello munita.

§. 6.

Ager Senenſis nomen habet à metropoli *Sena* ſeu Siena qvondam libera Republ. nunc feudi titulo poſſeſſa à Duce Hetruriæ, ab Hiſpanis conceſſa; ipſa urbs colli inædificatur; Academia celebris, ſummi Templi mira ſtructura eſt, longitudine 330. latitudine 183. pedum.

Pa-

Palatium Episcopi visum allicit; huc etiam spectant 1. *Monte Alcino*. 2. *Radicofano*. 3. *Grosseto*. 4. *Pienza* &c.

§. 7.

Pars qvæ adhuc Hispanis subest magni nominis oppida complectitur qvorum nomina 1. *Plombinum* seu Piombino 2. *Telamon*. 3. *Orbitellum* seu Orbitello 4. *Portus Herculis* seu Porto Hercule. 5. *Porta Longane* Gallis hodie parens.

§. 8.

Inter insertas ditiones sunt 1. *Patrimonium Petri* de qvo cap. seq.

2. *Principatus Massa* ubi *Massa*.

3. Respublica *Luccensis*, ubi *Lucca* Sed. Episc. nec non ducis Palatium splendorem præ se fert, ubi dux cum Senatoribus negotia tractat; agnoscit hæc Resp. Cæsarem, ob vile præsidium tamen acquiescunt Luccenses in Clientela Hispani, antiquis temporibus hæc civitas Luccensis Reip. Pisanæ subjecta erat, hinc & Magnus Hetruriæ Dux in illam prætendit jus, spectant huc 1. *Castillon*. 2. *Montagnosa* 3. *Camajore* 4. *Borgo à Mozzano* &c. Singularia de hac Rep. exhibet Atl. Min. p. 1. p. 238. 239. & 240.

CAP. XII.

De

DITIONE PONTIFICIA.

ALteram Italiæ Meridionalis partem constituit *Pontificia ditio* seu *stato della Chiesa*; cujus partes sunt 1. *Latium*. 2. *Patrimonium Petri*. 3. *Ager Sabinus*. 4. *Ager Orivetanus* 5. *Ager Perusinus* 6. *Comitatus Castellanensis*. 7. *Ducatus Spoletanus*. 8. *Ducatus Urbinas*. 9. *Marchia Anconitana*. 10. *Romaniola*. 11. *Ager Bononiensis*. 12. *Ducatus Ferrariensis*.

Totius ditionis Pontificiæ *longitudo* numeratur 300. mill. Ital. *Latitudo* 100.

Circumjacentes Provinciæ sunt Magnus Hetruriæ Ducatus, Regnum Neapolitanum; Resp. Veneta. Ducatus Mantuæ & Modenæ.

§. 1.

Latium nomen habens à Rege *Latino* nunc dicitur Territorium Romanum seu Campagna di Roma ad differentiam Campaniæ fœlicis in Regno Neapolitano, terminatur ab *Ortu* Garagliano fl. quo à Campania fœlici separatur, ab *Occasu* Thuscia & Tiberi fl. à *Meridie* infero Mari. à *Septentrione* Apennino monte & Anio (Teverone) fl.

Oppida sunt *Roma* caput Mundi Tiberi rigata circumferentia 25. mill. Ital. superbit; Romanorum

rum Imperatorum Sedes per latum tempus; primo vidẽ Regum qvorum primus *Romulus* urbis conditor n. anno Mundi 3201. factus Rex. an. 3226. ob. 3256. 7. Jul. Huic succeſſit ſecundus Rex. *Numa Pompilius* n. 3219. ob. 3300. Huic *Tullus Hoſtilius* factus Rex an. 3301. ob. 3332. Huic *Ancus Martius*, factus Rex an. 3332. ob. 3356. Huic Tarquinus Priſcus an. 3356. ob. 3394. Huic Servius *Tullius* an. 3395. ob. 3438. Huic ſeptimus & ultimus ſucceſſit *Tarquinius Superbus* creatus 1439. Regno Romaq; ejectus an. 3464. 24. Febr. Et qvia hujus filius *Sextus* Lucretiam violaſſet, facies mutabatur Romani Regiminis creatis Conſulibus an. 3464. qvi rurſus in occidente deſierunt anno 4504. ſub conſulatu Paulini; Tandem Imperatores poteſtatem ſibi vindicantes Monarchiam Romanam regere cœperunt. In præſenti, cum nec Regum nec Conſulum nec Imperatorum amplius Sedes Roma attamen Pontificum Romanorum: Palatium Papæ *Vaticanum* dicitur mira moles; Bibliotheca itidem Vaticana à loco ſuo nominata ſimilem non patitur. Summum *D. Petro* ſacrum Templum cœli terreſtris ſpeciem potius qvam templi præ ſe fert, in altum 300. ped. in longitudinem 400. in latitud. 300. erectum. Medium hujus ſumptuoſæ ſtructuræ occupat *Sanctum Sanctorum* ubi dimidia pars corporum defunctorum D. *Petri & Pauli* qvieſcere dicitur; capita eorum condita feruntur in templo *S. Johannis Lateranenſi* ubi Reliqviarum ingens numerus. Alteram partem corporum Apoſtolorum Petri & Pauli oſtendunt in Tem-

plo D. Pauli, qvis thefaurum hic conditum numerare poffet; qvis fplendida ædificia defcribere; qvis alia referre: Cæterum, Urbs fepticollis eft, ipfumqve Papæ Palatium Monti *Caballo* inædificatum micat; nec caftello deftituitur, munitiffimum eft qvod *Caftello S. Angelo* vocant, fed urbis fpeciem refert: Templa numerant 300. ingens Cardinalium, Epifcoporum Abbatumqve &c. copia infinitus Magnatum extraneorum numerus. 2. *Trivoli* ad Teverone fl. 3. *Frefcari.* 4. *Alba Longa.* 5. *Ardea.* 6. *Praneſte* feu Paleftrina. 7. *Arcia* feu La Riccia 8. *Paterno* 9. *Alba* 10. *Tibur* ad lacum Celano 11. *Lavinium* feu città Lavinia. 12. *Teracina* ad Viam Appiam. 13. *Velletri* 14. *Oftia* ubi Tiberis Mare ingreditur 15. *Nettuno.* 16. *S. Lorenzo.* 17. *Fondi* ubi Lago di Fondi, hodie refertur ad Regnum Neapolitanum. 18 *Tufculum* feu Tufculano. 19. *Saffo villa* ubi Spelunca qvam Itali vocant *La Grotta delli Serpi*, in qvam ducti lepra, Podagra fimilibusqve defperatis morborum generibus laborantes, nudi exponuntur, halituum calore mox in fudorem refoluti circumdantur ferpentibus fub terra degentibus qui fuctu linctuque fuo omnem vitiofum virulentumqve iis humorem tollunt, ut repetito hoc medicamine tandem priftinæ fanitati reftituantur.

§. 2.

Patrimonium Petri Magni HetruriæDucatus partem conftituit, nomen ex eo habet qvod Comitiffa Lucenfis *Mechthildis* feu Mathildis circa an. Chrifti 1100. hanc Terræ partem Sedi Romanæ donaverit.

Oppida funt 1. *Viterbium* feu Viterbo ubi Joh. 21. Adri-

Adrianus IV. Hadrianus V. & Clemens IV. sepulti jacent Papæ. 2. Civitas Vetus seu *Civita Vecchia.* 3. Portus seu *Porto* 4. Castrum seu *Castro.* 5. Braccianum seu *Bracciano.* 6. *Bolsena.* 7. *Civita Castellana.* 8. *Suriano.*

§. 3.

Ager Sabinus terminatur à *Meridie* Tiberi & Negra fluminibus; ab *Occasu* itidem Negra, a *Septentrione* Apennino; ab Ortu Teverone.

Oppida sunt 1. *Maglianum* seu Magliano 2. *Riete* ubi prænobiles Aqvæductus 3. Vicus Varronis seu *Vico Varro* 4. *Palumbra.* 5. *Lamentana.* 6. *Monticelli.* 7. *Tosconella.*

Hic est aqva qvæ lignum in lapidem mutat; ad littus Negræ mira terræ varietas observatur quæ tempore pluvii in cinerem mutatur: tempore æstivo in paludem abit.

§. 4.

Ager Orivetanus, ubi *Orivetum* seu Oriveto munita urbs 2. *Aqvapendens* seu Aqvapendente, ad radices collis de qvo aqva veluti imber cadit. 3. *Onano.*

§. 5.

Ager Perusinus ubi *Perusia* seu Perugia ad Lacum Perusinum, munitissima urbs est, Academia celebris nec non Sede Legati Pontificis. 2. *Castiglione di Laco,* 3. *Passignano.* 4. *Fratta.*

§. 6.

Comitatus Castellanensis, ubi Civitas *Castellana* seu Citta di Castello 2. *Fristina.*

§. 17.

Ducatus Spoletanus seu Umbria nunc *Ducato di*

Spoleto: ubi *Spoletum* ſeu Spoleto Ducum Sedes caſtello firmata. 2. *Nuceria* ſeu Nocera 3. *Eugubium* 4. Fulginium ſeu *Foligno* ad fl. Tinna; 5. Aſſiſium ſeu *Aſſiſi* Sed. Epiſc. 6. Interamnia ſeu *Terni* ad fl. Nar. 7. Narina ſeu *Narni* caſtellum. 8. Ameria ſeu *Amelia*, patria Roſcii Amerini qvem Cicero defendit. 9. Narſia ſeu *Norcia*. 10. Reate ſeu *Rieti*. 11. Mons Falconis ſeu *Monte Falco*. 12. *Trevi*. 13. *Ceretum*. 14. *Pons Caſtellanus* ſeu Ponte Caſtello patria Joh. Pontani 15. *Suder*.

Lacus hujus Ducatus ſunt 1. Floridus 2. Velinus. 3. Cutilienſis.

Fluvii ſunt 1. Tinna. 2. Nar cui fons in Monte Fiſcello. 3. Allia qvi oritur etiam monte Cruſtimeni.

Montes ſunt Inginius 2. Eugubinus. 3. Floridus 4. Corniculi 5. Cruſtimeni. 6. Fiſcellus ſeu Monte Fiſcello 7. Mons Victor.

Epiſcopi ſunt 1. Aſſiſinenſis 2. Fulginatenſis 3. Nucerinenſis 4. Eugubinenſis 5. Spoletanus 6. Tudertinus 7. Amelienſis 8. Narnienſis 9. Interamnienſis.

§. 8.

Urbinas Ducatus nunc *ducato di Urbino* itidem Papæ ſubeſt emortuo ultimo Duce *Friderico*: terminatur *Stato dello Chieſa*. Ducatu Ferrarienſi & Dominio Bolonienſi: oppida ſunt 1. *Urbinum* ſeu Urbino. 2. Fanum fortunæ ſeu *fano*, ad mare caſtello firmata urbs. 3. Piſaurum ſeu *Peſaro* 4. Senogallia

lia seu *Sinigaglia* portu & castello firmata. 5. Forum Sembronii seu *Fossombrone* ad fl. Metro arce instructa urbs. 6. *Lesi.* 7. *Cagli.* 8. *Eugubino.* 9. *Piobico.* 10. Fanum S. Marini seu *San Marino* 11. Mons seu *Montz.*

§. 9.

Marchia Anconitana nunc *La Marca di Ancona* vocatur, nomen habens ab *Ancona* urbe, terminatur à *Meridie* Sabinis & Umbris nec non Apennino. ab *Occasu* Lombardia, Ducatu Mediolanensi & Isauro fl. a *Septentrione* Venetico Mari, ab *Ortu* Truento fl. oppida sunt 1. *Ancona* Sed. Episc. ad Golfo di Venetia seu Mare Adriaticum, maximus ejus portus proverbio locum dedit;

Unus Petrus in Roma
Una Turris in Cremona
Unus Portus in Ancona.

Citadellam inhabitat Legatus Pontificis. 2. Æsis seu *Fiumecino* ad fl. Æsin. 3. *Macerata* Sedes Provinciæ hujus Præsidis Academia celebris 4. Fabrianum seu *Fabriano. Recanati.* 6. Camerinum seu *Camerino* 7. Civitas nova seu *Citta nuova.* 8. S. Maria Lauretana seu *Loretto* Sacris expeditionibus Pontificiorum nec non thesauro 55. millionum notissima urbs. Capella hic ostenditur in qva S. Maria Virgo ab Angelo salutabatur, feruntque eam Angelos primum transtulisse Dalmatiam ab hinc Marchiam Anconitanam vid. Reitschütz. Itinerar. p. 22. 9. *Osmo.* 10. *Tolctino.* 11. *Domo.* 12. *Osogna,* 13. *Monte di Nove.*

§. 10.

§.10.

Romaniola; olim *Flaminia* vocata ubi 1. *Ravenna*. Sed. Archiep. portu gaudet & castello qvod La Rocca vocant. 2. *Ariminum* seu Limini Sed. Episc. castello firmata urbs 3. Forum Livii seu *Forli* 4. Forum Cornelii s. *Imola*. 5. *Meldola*. 6. *Cervia*. 7. *Cesena*. 8. *Fœnza* 9 *Castro Bolognesa* 10. *Sarsina*: Termini sunt ab *Ortu* Marca Anconitana, a *Meridie* Apenninus cum Thuscia; ab *Occasu* Panara fl. & Longobardia, a *Septentrione* Paludes Veronenses & Patavinæ.

§. 11.

Ager Bononiensis comprehenditur ultra Apenninum, inter Padi alveum extremum & Toliam fl. Oppida sunt 1. *Bononia* seu Bologne, medium tenet turris, qvem vocant *degli Asinelli* Europæ inter altissimas referenda, capite ejus appensa videtur corbis, in qva Monachus qvidam qvod sibi confessa peccata publicæ cognitionis fecerit fame necabatur. Insuper Palatium Archiepiscopi oculos attrahit; Academiam fundabat Theodosius Junior Imp. an. 423. 9. Maji. Pontificis Legati ædium cameræ ita exstructæ ut curru adiri qveant. 2. Castellum Francum seu *Castro Franco*. 3. Bentivoglium seu *Bentivoglio*. 4. *Castro S. Pietro*. 5. *Budrio*. 6. *Vergato*.

§ 12.

Ducatus Ferrariensis nunc *Ducato di Ferrara*, terminatur ab *Ortu* Mari Adriatico, a *Meridie* agro Bononiensi & Romaniola, ab *Occasu* Comitatu Mirandulano, a *Septentrione* Polesino di Rovigo: Paret Papæ, oppida sunt 1, Ferraria seu *Ferrara* Sedes Legati

Legati Apostolici; castello munita Academiam fundabat Fridericus II. Imp. præterfluens amnis adus seu Pò vocatur. 2. Arianum seu *Ariano*. 3. *Ficheruccolo* 4. *Francolino* 5. *Comachio*. 6. *Magna Vacca*. 7. *Cento* 8. *Bellevedere* Insula.

CAP. XIII.

De

REGNO NEAPOLITANO.

TErtiam partem Italiæ Meridionalis constituit Neapolitanum Regnum terminatum Civitate Fordi & Liride fl. Apennino monte, flumine Truento. Mariqve Supero & Infero. Nomen habet à Metropoli *Napoli*, subest Hispano tanqvam feudum Pontificis. Historiam exhibet Hornius orb. Polit. p. 392. Becman. hist. orb. terr. p. 437.

§. 1.

Longitudo Regni hujus progreditur a fontibus Truenti fl. ad promont. Brutium seu C. Spartivento estq; 90. mill. germ.

Latitudinem extendunt a promontorio Athenæo seu Minervæ nunc Massa dicto ad promontorium Gargani seu Monte di S. Angelo, estqve 30. mill. germ. vid. Atl. Min. p. 2. p. 272. Cluver. Introd. Geogr. lib. 3. c. 38.

§. 2.

Dividitur in partem qva respicit Mare Inferum

&

& in alteram qva respicit Mare superum; *In illa* occurrunt 1. Campania felix 2. Principatus Ulterior 3. Citerior. 4. Calabria. *Ad Mare superum* sunt 1. Samnium seu Apruzzo. Comitatus Molisinus 3. Apulia. 4. Lucania 5. Ager Hydruntinus.

§. 3.

Campania felix alio nomine Terra Laboratoris seu *Terra di Lavòro* dicitur ab amœnitate & camporum fertilitate; vocatur *Felix* etiam ad differentiam Campaniæ Romanæ de qva supra: Terminatur *ab Occasu* Liri fl. seu Garagliano & Latio, à *Meridie* Infero Mari; ab *Ortu* Principatu. a *Septentrione* Montibus Samnitium: Oppida sunt 1. *Neapolis* seu Neapoli olim Partenope dicta, habens in circuitu 7000. passuum, tribus munita est castellis, qvorum nobilius *Castello* S. *Elmo* vocant; alterum *Castel Nuovo*, tertium *Castel Ovo:* Portu gaudet insigni; Palatio Vice-Regis nihil olim splendidius; Archiepiscopi nihil superbius; misere qvoad partem dilacerata terræ motu anno 1688. multorum animos commiserationi attraxit. 2. *Puteoli* seu Pozzuoli 3. *Capua* ad fl. Voltorno 4. Surrentum seu *Surrento* 5. Cajeta seu *Caeta* portu gaudet celeberrimo & duobus castellis. 6. *Massa di Sorento.* 7. *Galda.* 8. Mola. 9. *Cuma.* 10. *Nola.* 11. *Aversa.* 12. *Sessa.* 13. *Fondi.* 14. *Cerra.* 15. *Trajetto.* 16. *Alifi.* 17. *Aqvino.* 18. *Monte Cassino.* 19. *Calvi.* 20. *Teleso.* 21. *Carinola.* 22. *Caserta.* 23. *Galatia* seu Gajazzo.

De Crypta Neapolitana supra dictum est occasione montis Italici Bolisippo.

§. 4.

§. 4.

Principatus regionem olim *Picentiam* vocabant, à Picentinis Incolis, dividitur in Citeriorem & Ulteriorem.

Citerior terminatur ab *Occasu* Campania; à *Meridie* Mari infero; ab *Ortu* Basilicata, à *Septentrione* eadem, nec non Principatu Ulteriori. Oppida sunt 1. *Amalphis* seu Amalfi. locus ubi Flavius Blondus, pyxidem nauticam invenit. 2. Polycastrum seu *Polycastro.* 3. Campania seu *Campagna.* 4. *Nucera.* 5. *Massa.* 6. *Sarno.* 7. *Congiano.* 8. *Cappacio novo.* 9. *Sant Severino.* 10. Salernum seu *Salerno* ubi Academia.

§. 5.

Principatus ulterior limitatur ab *Occasu* Campania, à *Meridie* Principatu Citeriori; ab *Ortu* Basilicata; à *Septentrione* Apulia. Oppida sunt 1. Beneventum seu *Benevento*, miserè desolata terræ motu an. 1688. 2. Compsa seu *Conza.* 3. Avellinum seu *Avellino.* 4. Arianum seu *Ariano.* 5. *Bucelio.* 6. *Trigno.* 7. *Trivento.* 8. *Bisazzia.* 9. *Monte Verde* 10. *Monte Marano.*

§. 6.

Calabria seu *Magna Græcia duplex est vel superior vel inferior*; *Illa* terminatur ab *Ortu* Mari Jonio & parte Calabriæ Inferioris, a *Meridie* reliqva parte Calabriæ inferioris; ab *Occasu* parte Apennini & Basilicata, à *Septentrione* sinu Tarantino & Terra d'Otranto, vocatur hodie *Calabria Citra*: Oppida sunt 1. *Consentia* seu Cosenza in Monte Apen-

nino

nino ad flumina Buffento & Crathis, Sed. Archiepisc. & Gubernatoris Regii. 2. *Bisignano* etiam Sedes Archiepisc. 3. Rossanum seu *Rossano* unde sinus Rossanensis. 4. Rosetum seu *Rosetto* castellum. 5. S. Severinum seu S. *Severino* 6. Mons Altus sive *Monte Alto*, 7. *Nicastro*, 8. *Castiglione*, 9. *Monterano* 10. *Baola*, 11. *Balliagio*. 12. *Crotone* seu Grodole. 13. *Pedelia* seu Strongillo 14. Scylacium seu *Squillace*. 15. Belicastro seu *Belcastro* Sed. Episc. 16. *Strongala* Sed. Episc. 17. *Taverna* Sed. Episc. 18. *Gentazaro*. Sed. Episc. 19. *Maclerane* etiam. 20. *Cassano* itidem. 21. *Amantia* adhuc Sed. Episc. 22 *Matera* 23. *Salandra*. 24. *Potentia*. 25. *Tricatio*. 26. *Policore* seu Heraclea.

§. 7.

Calabriæ inferioris termini sunt ab *Occasu* Basilicata, a *Meridie* Mare inferum usqve ad fretum Mamertinum; ab *Ortu* Mare Jonium. a *Septentrione* Calabria superior. Oppida sunt 1. Regium seu Reggio ad fretum Siculum 2. Lametia nunc S. *Eufemia* unde Golfo di S. Eufemia 3. Hieratium seu *Girace* ad fl. Gierazze. 4. Tropia seu *Tropea* ad Mare Tyrrhenum 5. Mons Leonis seu *Monte Leone* 6. *Nicotera* Sed. Episc. 7. *Terranova* 8. *Freddo* &c.

CAP.

CAP. XIV.

De

PROVINCIIS NEAPOLITANIS.

ad Mare Superum.

INter Provincias Regni Neapolitani, qvæ ad Mare Superum occurrunt referuntur ſeqventes :

§. 1.

I. *Samnium* ſeu Aprutium habens ab *Ortu* Apuliam Dauliam ad Phiternum fl. nunc Fortore; ab *Occaſu* Sabinos & Picentes, i. e. Umbriam & Marchiam Anconitanam cum fl. Truento; à *Septentrione* Mare Adriaticum; à *Meridie* Principatum, Apenninum & Campaniam : Inter montes altiſſimos Regionis eſt mons *D. Virginis*, ita dictus à templo ibi condito: Dividitur in Ulterius & Citerius.

Samnium ulterius vocatur *Abruzzo ultrà*; ubi *Aqvila*. 2. *Adria* ſeu Adri. 3. Interamnia ſeu Teranum nunc *Terano*. 4. *Civita di Pena*. 5. *Civita Ducale*. 6. *Giulia nuova*. 7. *Colano*.

Samnium citerius nunc eſt *Abruzzo citrà*, cujus oppida 1. *Lanceanum* ſeu Lanciano. 2. Teate ſeu *Chieti*, ſedes Pro-Regis Provinciæ. 3. Sulmo ſeu *Solmona*, Ovidii Patria. 4. *Ortona*, ſed. Epiſc. portu celebris, nec non D. Thomæ Apoſtoli cadavere. 5. *Angelus* ſeu S. Angelo. 6. Pinna ſeu *Penna*.

7. Bovincum seu *Bojano*. 8. *Samnium*. 9. *Isernia*, sed. Episc. 10. Telesia seu *Telese*. 11. Sæpinum seu *Sepino*. 12. Avellinum seu *Avellino*. 13. *Sarra* destructa &c.

§. 2.

II. *Comitatus Molisinus* nunc vocatur *Contado di Molise*; oppida sunt 1. Molissa seu *Molisse*. 2. Bajanum seu *Bajano*. 3. Æsernia seu *Isernia*. 4. *Trivento*. 5. *Guardia*. 6. *Alferes*.

§. 3.

III. Apulia dividitur in Dauniam. Capitanatam & Peucetiam.

1. *Apulia Daunia* nunc vocatur *Puglia Piana*; cujus limites sunt ab *Ortu* Terra di Bari; à *Septentrione* Mare Adriaticum; ab *Occasu* Samnites seu L' Abruzzo; à *Meridie* Apenninus.

Oppida 1. *S. Angelo* munita cástello urbs monti imposita, qvem il monte di S. Angelo vocant; sed. Episc. 2. *Manfredonia* ad Golfo di Venetia, (cui ad urbem nomen Mare di Puglia;) sed. Archiepisc. portu castelloqve firmata. 3. Luceria seu *Lucera*. 4. Asculum seu *Ascoli* ad fl. Carapellam. 5. Bovinum seu *Bovino*. 6. *S. Lesino*. 7. *Troja*. 8. *Termoli*. 9. *Arpedi* ruta. 10. *Siponto*. 11. *Salpe*.

2. *Apulia Peucetia* nunc vocatur *Terra di Bari*, & habet Terminos ab *Ortu* Terram d' Otranto; à *Septentrione* Mare Adriaticum; ab *Occasu* Apuliam Dauniam; à *Meridie* Basilicatam.

Oppida sunt 1. *Barium* seu Bari, sed. Archiepisc. ad Golfo di Venetia. 2. *Monopolis*. 3. *Polinianum* seu Polignano. 4. Juvenatium seu *Giovenazzo*. 5.

Tra-

Tranum seu *Trani.* 6. Canusium seu *Canosa.* 7. *Canna* destructa. 8. *Barlotta.* 9. Venusa seu *Venosa*, Horatii Patria. 10. Ruti seu *Rufo.* 11. *Butunti* seu Bitonto. 12. Acherontia seu *Aurenza.* 13. *Lavellum seu Rapola.* 14. Mons Pelasus seu *Monte Peloso*, sed. Archiepisc. 15. *Tricari*, sed. Episc. 16. Marsicum vetus, nunc *Marsico vetere.* 17. Turcium seu *Tursi.* 18. *Ferrandina.* 19. *Ancria.* 20. *Cannosa.* 21. *Conversano.* 22. *Melfi.*

3. *Apulia Capitanata*, pars est Dauniæ & complectitur montem Garganum seu Monte di S. Angelo, cum suo districtu, multisqve civitatibus & castellis, qvorum jam facta mentio in Apulia Daunia.

§ 4.

IV. Hydrontinus Ager nunc dicitur *Terra d' Otranto*, olim Japigia, terminatur à *Meridie* sinu Tarentino & Mari Jonio, ab *Ortu* eodem mari; à *Septentrione* Adriatico; ab *Occasu* Terra di Bari & parte Calabriæ superioris. Oppida sunt 1. Hydruntium seu *Otranto*, portu castelloqꝫ munita urbs. 2. Brundusium seu *Brundisi* ad mare Adriaticum, sed. Archiepisc. 3. castellis portuqve firmata. 3. Tarentum seu *Taranto*, sed. Archiepisc. portus ambitus 3. mill. est; unde Golfo di Taranto seu sinus Tarentinus. 4. C. *di Leuca.* 5. Lezze seu *Lecce*, sedes Vice-Regis, patria Ennii. 6. Castrum Minervæ, seu *Castro*, sed. Episc. 7. *Messano*, sed. Episc. 8. Uxentum seu *Ugento.* 9. Neritum seu *Nardo.* 10. Gallipolis seu *Gallipoli* munimentum firmum, castellum exstruxit Alphonsus II. Rex Arragoniæ. 11. *Matera.*

§. 5.

V. Lucania seu *Basilicata* terminatur ab *Occasu* Principatu Citeriori; à *Meridie* Mari infero; ab *Ortu* Calabria; à *Septentrione* Terra di Bari. Oppida sunt 1. Buxentum seu *Policastro*, sedes Episc. 2. *S. Severino*, sed. Episc. 3. Velia seu *Bisciotta*. 4. Pastum seu *Pasidonia*, nunc Piesto.

CAP. XV.

De INSULIS ITALIAM CIRCUMJACENTIBUS, *& in specie* DE SICILIA.

Multis Italia circumdatur Insulis, qvarum aliqvibus magna, aliis parva facies; Major *Sicilia* non datur, unde & primo erit describenda.

Sicilia Mediterranei Maris maxima insula, paret Hispano num Jure absoluto, num Feudi Apostolici, disputatio est inter Regem Hispaniæ & Pontificem R, Illo prius, Hoc posterius asserente. vid. Becman. hist. orb. terr. p. 438. interim & Gallis nonnulla subsunt loca. Incolis ingenium subtile amœnumqve est, suspiciosum tamen & invidum; unde illud: Invidia Siculi.

§. 1.

§. 1.

Termini hujus Regni sunt à *Septentrione* Mare Tyrrhenum seu Inferum; ab *Ortu* Jonium & Superum seu Adriaticum; à *Meridie* Mare Africum; ab *Occasu* Sardoum: A forma Triqvatra vocatur, tria namqve Promontoria habet 1. *Capo del Faro* seu Pelorum respiciens Italiam. 2. Pachynum seu C. *Passaro*, respiciens Græciam. 3. Lilybæum seu C. *Boeo* respiciens occasum Æqvinoctialem Schott. Curs. Math. lib. 12. c. 24. p. 350.

§. 2.

Variis jam nominibus subjecta fuit hæc Insula; modo dicebatur *Triqvetra* à triangulari forma; modo *Sicania* à Sicano Rege; hodie *Sicilia* à Siculis gente Latina. (vid. Cluver. Introd. Geogr. lib. 3. c. 41.) & qvidem Sicilia trans Pharum ad differentiam Siciliæ, cis Pharum sive Regni Neapolitani, unde Rex Hispaniæ se scribit utriusqve Siciliæ.

§. 3.

Longitudo Regni à C. del Faro ducta ad C. Boeo, est 50. mill. Germ.

Latitudo à C. Bassaro ad C. di Gallo est 45. mill. Germ.

§. 4.

Archiepiscopi sunt tres 1. Panormitanus. 2. Messanensis. 3. Montisregius. Episcopi v. sunt 1. Agrigentensis. 2. Mazarensis. 3. Melitensis. 4. Cæphaludensis. 5. Pactensis, 6. Liparensis, 7. Syracusanus. 8. Catanensis,

§. 5.

Academiarum sunt IV. 1. Catenensis. 2. Messanensis. 3. Panormitana. 4. Calatajeronensis.

§. 6.

Montes sunt 1. *Æthna*, nunc Monte Gibello, perpetuam ejiciens flammam è suprema dorsi parte, licet æterna nive damnata sit, anno 1667. mensibus, Martio & Aprili insigne malum circumjacentibus campis attulit, emissis duobus fluminibus sulphureis, altero versus Cataneam; alterum castellum versus S. Pietro, vid. Diar. Europ. contin. XIX. fol. 398. & 450. Ascensum montis numerat Thomas Farellus Sicul. rer. decad. 1. lib. 2. c. 4. (qvi cum qvibusdam Satellitibus eum ascenderat an. 1541. 4. Aug.) 6. mill. germ. observavit, hinc inde rivulos calidissimos medias inter flammas currentes; Foramen dorsi flammis conspicuum perpetuis incolis *Crater* vocatur patens 20. stadia; pluribus vid. ap. dict. Farellum de incendiis hujus montis; Atl Min. P. II. p. 286. & 287. altitudo scribitur unius mill. germ. Varen. p. 98. Reliqvi Montes sunt 1. Eryx seu Monte di Trapani. 2. Ereta seu Monte di S. Rosalia. 3. Enna seu Castrogiovanni &c.

§. 7.

Fluvii sunt 1. Simæthens seu La Jaretta. 2. Anapus seu Alfeo. 3. Gela seu Fiume di Terra nuova. 4. Helicon seu Fiume Olivero. 5. Orethus seu Oreto.

§. 8.

Dividitur in tres valles, nim. *Demonam* versus Promontorium Pelorum seu C. di Faro. 2. Vallem *Necti* versus Promontorium Pachynum seu C. Passaro. 3. In vallem *Mazaræ* versus Promont. Lilybæum seu C. Coco.

§. 9.

§. 9.

In Valle Demona occurrunt 1. Meſſana ſeu *Meſſina*, ſedes Vice-Regis & Archiepiſcopi inſigni gaudet portu & qvatuor caſtellis; Fretum huic urbi & Regno Neapolitano interjacens vocatur *Siculum*, nunc *Farò di Meſſina*; periculoſum nautis iter ob famoſas rupes, Scyllam nim. & Charybdin, carminibus vulgares, ut & proverbio. Incidit in Scyllam, qvi vult vitare Charybdin: *Scylla*, ſcopulus eſt Italiæ in mare procurrens; *Charybdis* mare verticoſum inter Italiam & Siciliam, utrumqve noxium appulſu. 2. *Catanea* ad radices Æthnæ, munita caſtello, ornata Academia. 3. *Cephalada* ſeu Cifalu. 4. *Leontini*. 5. *Mulazzo*.

§. 10.

In Valle Neeti obveniunt 1. *Syracuſæ* ſeu Saragoſa, Regum olim ſedes & caput totius Regni, caſtello munitur, duos habens portus. 2. Neetum ſ. *Neto*. 3. *Enna*, 4. *Camerana*. 5. *Terra de li publici*.

§. 11.

In Valle Mazaræ notæ ſunt 1. Panormus ſeu *Palermo*, Acad. celebris, nec non ſede Archiepiſcopali. 2. *Mazara*. 3. *Lilybæum* ſeu Marſalla. 4. Agrigentum ſeu *Gergenti*, 5. *Milazo*. 6. *Termini*. 7. *Mons regius*, ſed. Archi-Epiſc.

§. 12.

Huc ſpectant Inſulæ *Maretimo*, *Sabiano* & *Levenzo*.

CAP. XVI.

De

SARDINIA

& circumjacentibus Insulis.

HÆc insula, quæ hodie *Sardegna* appellatur, in Mari Mediterraneo post Siciliam maxima est. Terminatur ab *Ortu* Sicilia; ab *Occasu* Balearibus insulis & Hispania; à *Septentrione* Corsica Insula & Liguria; *Meridie* Africa: Olim peculiares habuit Reges in præsentiarum Hispano subest: Auri argentiqve ferax Regio, sed pestilens penè, reperitur in ea herba, qvæ comedentibus contrahit nervos, affertqve mortem cum risu, unde illud; *Risus Sardonicus* Horn. orb. polit. p. 526.) nihilominus animantibus venenatis caret.

§. 1.

Incolæ robustum curant corpus colore fusco, labores amant, venationibus dediti, maximèqve hospitales sunt: Nomen trahunt à Sardo Herculis filio, si fabulis Græcorum fidem adhibeas.

§. 2.

Longitudo ejus à Calari ad fretum, qvod est inter Sardiniam & Corsicam complectitur 45. mill. Germ.

Latitudo à Gorditano promontorio seu C. di Monte Falcone, ad promontorium Columbarium juxta Olbiam est 26. mill. Germ.

§. 3.

§. 3.

Archiepiscopatus sunt tres 1. Caliaritanus. 2. Turritanus. 3. Alborensis; Plures tamen dantur Episcopi.

§. 4.

Oppida sunt 1. *Caliaris*, seu Cagliari, caput insulæ, sedes Pro-Regis & Archiepiscopi, sita in monte prope Mare versus Africam, portu gaudens prænobili. 2. *Oristano* seu Arborea, sed. Archiepisc. itidem nobili instructa portu. 3. Sassaris seu *Sassari.* 4. *Chia.* 5. *Napoli.* 6. *Bossa.* 7. *Algeri.* 8. *Olbia destructa.* 9. *Gavino.* 10. *Carignano.*

§. 5.

Circumjacentes Insulæ sunt 1. *Rubra.* 2. *Asinaria.* 3. *Sancti Terami.* 4. *S. Petri.* 5. *Vaccæ.* 6. *Tauri.* 7. *di S. Antioco.* 8. *Palma di Sala.*

CAP. XVII.

De

CORSICA.

MInoris nominis Corsica est distans non nisi duobus mill. germ. à Sardinia seu Sardegna, versus Septentrionem; variis itidem nominibus obnoxia, modo dicebatur *Terapne*, modo *Cyrnus* à Cyrno Rege Herculi filio; nunc *Corsica* à Corsa Bubulca, muliere Liguricensi, Qva Duce Ligurii hanc insulam occuparunt.

§. 1.

Terminatur ab *Occasu* & *Septentrione* Mari Ligustico seu Genuensi; ab *Ortu* Thyrreno seu Thusco; à *Meridie* Freto illo angusto qvo à Sardinia separatur.

§. 2.

Longitudo ducta à Promontorio Corso ad Promont. Bonifacio numeratur 30. mill.

Latitudo à C. di Scardola ad Aleriam conficit 18. mill. si ducatur a C. di Foro usqve ad Aleriam, numerantur 20 mill. vid. Cluver. Intr. Geogr. lib. 3. c. ult.

§. 3.

Inculta regio est, aspera multisqve in locis adiri neqvit, nobilissimi tamen vini ferax; Incolarum natura crudelitatem maximam sapit, ultionis avida; unde illud: *Corso nec vivo, nec mortuo fidendum*. Subest in præsentiarum Genuensibus.

§. 4.

Dividitur in qvatuor partes, qvarum una versus Ortum dicitur *latus internum*, qva respicit Occasum; *Latus externum*; qva Septentrionem, *pars Cismontana*, qva Meridiem *pars Ultromontana*.

Oppida sunt 1. Ajacium seu *Adiazzo*. 2. Fanum S. Bonifacii, nunc *San Bonifacio* portu gaudens. 3. *Bastia* metropolis & sedes Gubernatoris Genuensis dividitur in duas civitates, qvarum altera dicitur *Terra nova*, altera, *Terra Vechia*. 4. Nebbio seu *Nibbo*, sed. Episc. 5. *Calvium* castello portuqve munita. 6. *Fiorenzo*. 7. *Antisano*. 8. *Gemarca*, 9. Promontorium sacrum seu *Capo Corso*, seu

ſeu Punta di Marono. 10. Promontorium Graniacum ſ. C. *di Manza.*

§. 5.

Epiſcopi ſunt qvatuor 1. Marianus. 2. Alerienſis. 3. Sagonenſis. 4. Civitatenſis.

CAP. XIIX.

De

MALTA.

MElita Inſula nunc Malta vocatur, umbilicum Maris Mediterranei occupat, reſpiciens à *Septentrione* Siciliam inter Pachinum promont. & Camarinum è regione littoris Siclenſis, a *Meridie* Africam, Regnumqve Tripolitanum, ab *Ortu* Cretam, ab *Occaſu* Gaulum: Notiſſima omni ævo fuit, qvondam naufragio doctrinaqve D. Pauli Apoſtoli; hodie nobiliſſimo Eqvitum Melitenſium ordine, de qvo mox: ſub Clientela Regni Hiſpan. eſt.

§. 1.

Terminatur ſeu potius alluitur ab Ortu Mari Jonio; ab *Occaſu* Sardoo; a *Meridie* Africo; a *Septentrione* Siculo; ab animantibus venenatis libera eſt.

§. 2.

Ambitum totius inſulæ numerant 60. mill. Ital. Longitudinem maximam 20. latitudinem 12.

§. 3.

Oppida ſunt 1. *Malta*, urbs antiqviſſima in edito col-

to colle fita, umbilicum Insulæ constituens. 2. *Valetta* nunc metropolis munitissima sedes Magni Magistri ordinis Melitensis, tribus custoditur castellis, qvorum unum vocatur *Il castello di* S. *Elmo*, alterum *Il Castello di* S. *Angelo Vittorioso*, tertium *Il castello di Borgo*. 3. *Victoria* cum castro S. Angeli, de qvo modo dictum. 4. Civita *Senglea* cum Munimento S. *Michaelis*, inter utramqve hanc urbem interfluit sinus ponte ligneo stratus, & ferrea catena clausus, in qvo stationem habent triremes Melitenses. 5. *Buschetta*, ubi crypta subterranea hominibus referta, vid. Becman. hist. orb. terr. p. 368.

§. 4.

Incolitur hodie ab Eqvitibus Melitensis ordinis sub Clientela Regis Hispaniarum, dominum suum recognoscentibus Magnum Magistrum, qvi & Princeps Imp. moderno nomen est Hermanni, Eqvitis de Wachtendonk, Westphali, electi an. 1683. licet origine non nisi nobilis sit, attamen eo ipso qvo hoc subit munus, fit S.R.I. Princeps. Ab initio vocabantur *Eqvites Johannitici*, postea *Rhodii*, tandem *Malthesii*: originem referunt ad annum Christi 1012. qvo Turcæ atqve alii infideles Palæstinam occuparunt, hoc modo: Capta Jerusalem an. 1012. ab Infidelium turma, manserat Templum S. Sepulchri intactum, hanc ob rem religionis zelo moti Mercatores *Amalphitani*, consensu *Caliphæ* Ægyptiaci, monasterium illi Templo adjecerunt in honorem Dei & B. Virginis, nominatum *S. Maria de Latini*; Huic induxerunt Abbatem Monachosqve qvi vehementius zelo obruti Monasterio adjici curarunt

Ora-

Oratorium ad recipiendos advenas voti cauſa, ſacrum habebant oratorium *Johanni* Baptiſtæ, unde fratris iſtius hoſpitalis *Johannitæ* dici cœperunt: Succeſſu temporis Gothofredus & Balduinus recuperata Terra Sancta magnis proventibus Johannitas ditarunt; inqve ſecuritatem eorum exſtruxerunt civitates & caſtella; creverunt etiam tantum ut an. 1308. armata manu Saracenis Rhodum eriperent, unde Eqvites *Rhodii* vocabantur. Amiſſa deinde iterum hac inſula an. 1523. 24. Dec. à Solymanno Turca occupata, in Italiam migrarunt, annoqve 1529 à Carolo V. Imper. obtinuerunt Maltam, hac tamen conditione 1. ut in perpetuum Clientelæ Regis Hiſpaniar. ſe ſubjicerent 2. ut contra Turcas 4 naves bellicas omni tempore exſtructas haberent. 3. Ut Regi Hiſpaniarum qvotannis in gratitudinis ſignum falconem mitterent. vid. Vitriarii Inſtit. I, P. p. 208. & 209. Schvved. I, P. p. 344.

SERIES MAGNORUM MELITENSIUM Magiſtrorum.

1. Gerhardus.
2. Raimundus de Podio.
3. Augerius de Balbon.
4. Arnoldus de Comps.
5. Gilbertus Aſſali.
6. Gaſtonius.
7. Gubertus.

8. Ro-

8. Rogerius de Molnis.
9. Garnerius de Neapoli.
10. Ermengardus Daps.
11. Gothefridus de Doyſſon.
12. Alfonſus de Portugallia.
13. Gothefridus Lerat.
14. Guarinus de monte acuto,
15. Cerinus.
16. Bertrandus de Comps.
17. Petrus de Ville Pridem.
18. Wilhelmus de Coſtelno,
19. Ugo Revel.
20. Nicolaus Lorgue.
21. Johannes de Villiers.
22. Otto de pinibus.
23. Wilhelmus de Villaret,
24. Fulco de Villaret,
25. Mauritius de Bognac.
26. Elius de Villa nova.
27. Theodatus Gozonus.
28. Petrus de Corneliano.
29. Rogerius de pinibus.
30. Raymundus Perengarius.
31. Robertus de Jul.
32. Joh. Ferdinandus.
33. Philibertus de Niliaco.
34. Antonius Fluvianus,
35. Johannes de Gaſtic.
36. Robertus de Milly.
37. Petrus Raimundus.

38. Joh. Baptista de Ursinis.
39. Petrus Dauboffon.
40. Emericus Damboiffon.
41. Guido de Blancheford.
42. Fabricius de Caretto.
43. Philippus de Vilieri.
44. Perinus de Ponte.
45. Desiderius de Tolone.
46. Johannes de Homedes.
47. Claudius de la Sengie.
48. Johannes de Valetta.
49. Petrus de Monte.
50. Johannes Leveqve.
51. Hugo de Lubens.
52. Martinus Gartinsis.
53. Olophrius de Vinnuncurt.
54. Ludovicus Mendez.
55. Antonius de Paula.
56. Hartmannus von der Tann.
57. Fridericus Hass. Landgr. qvi ob. 1682.
58. Franciscus à Sonnenberg. ob. 1682.
*59. Baro Droste de Fischeringen. ob. 1683.
60. Hermannus, Eqves de Wachtendonck, Nob. Westphal. Laudatissimi Eqvestris ordinis Melitensis supremus in præsentiarum Magister & S. R. I. Princeps, electus an. 1683.

CAP.

Cap. XIX.

De ALIIS INSULIS MINORIBUS.

I.

ILva seu Elba, olim Æthalis dicta duobus portubus gaudet, Ferrato & Longono; Ferratum celebrem reddit *Cosmopolis* civitas seu Cosmopoli, Hetruriæ Duci subjecta. Longonem cum munimento Hispanus habet.

2. *Ænaria* seu Ischia vel Iscla, non procul à Syrenum Scopulis dissidet, frugum omnis generis ferax, balneisqve subterraneis andiqve devastata est incendiis; circuitum habet 5. mill. germ. oppidumqve ejusd. nominis.

3. *Caprea* distans à Neapoli Meridiem versus 30 milliarib. à promontorio v. Campanellarum, ubi *Massa* oppidum non plus unico.

4. *Prothyta* seu Procita, oppidum habet ejusd. nominis, Patriam Johannis Procitæ; qvi auctor Vesperarum sicularum.

5. Non procul à Procita & Puteolis dantur tres exiguæ insulæ, qvas olim Syrenum scopulos dicebant, eò qvod in ipsis tres infames mulieres cantu & illecebris prætemavigantes ad se allectos misere deceperint;

6. Ar-

6. *Artemisia* circa Thusciam nunc Gianuti vocatur; portu gaudet nobili.

7. *Igelium* seu Iglio.

8. *Formica.*

9. *Palmajola.*

10. *Capraja.*

11. *Gorgona.*

12. *Mebria.*

13. *Pontia.*

14. *Palmarota*, qvæ duæ posteriores insulæ plurimorum Martyrum exiliis celebres.

15. *Pandana.*

16. *Planasia.*

17. *Pantalaria* insula inter Lilybæum Siciliæ, & Mercurium Africæ promont. montosa est, habens in centro voraginem pluresqve passim hiatus in qvibus incolæ se à Turcis prædonibus infestati abscondunt; paret Hispano; urbs ejusd. nominis est. Haud procul jacet Insula *Jacheita.*

18. Insulæ *Drepanitanæ* nomen habent à littore Siciliæ Occidentali Drepanitano, suntqve 1. *Levansus.* 2. *Favognana.* 3. *Maretimus*, qvo referunt 4. Insulam *Formicarum.* 5. *Saxa*, qvæ duæ insulæ exiguæ, subsunt Hispano.

19. *Gaulos* sedem habet inter Maltam & Africam, distans à Malta 5000. passibus; subest Magno Magistro Eqvitum Melitensium: Dantur in hac insula æqvè ac in Malta cryptæ subterraneæ ab hominibus inhabitatæ. vid. Becman. hist. orb. terr. p. 369 & 370.

20. *Comino* insula est inter Maltam & Gaulon, cujus circumferentia numeratur 5000. passuum.

21. *Ustica* ambitum 3. mill. germ. habet, qvondam caput eodem gaudebat nomine nunc desolatum: Diffidet à Sicilia 60 milliaribus.

22. Insula *Fæminarum* sita est inter Usticam & Siciliam, à qva posteriori mille distat passibus.

23. *Liparenses* Insulæ adjacent Septentrionali Siciliæ lateri, varia jam habuerunt nomina, modo dictæ *Æoliæ*, modo *Ephæstiades*, modo *Vulcaniæ*, modo *Liparenses*, facta denominatione à nobilioribus, qvæ sunt 1. *Lipara*, nunc Lipari, qvæ omnium maxima ambitum habens 18000. passuum distat à Sicilia 20. mill. Ital. olim varias ejecit flammas nunc ardere desiit: Subest cum reliqvis Hispano. 2. *Vulcania* olim Hiera dicta, sacra namqve Vulcano, adhuc flammas respuit. 3. *Strongyla*, olim Æolia vocata, adhuc flammas evomit, nunc dicitur Stromboli. 4. Salinæ seu *Salini*. 5. Panaria seu *Panari*. 6. Alicudia seu *Alicur*. 7. Felicudia seu *Felicur*. 8. *Pare Rotto*.

F I N I S

EUROPÆ DESCRIPTIONIS.

LIB.

Lib. VII. Cap. I.
De
ASIA.

Maximam Orbis Veteris partem Asia absolvit; terminata ab *Ortu* Oceano Chinensi; ab *Occasu* Tanai fl. à *Septentrione* Oceano Tartarico; à *Meridie* Mari Indico. vid. Heinlin. Synopf. Mathem. p. 610.

§. 1.

Longitudo Asiæ extenditur ab Hellespontο ad Mallaccam, h.e. 1300 mill. germ.

Latitudo extenditur à faucibus Arabici sinus ad promontorium Tabin, h. e. 1220. mill. germ vid. Reichelt Elem. Geogr. p. 94. Schott. Curs. Math. p. 329. Cluver. Introd. Geogr. lib. 5. c. 1. Alii à sinus Arabici freto *Babelmandel* ad *Stretto di Anian* numerant longitudinem 1342 mill. germ. Sic latitudinem ductam ab *Hellesponto* ad *Malaccam* extremum Indiæ emporium, numerant 1324. mill. germ. constat inde qvanta Ei qvantitas magnitudinis respectu ad Europam habito.

§. 2.

Unde Provinciæ natum nomen, incertum; conjecturam adhibentes dictam defendunt ab ASIA Nympha, Oceani & Tethyos filia, Japheti conjuge,

 & Pro-

& Promethei Matre: Alii ab *Asio* Atyis filio: Alii ab *Asio* Philosopho, qvi Trojanis Palladium Palladis tanqvam tutelam donabat: Alii aliam deducunt originem. vid. Cluver. l. c. Atl. Min. P. II. p. 289.

§. 3.

Asia regio fertilissima, imprimis si Auri, Argenti, aliorumqve metallorum materiam respicias & aromata; In hac fuit *Paradisus*, creatus homo primus, in hac natus *Salvator*, mortuus sepultusqve resurrexit; In hac fundata Christi *Ecclesia*; in hac *Monarchiæ* extiterunt Assyriorum, Babyloniorum, Persarum, Medorumqve in hac Terra Sancta; in hac cœperunt scientiæ, artes, lingvæ &c. vid. du Val. Ed. germ. P. I. p. 384.

§. 4.

Fluminum nobiliorum est 1. *Jordanus*, qvi oritur è spelunca Paneadis ubi condita Cæsarea Philippi; antea spelunca *Dan* vocata, & *Jor* significante fluvio, natum nomen *Jordan*, h. e. flumen erumpens è spelunca Dan seu Paneadis. vid. Plinius Hist. nat. lib. 5. c. 15. Becman. hist. orb. Terrar. pag. 73.

2. *Sabbatius* fluvius seu Sabbaticus, hic sex dies undas movet, septimo qviescit. vid. Plin. hist. nat lib. 31. c. 2.

3. *Euphrates* est unus qvi Paradisum rigarunt in sacris dicitur *Frat* seu Phrat. Oritur in Armenia Majori ad Thaldnam urbem.

4. *Tigris* in sacris *Chiddekel*, etiam Paradisum rigavit, fontem habens in eadem Armenia, ad urbem ejusdem

dem nominis conditam ab Armenio Thessalo, Jasonis Regis Duce, & qvidem in montibus urbi adjacentibus; ab initio modicam vehit aqvam, interjecto spatio aliqvo, mergitur sub terras; & post 6. mill. german. grande jam flumen in Regione *Sophene* emergit, ac sic in paludes Euphratis recipitur; nomen ducit à *Tigri*, qvæ vox Persis *Sagittam* denotat, nimia namqve celeritate defluit. vid. Justin. hist. Philipp. lib. 42. c. 3. §. 8. Curtius hist. Alexandri M. lib. 4. c. 9. § 16.

5. *Indus* Fluminum Maximus; nunc Persica vocedicitur *Pangab*; qvinqve alveis mare Indicum ingreditur: oritur in Caucaso monte. vid. Curt. lib. 8. c. 9. §. 3. &c. Montem *Thebet* vocat Becman. hist. orb. terr. p. 79.

6. *Ganges* ab Ortu Maximus à Meridiana regione decurrens magnorum montium juga recto alveo stringit, & ipse in Mare Rubrum se conjicit. Superstitiosi vim peccata abluendi ei adscribunt, eo qvod è paradiso proveniat dictus in Sacris *Pisbon*. vid. Rogerii hist. Brachmanum p. 2. c. 18 & 19.

7. *Ravi.* 8. *Adhec*, qvi duo cum Indo similem trahunt originem. 9. *Araxes* seu Aras. 10. *Tiriti.* 11. *Siri.* 12. *Bendimir.* 13. *Jesdri.* 14. *Drut.* 15. *Tab.* 16. *Tifindo.* 17. *Bassiri.* 18. *Oxus* in Persia. 19. *Croceus* in China. 20. *Kiang* in China. 21. *Jaxartes* seu Chesel in Scythia. 22. *Obig* in Scythia.

§. 5.

Montes qvod attinet Asiæ nobiliores sunt 1. *Taurus*, cujus origo in Asia Minori à Pamphylio Mari; progressus ab occasu in ortum; universam Asiam

dividit in *Septentrionalem*, qvæ & intra Taurum, & *Meridionalem* seu extra Taurum, Ciliciam prætereriens Armeniæ tandem jungitur montibus. Curt. lib. 7. c. 3. §. 20.

2. *Imaus* mons qvatuor mundi plagas petens; in specie Scythiam Asiaticam dividit in *Occidentalem*, qvæ intra Imaum, & *Orientalem*, qvæ extra Imaum montem dicitur pars.

3. *Caucasus* in Colchide à Ponto Euxino ad Mare Caspium usqve se extendit, nunc vocatur *Caxes*, fabulantur antiqvi, tantam ejus altitudinem, ut summa sui parte etiam ipsa nocte radiis solaribus illuminetur; perpetuo Jugo dividit Asiam. Curt. l. c.

4. *Ararat* in Armenia Caucaso contiguus est, Persis vocatur *Agri*, Armeniis *Mesesousar*, h. e. Mons Arcæ; notum enim ex Bibliis Arcam Noæ hoc in monte consedisse, cæteris jugis qvam maxumè eminet, æterna uritur nive tertia sui parte, circumdatus nubibus.

5. *Chimæra* in Lycia, de qvo infra lib. 7. c. 5. §. 15.

6. *Antitaurus* in Cappadocia.

7. *Libanus* in Phœnicia, cujus radix ardens, sustentat molem summo vertice æterna coopertam nive glacieqve, de cedris hujus jugi sacra loqvuntur: hoc memoratu dignum eum coli à Christianis *Maronitis* annuum Turcis tributum solventibus, qvi adhuc peculiari gaudent privilegio, campanas movendi, qvod nulli alii sub Turca habent.

8. *Sinai* in Arabia Petræa altum jugum, incolis fert *Monachos* Græcæ Religionis, marmora produ-

ci

cit nitidiffimas arborum imagines colore nigricante referentia; ingens rupes hic cernitur accuratiffimam arboris formam figurans & ramos, folia, radicesqve agens, ut afpicienti condonandum fi veram fe arborem afpexiffe arbitretur: Præterea Monachi Græci ordinis S. Catharinæ migrantibus oftendunt in hoc monte figuram hominis devote veluti furfumqve fpectantis, Mofen illo in loco orare folitum tradendo.

9. *Horéb* eminentior Sinai commendatur in facris.

10. *Parapamifus* in Perfia, incolas Curt. lib. 7. c. 3. §. 6. vocat agrefte hominum genus & inter Barbaros maximè inconditum, mons hic in præfentiarum *Pamer* dicitur.

11. Mons *S. Catharinæ*, qvi altitudine fua jam memoratos omnes non nifi ut colles afpicit. 12. *Carmelus* ad fl. *Kifon*, fedem in eo Elias Propheta fixit. 13 *Hermon*, de qvo ut & feqvente loqvitur Pfalm. 89. §. 13. 14. *Thabor* 15. *Gilboa*. 16. *Mons nivis*. 17. *Calvaria* feu Golgatha morte Salvatoris celebris. 18. Oelberg.

§. 6.

Dividebatur olim in Majorem & Minorem; hodiè verò in qvinqve potentiffima regna feu Imperia nim. *Chinenfe*. 2. *Tartaricum*. 3 *Indorum*. 4. *Perficum*. 5. *Turcicum*, fed. prius ad veterem partitionem.

Cap. II.

De

ASIA MAJORI.

ASia Major dividebatur in Provincias Septentrionales & Meridionales; Illæ sunt.

1. *Sarmatia Asiatica*, ubi *Oenanthia*. 2. *Hermonassa*. 3. *Tyrambe*.

2. *Scythia intra Imaum* Montem, qvæ pars hodiè Regnum *Turkestan* vocatur, ubi 1. *Sasones*. 2. *Jaxartæ*, *Massagetæ*, *Sacæ*, *Taskent*.

3. *Scythia extra Imaum*, ubi *Auzasia*. 2. *Issedon* Scythica.

4. *Serica*, ubi 1. *Sera*. 2. *Issodum Serica*.

5. *Sinarum regio*, ubi 1. *Sinæ*. 2. *Alpithra*.

§. 2.

Provinciæ Meridionalis Asiæ Majoris sunt

1. *Albania*, inter Mare Caspium & Pontum Euxinum (hodiè est pars *Georgiæ Orientalis* ad Mare Caspium supra Armeniam Majorem) ubi 1. *Albana*. 2. *Gatara*. Fluvii celebres sunt 1. Cyrus. 2. Albanus. 3. Cæsius.

2. *Iberia*, hodie est pars *Georgiæ Occidentalis*, ubi 1. *Artanissa* 2. *Armactica*. 3. *Zabrum*: Nomen habet ab Ibero fl. jacet inter Moschum & Caucasum.

3. *Colchis* nunc *Mengrelia* inter Caucasum & Coracem fl. Celebris est *Aureo Vellere*, qvod Jason ope

pe Medeæ Regis filiæ abstulit; oppida sunt 1. *Phasis.* 2. *Sebastopolis* seu Sevatopoli ad Pont. Eux.

4. *Armenia Major*, nunc *Turkomannia Papoul Curdi*; Terminatur ab *Occasu* Armenia Minori; à *Septentrione* Colchide, Albania & Iberia; ab *Ortu* Mari Caspio; à *Meridie* Tauro. Oppida sunt 1. *Armauria.* 2. *Artaxata.* 3. *Thospia* ad Tigris fontes. 4. *Tigranocerta.* 5. *Thalina* ad Euphratis fontes. 5. *Erterum.* 6. *Wan.* 7. *Cori.*

5. *Syria*, de qva infra cap. 4.

6. *Arabia* terminata ab *Ortu* Mari Persico, ab *Occasu* Rubro, à *Meridie* Arabico; à *Septentrione* Syria & Babylonia, dividitur in Petræam, Felicem & Desertam.

1. *Petræa* juxta terram Canaan & Ægyptũ jacet, in sacris vocatur Terra *Midianitarum*, in qva sunt Sinai & Horeb Montes, & oppida 1. *Petra.* 2. *Medaba.* 3. *Bostra.* 4. *Herat.*

2. *Felix* Arabia nunc *Ayman* dicitur Ismaëlitarum antiqva sedes nec non Agarenorum & Sabæorum, oppida sunt 1. *Saba*, de Sapientibus, qvi Salvatorem occidendum missi adorarunt, Sacra loqvuntur. Matth. 2. §. 7. 8. 9. &c. Saba namqve exierunt. 2. *Badeo.* 3. *Muza.* 4. *Ocelis.* 5. *Arabia.* 6. *Omanum.* 7. *Sabbatha.* 8. *Menambis.* 9. *Sapphar.* 10. *Mecca.* 11. *Medina.*

3. *Deserta* nunc *Arden* vocatur, terminata ab *Ortu* Babylonia; ab *Occasu* Syria & Arabia Petræa, à *Septentrione* Mesopotamia; a *Meridie* Arabia felici; hic occurrunt montes *Seir*, & oppidum *Anna.*

7. *Babylonia* in Sacris *Senear*, nunc *Chaldar* vocatur,

tur, terminata ab *Ortu* Susiana; ab *Occasu* Arabia, Petræa & Mesopotamia; à *Septentrione* Assyria; à *Meridie* sinu Persico: oppida sunt 1. *Babylon* inter Regium & Euphratem fl. haud procul ab hac Paradisum fuisse existimant, hodie dicitur Bagaded. vid. Becman. hist. orb. terr. p. 77. 2. *Barsita*. 3. *Teredon*. 4. *Ur* Abrahami Patria. 5. *Borsippa*.

8. *Mesopotamia* nunc *Diarbech* jacet inter Euphratem & Tigrim, clausa ab *Ortu* Babylonia; ab *Occasu* Siria; à *Septentrione* Assyria; à *Meridie* Arabia deserta. Oppida sunt 1. *Edessa*. 2. *Nisibus*. 3. *Labbana Seleucia*. 4. *Carrhæ* seu Haran, ubi Abrahamus domicilium habuit. 5. *Rika*. 6. *Diarbekir*.

9. *Assyria* nunc *Caristan* inter Tigrim fl. & juga Mediæ. Oppida sunt 1. *Ninus* seu Ninive Patria Jonæ. 2. *Arbela* locus est, ubi Alexander, Persas penitus delevit, Monarchiam ad Græcos transferens. Prælium describit Curtius lib. 4. c. 15.

10. *Media* nunc *Sarch* seu Servan, dividitur in Majorem & Minorem; in illa sunt 1. *Ecbatana* seu Tauris, de qva urbe Curt lib. 5. c. 8. 2. *Carmin*. 3. *Turcoman*. 4. *Soltan*. 5. *Ardocil*. In Minori sunt 1. *Servan*. 2. *Simachia*. 3. *Cyropolis*. 4. *Europus*. 5. *Arsacia*. 6. *Derbent*. vid. seq. c. 7. §. 5.

11. *Susiana* nunc *Cusistan* seu Elaran. Oppida sunt 1. *Susa*. 2. *Tariana*. 3. *Asker*. 11. *Persia*, ubi *Persepolis*, qvam Alexander M. temulentus instinctu meretricis Thaidis flammis devastavit, teste Curt. l. 5. c. 7. 2. *Axima*. 3. *Marassium*. 4. *Taoce*. vid. seq. c. 7. §. 4.

12. *Carmania* nunc *Chirman*, ubi 1. *Carmana*. 2. *A-*

2. *Amuza* seu Ormutz. 3. *Samidace*. 4. *Bermasir*. 5. *Chabis*. 6. *Kamron*.

13. *Gedrosia* seu *Guzarata*, seu Chesimur, pars Cambajæ Indorum sita inter Oceanum, Indum fl. Persicos & Boetium montes; oppida sunt 1. *Parsis*. 2. *Arbis*. 3. *Cuni*. 4. *Musarna*. 5. *Omuza*. 6. *Diul*. 7. *Chesimur*. 8. *Gest*. 9. *Bilguri*; 10. Fluvius *Arabs* seu Ilment.

14. *Drangiana*, nunc *Sigestan*, Gemmis dives, ubi *Ariaspe*. 2. *Prophthasia*.

15. *Parthiana* seu *Arac* seu Jexd, ubi *Hecatompylos*. 2. *Artacand*. 3. *Cassan*. 4. *Angistam*. 5. *Ispabam*. vid. seq. c. 7. §. 3.

16. *Hyrcania* seu *Corcam* aut Diargument, ubi Hircania seu *Carizath*. 2. *Amarusa*. vid. seq. c. 7. §. 6.

17. *Margiana* seu *Elsabar*, ubi Antiochia Margiana antiqvitus *Alexandria*, deinde *Seleucia*, nunc *Indon* dicta.

18. *Aria* seu *Eri*, ubi lacus *Aria*, nunc *Burgian*, & oppida 1. *Aria*. 2. *Alexandria Bitaxa*.

19. *Parapamisis*, nunc *Sublestan*, dicta à monte Parapamiso, qvi hodie *Pamer* dicitur; Oppida sunt 1. *Carura* s. Ortospona. 2. *Naulibis*. 3. *Meimine*. 4. *Bust*.

20. *Arachosia*, nunc *Candahor*, Arimaspium & Evergetarum antiqva sedes; oppida sunt 1. *Arachotus*. 2. *Alexandria Arachosia*.

21 *Bactriana*, nunc *Charassan*; oppida sunt 1. *Bactra* seu *Bochas*. 2. Ebusmi seu *Istigias*. 3. *Maracanda*. 4. *Charrachart a*. 5. *Herat*.

22. *Sogdiana*, nunc *Ocrage*, ubi *Alexandria Oxiana*. 2. *Alexandria ultima*. 3. *Maruca*.

23. *In-*

23. *India intra Gangem*, ubi *Ocena*. 2. *Boethana*. 3. *Hyppocura*. 4. *Modura*. 5. *Orthura*. 6. *Palibrothea*.

24. *India extra Gangem*, ubi 1. *Gange*. 2. *Tugma*. 3. *Triglyphon*. 4. *Marcura* sive *Malthura*.

25. *Insulæ Taprobana & Nanigeris*.

CAP. III.

De

ASIA MINORI,

seu

NATOLIA,

ASia Minor seu *Natolia*, dividitur in Provincias maritimas & Mediterraneas: *Illæ* occurrunt vel ad Pontum Euxinum, vel ad Mare Ægeum, vel ad Mare Parthenium.

§. 1.

Quæ ad Pontum Euxinum occurrunt, sunt

1. *Cappadocia* 2. *Paphlagonia*. 3. *Pontus*. 4. *Bithynia*.

§. 2.

Quæ ad Mare Ægæum jacent, sunt

1. *Phrygia minor*. 2. *Mysia major & minor*. 3. *Æolis*. 4. *Jonia*. 5. *Laria*. 6. *Doris*.

§. 3.

Mari Parthenio alluuntur 1. *Lycia*. 2. *Pamphylia*. 3. *Cilicia*.

§. 4.

§. 4.

Provinciæ Mediterraneæ sunt

1. *Phrygia Major.* 2. *Lydia.* 3. *Pisidia.* 4. *Galatia.* 5. *Lycaonia.* 6. *Armenia Minor.*

§. 5.

Insulæ huc spectantes sunt 1. *Cyprus.* 2. *Rhodus.* 3. *Carpathus.* De qvibus ut & omnibus nominatis Provinciis inferius erit dicendum, nim. lib.7. c. 5. à §. 5. ad 27.

CAP. IV.

De

SYRIA.

Syria nunc *Soria*, terminatur ab *Ortu* Mesopotamia & Arabia deserta; à *Meridie* Arabia Petræa; ab *Occasu* Mari Mediterraneo, & Amano monte, qvo à Sicilia separatur; à *Septentrione* montibus Armeniæ: Dividitur hodiè in Palæstinam, Phœnicen, Antiochenem, Comagénen & Cœlesyriam.

§. 1.

Palæstina seu Terra *Chanaan*, dicta à Chamo Noæ filio, vocatur etiam Terra Sancta, qvod in ea Sanctum Sanctorum fuerit, Christusqve pleraqve miracula in ea peregerit; terminos habet ab *Ortu* CœleSyriam; à *Meridie* Arabiam Petræam; ab *Occasu* Mare Syriacum; a *Septentrione* Phœniciam, & Libanum: Longitudinem à Gaza ad Sydonem 42. mill.

42. mill. numerant; Latitudinem à Tyro ad Hesbonem 24. Dividitur in Provincias, qvæ seqvuntur:

§. 2.

1. *Idumæa* seu Edom, ubi 1. *Gaza*, de qvo Curt. lib. 4. c. 6. 2. *Anthodon*. 3. *Ascalon*. 5. *Ecron*. 6. *Jamnia*.

2. *Judæa*, ubi *Hierosolyma*, nunc Chutz, de qva vid. Reitschüz Itiner. p. 295. ad 316. 2. *Bethlehem*. 3. *Hierichus*. 4. *Macherus*. 5. *Emaus*. 6. *Lidda*. 7. *Joppe* nunc Jaffa. 8. *Jamnia*, qvæ duo oppida ab aliis ad Idumæam referuntur. 9. *Hebron*. 10. *Rama* seu Arimathia. 11. *Betania*.

3. *Samaria*, nunc *Sebaste*, inter Judæam & Galilæam regio; ubi 1. *Turris Stratonis* seu Cæsarea Palæstinæ. 2. *Nazareth*. 3. *Tarichea*. 4. *Bethsaida*. 5. *Capernaum*. 6. *Julias*. 7. *Sichem*, nunc Napolosa. 8. *Ephron*. qvæ loca maxima ex parte è Sacris nota.

§. 3.

Lacus *Asphaltites* seu Mare Mortuum notam qvoqve meretur ob amaram aqvam, cujus impurum bitumen causa tetrum odorem evomit similemqve vaporem; cuncta qvibus vita non est, ad imum trahit animalibus fundum petere non permittit; nec dulcedinem assumit, etiamsi Jordanum continuo fluentem absorbeat; ab arsenico qvod secum vehit venenatus efficitur, unde & mortuum scribitur mare.

§. 4.

Phœnicia interjacet Monti Libano & Gerseo fl. Oppida primaria sunt 1. *Ptolemais*, nunc S. *Johann de Acria*.

de Acra. 2. *Tyrus*, nunc *Sur* portu gaudet. 3. *Sarepta.* 4. *Sidon*, nunc *Sait.* 5. *Tripolis.* 6. *Acon.* 7. *Alexandretta.* 8. *Maronitæ* montes.

§. 5.

Antiochia seu Tetrapolis, ubi oppida 1. *Antiochia Epidaphnes.* 2. *Apamia.* 3. *Laodicea.* 4. *Seleucia Pieria.* 5. *Aleppo.* 6. *Baruth.*

§. 6.

Comagenes, regio inter Taurum & Amanum montes, Singamqve fl. oppida sunt 1. *Comagene*, Patria Samosateni heretici. 2. *Germanicia.*

§. 7.

CœloSyriæ partes sunt 1. *Decapolis*, ubi 1. *Damascus.* 2. *Oporon.* 3. *Philadelphia.* 4. *Raphana.* 5. *Scythopolis.* 6. *Gadara.* 7. *Hippos.* 8. *Dios.* 9. *Pellas.* 10. *Gerasa.* Adde 11. *Canatha.*

2. Tetrarchiæ XVII.

3. Palmyrene, ubi *Palmyra.*

§. 8.

Galilæa clauditur à *Septentrione* Libano monte; ab *Occasu* Phœnicia; ab *Ortu* CœleSyria; à *Meridie* Samaria & Arabia: Dividitur in superiorem seu Galilæam Gentium; & inferiorem seu Galilæam Tiberiadis, cui natum nomen à lacu Genezareth, qvi & *Tiberias* vocatur a Tyberiade opposita urbe, & notandum hujus maris aqvam non salsam ut reliqvorum, sed dulcem esse. Oppida sunt 1. *Tiberias.* 2. *Canaan*, ubi Salvator aqvam in vinum mutabat, ostenditur adhuc locus, qvi nuptiis inserviebat. 3. *Naim.*

CAP.

Thracia; tandem an. 1453. translata *Constantinopolim*, ubi adhuc eſt.

§. 2.

Singulare apud Turcas eſt, qvod ſtrangulatione fratrum Imperium auſpicentur, rationem reddentes, Imperii æmulos non ferendos, vivo Patre adulti filii, nec Conſtantinopolin intrare qveunt; Filiæ Imperatoris ut plurimum qvarto qvintove ætatis anno deſpondentur *Baſſæ* vel *Beglerbego*; tanto zelo venerantur ſubditi Imperatorem, ut qvis in Paradyſum ſe translatum credat, ſi juſſu Illius occidatur, ſolenne Principibus eſt concubinas non uxores habere, tantum ut ſumptibus parcatur.

§. 3.

Magnus Vezirius ſupremum Imperatoris Miniſtrum agit, cujus conſilio omnia belli pacisqve negotia geruntur; ab hoc nulla ulterior datur appellatio niſi ad Imperatorem, nec hæc valet excepto caſu denegatæ juſtitiæ, ſummus namqve Judex creditur: Secundus à Magno Vezirio eſt *Cadileſcher*, ſummum ſacerdotem *Mufti* vocant, qvi itidem in cauſis gravioribus nonnunqvam Judex conſtituitur: Provinciarum ſummi Præſides vocantur *Beglerbegi*, ſæpe *Baſſæ*, qvi reſpectu habito ad alias gentes Ducibus æqviparari poſſent: Poſt hos veniunt *Sangiaci*, qvorum dignitas Comitibus æqvalis: dantur & *Agæ*, qvorum dignitas eadem ac Chiliarchæ: *Janizarii* ſelectum corpus militum à Chriſtianis compoſitum Turcis tributi loco datis, penes hos ſola poteſtas eſt transferendi Regnum qvo velint.

§ 4.

Turcarum fera natura, demiſſæ tamen indolis unde vehementius domini ſui obſeqviis parent; Sodomiæ virorum impensè dediti ſunt; ad ſummum qvatuor fœminæ uni conceduntur, ita enim lege Muhammetica cautum; minorem politioris vitæ curam gerunt: ſervitutem perfectam receperunt; in præliis audaces, celeriores in fuga videntur, nec ſemel timore occupati priſtini fiunt caloris.

§. 5.

Aula Imperatoris vocatur *Porta*, qvia antiqvitus mos erat Orientalium Tribunalia in portis habere: ſedes publici Conſilii Turcis *Divanum* vocatur.

§. 6.

SERIES IMPERATORUM TURCICORUM.

1.	Oſmanes, filius Ertuculis condidit Imperium Turcicum an. 1290. vel ut alii 1300.	
2.	Orcanes ſeu Urcham Gaſi	1358
3.	Amurathes I. Gaſi	1379
4.	Bajazeth I. ob. - -	1404
5.	Solymannus I. ob.	1411
6.	Muſa Mahumet ob.	1414
7.	Amurathes II. ob.	1430
8.	Muhamedes II. creatus an.	1453
9.	Bajazethes, n. 1438. occiditur -	1512

10. Seli-

10. Selimus occidit Patrem & fratres an. 1512. ob. - - - 1520
11. Solymannus n. 1491. ob. 1567
12. Selymus II. n. 1525. ob. 1574
13. Amurathes III. n. 1548. occidens 5. fratres. ob. 1595
14. Muhamedes III. n. 1564. occidens 18. fratres. ob. 1603.
15. Achmet I. 9. annorum puer Patri ſuccedens. ob. 16 7.
16. Otmanes II. ſtrangulatur 1622
17. Muſtaphas deponitur 1623
18. Amurath IV. Otmanis frater, an. 14. æt. electus Imperator an. 1624. ob. 1640
19. Ibrahim, ſtrangulatus an. 1648
20. Muhamedes IV. n. 1638. depoſitus an. 1687.
21. Solymannus III. depoſito fratri ſucceſſit, ſceptro accepto, acinace cinctus an. 1687. 27. Nov.

§. 7.

Inter Provincias Aſiaticas Turcis parentes ſunt I. Natolia terminata ab *Ortu* Euphrate; ab *Occaſu* Mari Ægeo; à *Meridie* Cypro; à *Septentrione* mari Pontico: Oppida nobiliora ſunt 1. Trebiſonta. 2. Suvas. 3. Amaſia.

§. 8.

II. Pontus & Bithynia olim duæ nunc una regio terminata ab *Occaſu* Propontide & Boſphoro Thracio; à *Septentrione* Mari Pontico; ab *Ortu* Galatia; à *Meridie* Aſia Minori: Urbes ſunt 1. *Chalcedo*, ubi qvartum Generale Concilium celebratum,

nunc adeo devastata ut nec de loco doctores conveniant 2. *Nicomedia*, Martyrum effuso sangvine purpurata. 3. *Nicæa* Bithyniæ caput erat, primo Concilio Generali celebris. 4. *Prusia* seu Bursia, prima Imperatorum Turcicorum sedes, nunc sepultura Eorum famosa. 5. *Libyssa*, ubi Hannibal interiit & sepultus jacet.

Fluvii sunt 1. Parthenius 2. Hippius. 3. Sangarius. 4. Ascanius.

§. 9.

III. *Asia Minor*, qvæ Asia propriè vocatur terminatur à *Septentrione* Ponto & Bithynia, parteqve Propontidis; ab *Occasu* altera parte Propontidis, Hellesponto, Mari Ægeo, Icario atqve Mirtoo; à *Meridie* Lyciæ, Pamphyliæqve parte & Rhodiensi Mari; ab *Ortu* altera parte Pamphyliæ Lyciæqve & Galatia: subdividitur in illas Provincias, qvæ præced. cap. III. recensitæ; & nunc seqvuntur inclusivè usqve ad §. 31.

§. 10.

IV. *Cappadocia*, habet a *Meridie* Ciliciam; ab *Occasu* Pamphyliam & Galaciam; a *Septentrione* Mare Ponticum; ab *Ortu* Armeniam Minorem; dividitur hodiè in qvatuor regiones, qvarum nomina barbara sunt 1. *Genech*. 2. *Suás*. 3. *Anadole*. 4. *Amasia* à nobilioribus oppidis; qvæ sunt 1. *Suvas* seu Suas. 2. *Genech*. 3. *Amasia* Strabonis Patria. 4. *Anadole*. 5. *Cæsarea* patria D. Basilii. 6. *Naziazum*, D. Gregorii Patria. 7. *Saustia*. 8. *Iconinium* seu Cogna. 9. *NeoCæsarea*. 10. *Diocæsarea*. 11. *Trapezus*, nunc Trebisonda sedes

Isaaci

Isaaci Comeni profugi à Turcis Constantinopoli, qvod Imperium Trapezontinum deinceps Mahumet II. Turca destruxit. 12. *Comana.*

§. 11.

V. *Paphlagonia*, nunc *Roni* vocata pars Galatiæ,ubi oppida 1. *Sinope.* 2. *Teuthrania.* 3. *Paphlagonia* Mithridatis Regis & Patria & sepulchrum.

§. 12.

VI. Pontus & Bithynia, de qvibus præced. §.4. actum, seqvitur ergo *Phrygia Minor* seu Tras seu Phrygia Hellespontica; ubi 1. *Ilium* seu Troja Græcorum monumentis, obsidione decennali, excidioqve inclutа, celebris: De ruderibus Trojanis vid. Becman. hist. orb. terr. p. 316. 2. *Pergamus*, Galeni Patria, in qvo inventus dicitur usus Chartæ, qvam Pergamenam vocant. 3. *Promont.* 4. *Sigeum* Achillis Ducis Græcorum sepultura celebris: hic etiam Granicus amnis currit ad qvem Alexander M. prima vice Persas defecit. vid. Curt. lib. 3. c. 11.

§. 13.

VII. *Mysia Major*, ubi 1. *Anandrus.* 2. *Trajanopolis.* 3. *Adramitium.* 4. *Alyda.* Fluvius Rhyndacus.

§. 14.

VIII. *Mysia Minor* perfunditur ab Hellesponto & Propontide, oppida sunt 1. *Cyzicus.* 2. *Lampsacus.* 3. *Abydus.* 4. *Dardanum*, ubi Parmenio, Philippi Alexandri M. Patris, Dux victoriam reportavit. 5. *Parium*: hic etiam est mons *Ida*, nunc *Psiloriti*, in qvo Veneri, posthabita Junone & Pallade,

pomum aureum fuit adjudicatum. Amnis vocatur Simois.

§ 15.

IX. *Æolis* seu Ætolia ad Mare Ægeum, olim Pelasgia vocabatur; oppida sunt 1. *Cuma*, unde Sybilla Cumensis (qvam Aristoteles Melanchrenam vocat) qvæ Tarqvinio IX. libros vaticiniis repletos venales obtulit, vid. Lactantius lib. 1. de Ira. Incolæ stolidi proverbium causarunt; *Cumas sero sapere.* 2. *Phocæa.* 3. *Elea.*

§. 16.

X. *Iconia* respicit Mare Icarium & Chium Insulam; oppida sunt 1. *Smyrna.* 2. *Clazomena.* 3. *Colophon* Homeri Patria. 4. *Ephesus* D. Pauli Epistolis clara, nec non Cerinthi heretici interitu in balneo destructa legitur ab Herostrato, Concilium Generale qvoqve in ea celebratum scimus.

§. 17.

XI. *Caria* inter Joniam & Lyciam, oppida sunt 1. *Tripolis* 2. *Laodicea.* 3. *Antiochia.* 4. *Magnesia.* 5. *Stratonice.* 6. *Mindus.* 7. *Miletus* nunc Melano; circa *Magnesiam* reperitur Magnes; Fluvii sunt Mæander & Lycus. Mons, Phænix dicitur nobilior.

§. 18.

XII. *Doris*, ubi 1. *Hal carnassus* Dionysius & Herodoti Patria, sedes Mausoli Regis, cui defuncto Uxor Artemisia celeberrimum Mausolæum erexit, qvod inter miracula Orbis relatum. 2. *Gnidus* marmoreo Veneris simulacro famosa urbs.

§. 19.

§. 19.

XIII. *Lycia* nunc *Aldinelli* dicta; terminatur ab *Occasu & Septentrione* Asia Minori; & ab *Ortu* Pamphylia; à *Meridie* Mari Lycio. Oppida sunt 1. *Patara.* 2. *Adriace.* 3. *Telmessus.* 4. *Myra.* In hac regione conspicitur *Chimæra* mons, nocturnis æstibus fumum exhalans, proverbio locum fecit: *Ante Leo, retroqve Draco, mediumqve capella*; cujus sensus est, qvod in dorso montis *Leonum* sit sedes, in medio, ubi pascuis abundat, *capræ* habitent; radices *Dracones* famosas reddant.

§. 20.

XIV. Pamphylia nunc *Menteseli* terminatur ab *Occasu* Lycia & Phrygia Majori; à *Meridie* Mari Pamphilico, ab *Ortu* Cilicia & Cappadocia, à *Septentrione* Galacia; Oppida sunt 1. *Perga.* 2. *Termessus.* 3. *Attalia*, nunc Sattalia. 4. *Seleucia* Pisidiæ. 5. *Antiochia.* 6. *Side*; Mons Taurus hic est, de qvo præced. c.1. §.5.

§. 21.

XV. *Cilicia* nunc *Carmania*, terminatur ab *Ortu* Amano monte; a *Meridie* Cilicio mari; ab *Occasu* Pamphylia, à *Septentrione* jugis Tauri; urbes sunt 1. *Nicopolis* seu Issus, ad qvam Alexander Darium bis defecit. 2. *Tarsus* Patria D. Pauli, nunc Ama. 3. *Selenus.* 4. *Pompejopolis.* 5. *Mallus.* 6. *Adena.* Fluvii sunt 1. Calycadnus. 2. Lamus. 3. Cydnus in qvo Alexander M. fermè expiravit. 4. Sarus. 5. Pyramus.

§. 22.

XVI. *Phrygia Major* separatur à Cilicia Cad-

 mo

ino monte; urbes sunt 1. *Apamia Cibotus.* 2. *Gordium*, qvæ Regia erat Midæ Regis, rigatur à Sangario amne (vid. Curt. lib. 3. c. 1. §. 11. &c. 3. *Gazena.* 4. *Synnada.* 5. *Natolia.* 6. *Celenæ.*

§. 23.

XVII. *Lydia*, incolas malignos habet, unde proverbium; *Lydi Mali*, urbes sunt 1. *Thyatira.* 2. *Sardes* 3. *Philadelphia*; Fluvii sunt 1. Caicus. 2. Thermus. Mons Tmolus.

§. 24.

XVIII. *Pisidia*, ubi 1. *Seleucia.* 2. *Antiochia.*

§. 25.

XIX. *Galatia* seu *Gallogræcia* terminatur ab *Ortu* Cappadocia; à *Septentrione* mari Pontico; ab *Occasu* Asia Minori, Ponto & Bithynia, à *Meridie* Pamphylia: nomen habet à Gallis illuc migrantibus ex Italia Romæ flammis subdita, & Græcis mixtim cum Gallis habitantibus; oppida sunt 1. *Ancyra.* 2. *Amisus.* 3. *Pessinus* seu Cybele, ubi Alexander nodum Gordium solvit. 4. *Isaura*; Mons *Didymus* vocatur.

§. 26.

XX. *Lycaonia* in Cappadocia, ubi *Iconium.* 2. *Lystra*, de qva in actis Apostol.

§. 27.

XXI. *Armenia Minor*, nunc *Pegian* & *Bozocb*, terminatur à *Septentrione* & *Occasu* monte *Scordisco*, cum Ponto & Cappadocia regionibus; à *Meridie* Cilicia cum monte *Amano*; ab *Ortu* Armenia Majori

jori seu Turcomannia cum fl. Euphrate : Urbes sunt 1. *Satala.* 2. *Nicopolis*, ad qvam Pompejus, Mithridatis & Tigranis copias fudit. 3. *Metilene.* 4. *Comana.* 5. *Arana.* 6. *Nisi.* Fluvius inclytus est Melas, ut & mons Antitaurus.

§. 28.

XXII. *Cyprus* Insula in mari Asiatico, & qvidem in Issico sinu inter Ciliciam & Syriam, olim *Macaria* vocabatur à cœli clementia soliqve fertilitate; incolarum natura in libidinem prona est ; *Cyprus* dicitur à cupri ærisqve copia, qvod hic primum creditur inventum ; Turcæ Venetis eam abstulerunt an. 1570.

Longitudo à C. S. Andrea ad C. S. Epifanio est 40. mill.

Latitudo maxima 15. mill. censetur.

